Ἀπολιναρίου. — Κατὰ δὲ τὴν ἔκδοσιν τοῦ Συμμάχου, τοιαύτην ἔχει τὴν ἔννοιαν · *Εἰ μήπω τὸν χαρακτῆρα τῆς ἐμῆς ἐπέγνωκας ποίμνης, καὶ κατὰ νόμους ἐμοὺς τὸν σεαυτῆς ποιμανεῖς λαὸν, ἐξελθοῦσα τοῖς ποιμνίοις ἀκολούθει* · γνώσει γὰρ οὕτως, ὅτι μὴ κατὰ τὴν ποίμνην τὴν Ἰουδαϊκὴν βαδίζει πρόβατα τὰ ἐμά · οὕτω γὰρ ποιμαινομένη, καὶ τὰ ἑαυτῆς νεαρὰ ποιμαίνουσα θρέμματα, ἅπερ εἶπεν ἐρίφους, γνώσῃ ποῦ νέμει Χριστὸς, καὶ τίνες οἱ ὑπ' αὐτὸν νεμόμενοι, τὸν πνευματικὸν ἔχοντες καὶ κάλλιστον χαρακτῆρα, καθ' ὃν καλὴ ἐν γυναιξὶν ἡ B ἐξαίρετος Ἐκκλησία.

Ὠριγένους. — Τὸ πολυθρύλλητον δὲ παρ' Ἕλλησιν ἐπίφθεγμα προείληπται παραδοθὲν τῷ σοφῷ Σολομῶντι, τὸ, *Γνῶθι σαυτὸν*, κ. τ. λ. (17).

η'. *Τῇ ἵππῳ μου ἐν ἅρμασι Φαραὼ ὡμοίωσά σε, ἡ πλησίον μου.*

Γρηγορίου. — Ἵππους Θεοῦ ἀντιτασσομένη τοῖς ἅρμασι Φαραὼ, δύναμίς τις ἀγγελικὴ καὶ ἀόρατος καταποντίζουσα τὸν Αἰγύπτιον · ᾗ παρεικάζεται ἡ τῷ λουτρῷ κεκαθαρμένη ψυχὴ, πᾶν Αἰγύπτιον νόημα καὶ πᾶσαν τὴν ἀλλόφυλον κακίαν τοῖς ὕδασι καταχλύζουσα · τὴν οὖν ποτε, φησὶ, γενομένην ἐν ἅρμασι Φαραὼ, τῇ ἵππῳ μου νῦν παρωμοίωσά σε.

Κυρίλλου. — Ἤγουν δεξαμένη τὴν ἐμὴν, ὦ Ἐκκλησία, πίστιν τοῖς ἀποστόλοις εἰκάσθης · περὶ ὧν τὸ, « Ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία · » οἳ καὶ κατὰ τῶν ἁρμάτων εὐτρεπίσθησαν τοῦ νοητοῦ Φαραώ.

θ'. *Τί ὡραιώθησαν σιαγόνες σου ὡς τρυγόνος ;*

Γρηγορίου. — Ἐπείπερ ἵππος ἀκόλαστος, τῆς τρυγόνος αὐτὴν ἐκόσμησε σωφροσύνην · ἵππον γὰρ εἶπον, φησὶν, οὐχ ὡς κημοῦ δεομένην καὶ χαλινοῦ · ἐμπρέπει γὰρ ἡ καθαρά σοι ζωή.

Κυρίλλου. — Ἤγουν τὴν αἰδῶ τὴν πρὸς τὸν νυμφίον παρίστησι διὰ τῆς τρυγόνος · ἐρυθραὶ γὰρ τῆς τρυγόνος αἱ σιαγόνες · τῇ δὲ συναγωγῇ τοὐναντίον · « Ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι ἀπανησχύντησας πρὸς πάντας. »

Ὠριγένους. — Ἀλλὰ καὶ μέλη Χριστοῦ Ἐκκλησίαν νύμφης ὁ Παῦλός φησιν, κ. τ. λ. (18).

Τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκοι.

Γρηγορίου. — Ἐπαινεῖ τὸν τράχηλον τὸν ἐν σχήματι κύκλου γυρούμενον ; ὃ δὴ περὶ τοὺς γαύρους τῶν πώλων ὁρῶμεν γινόμενον · ἡ γὰρ τῶν ὁρμίσκων μνήμη τὸν κύκλον ἐνδείκνυται, οὗ τὸ σχῆμα ἐπὶ τοῦ αὐχένος δεικνύμενον, εὐπρεπέστερον αὐτοῦ τὸν πῶλον ποιεῖ · ὅρμος δὲ λέγεται, κυρίως μὲν ἐπὶ τῶν παραλίων τόπων, ἐν οἷς ἡ ὄχθη καὶ τὸ

[12] Habac. III, 8. [13] Jerem. III, 3.

NOTÆ.

(17) Scholium illud quod in C. B. sub nomine Apollinarii continuatur, leges *Patrol.* t. XVII, col. 256, 257.

(18) *Patrol.* t. XVII, col. 257.

ἐντὸς μονοειδῶς κοιλανθεῖσα, ὑποδέχεται τῷ κόλπῳ A τὴν θάλασσαν· καὶ ἀναπαύει δι' ἑαυτῆς τοὺς ἐκ τοῦ πελάγους προσπλέοντας· ἐκ μεταφορᾶς δὲ διὰ τοῦ σχήματος, ὁ περιτραχήλιος κόσμος ὅρμος λέγεται· ὡς δὲ εἰς κύκλου σχῆμα κάμπτων ὁ πῶλος τὸν αὐχένα πρὸς τὰς ἰδίας τῶν ποδῶν βάσεις ὁρῶν, δι' ὧν ἀπρόσκοπόν τε καὶ ἀσφαλῆ ποιεῖται τὸν δρόμον, μήτε τῷ λίθῳ προσπταίων, μήτε κενεμβατῶν ἐν τῷ βόθρῳ· τοῦτο δὲ οὐ μικρὸν εἰς εὐφημίαν ἐστὶ ψυχῆς, τὸ πρὸς ἑαυτὴν βλέπειν· καὶ δι' ἀσφαλείας ἁπάσης πρὸς τὸν θεῖον δρόμον ἐπείγεσθαι· εἰ δὲ ἦν ἑνὶ μόνῳ προσεικασμένη ὁρμίσκῳ, ἀτελὴς πάντως ὁ ἔπαινος ἦν, ὡς οὐ τὴν αὐτὴν καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν τὴν μαρτυρίαν ἔχων· νῦν δὲ πᾶσαν συλλαμβάνει τῷ λόγῳ τῶν ἀρετῶν τὴν μαρτυρίαν, ἡ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ὁρμίσκων ὁμοίωσις. B

mare, ac per se quietis stationem præbet iis qui e mari adnavigant: ex metaphora autem propter figuram ornamentum colli dicitur ὅρμος. Sicut autem equus cervicem in orbem flectens ad omnes suos gressus aspicit, quo fit ut inoffensus et tutus sit gressus ejus, neque ad lapidem offendens, neque in foveam temere incidens: ita nec hoc parvum facit ad laudem animæ, nempe ad seipsam respicere, et cum omni securitate ad cursum divinum festinare. Si autem uni soli assimilata torqui esset, laus omnino esset imperfecta, quod non idem haberet testimonium in cæteris virtutibus: nunc autem oratione complectitur omne virtutum testimonium, ista torquium multitudini assimilatio.

Διδύμου. — Ὁρμίσκοι (19) γὰρ, ἡ καθαρὰ πίστις, ἡ ἀμόλυντος σωφροσύνη, ὁ καθαρὸς βίος· ἤγουν αὐτὸ χρῆμα κόσμος ἐστὶν, ἀλλ' οὐ κόσμιον περικείμενος.

Didymi. — Torques enim sunt pura fides, immaculata continentia, munda vita. Vel ipsa res per se ornatus est, sed non ornatum addens.

Κυρίλλου. — Λέγει τράχηλον τὸ ὑποτακτικὸν τῆς ψυχῆς· πῶς γὰρ κόσμος καλὸς, αὐχὴν μελετήσας φέρειν τοῦ Χριστοῦ τὸν ζυγόν;

Cyrilli. — Dicit autem collum animi submissionem, quomodo enim non pulchrum ornamentum sit studiose ferre jugum Christi?

ι', ια'. *Ὁμοιώματα χρυσίου ποιήσωμέν σοι μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου· ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ.*

VERS. 10, 11. *Similitudines auri faciemus tibi cum notis argenti. Donec rex in accubitu suo.*

Ὠριγένους. — Τοῦτο δὲ, οὐ πολὺς ἦν οὐδὲ κεχυμένος ὁ ἄργυρος, κ. τ. λ. (20).

Origenis. — Hoc autem, nec multum nec fusum erat argentum, etc.

Γρηγορίου. — Ἄξιον δὲ τοῦτο μὴ παραδραμεῖν ἀθεώρητον· τί δήποτε οὐχ αὐτὸ τὸ χρυσίον εἰς κόσμον παραλαμβάνεται, ἀλλὰ τοῦ χρυσίου τὰ C ὁμοιώματα· καὶ οὐχ αὐτὸς ὁ ἄργυρος, ἀλλὰ τὰ ἐκ τῆς ὕλης ταύτης, τῷ ὁμοιώματι τοῦ ἀργυρίου συγκροτούμενα στίγματα· τὸ τοίνυν διὰ τοῦτο δηλούμενον τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ἡ θεία φύσις πάσης ὑπέρκειται καταληπτικῆς διανοίας. Τὸ δὲ περὶ αὐτῆς ἡμῖν ἐγγινόμενον νόημα, ὁμοιώματά ἐστι τοῦ ζητουμένου· οὐ γὰρ αὐτὸ δείκνυσιν ἐκείνου τὸ εἶδος, ὃ οὔτε τις οἶδεν, οὔτε ἰδεῖν δύναται, ἀλλὰ δι' ἐσόπτρου καὶ δι' αἰνίγματος ἔμφασίν τινα σκιαγραφεῖ τοῦ ζητουμένου, ἔκ τινος εἰκασμοῦ ταῖς ψυχαῖς γινόμενον· πᾶς δὲ λόγος τῶν τοιούτων νοημάτων σημαντικὸς, στιγμῆς τινος ἀμεροῦς δύναμιν ἔχει, μὴ δυνάμενος ἐμφῆναι ὅπερ ἡ διάνοια βούλεται· ὡς εἶναι πᾶσαν μὲν διάνοιαν κατωτέραν τῆς ἀληθείας κατανοήσεως· D πάντα δὲ λόγον ἑρμηνευτικὸν στιγμὴν βραχεῖαν δοκεῖν, μὴ δυνάμενον τῷ πλάτει τῆς διανοίας ἐπεκτείνεσθαι· τὴν οὖν διὰ τῶν τοιούτων ῥημάτων χειραγωγουμένην ψυχὴν πρὸς τὴν τῶν ἀλήπτων περίνοιαν, διὰ μόνης πίστεως εἰσοικίζειν ἐν ἑαυτῇ λέγει δεῖν τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν φύσιν· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ παρὰ τῶν φίλων λεγόμενον, ὅτι Σοὶ ποιήσωμεν, ὦ ψυχὴ, τῇ καλῶς πρὸς τὸν ἵππον ἀπεικασθείσῃ, ἰνδάλματά τινα τῆς ἀληθείας καὶ ὁμοιώματα· τοιαύτη γὰρ καὶ τοῦ τῶν λόγων ἀργυρίου ἡ δύναμις

Gregorii. — Par est autem hoc non prætermittere inconsideratum, cur nempe non ipsum aurum assumitur ad ornatum, sed auri similitudines: et non ipsum argentum, sed quæ ex hac materia impressæ sunt notæ auri similitudini. Quod ergo per hæc significatur est hujusmodi: divinam nempe naturam excedere omnem intelligendi facultatem; quæ autem de ea nobis inest intelligentia, similitudo est ejus quod quæritur. Non enim ostendit ipsam illius formam, quam neque novit quispiam nec videre potest, sed per speculum et ænigma describit quamdam illius quod quæritur apparentem speciem quæ animis ex quadam conjectura inest. Omnis autem oratio quæ significat hujusmodi mentis conceptiones, habet vim cujusdam puncti individui, non valens explicare id quod vult mentis cogitatio. Ita ut omnis quidem mentis conceptio sit infra Dei comprehensionem: omnis autem interpretans oratio videtur esse brevis punctus, cum non possit simul extendi cum latitudine cogitationis. Animam igitur, quæ per hujusmodi mentis conceptiones tanquam manu ducitur ad eorum quæ capi non possunt, cogitationem dicit, per solam fidem oportere ad suam introducere habitationem, naturam illam quæ omnem superat intelligentiam. Et hoc est illud quod dicitur ab amicis, Tibi, o anima, quæ recte equis es assimilata, faciemus quædam virtutis simulacra et

NOTÆ.

(19) Ὁρμίσκοι — βίος in C. B. continuantur sub nomine Gregorii.
(20) *Patrol.* t. XVII, col. 257.

similitudines. Talis enim horum sermonum argenti vis, ut scintillarum specie irradiari videantur verba, quæ insitum iis intellectum exacte nequeant exprimere. Tu autem his acceptis per fidem fies subjugale et habitaculum ejus qui in te reclinaturus est per tui inhabitationem : ejus enim et sedes eris et domus fies ; cum amici sponsi hæc puræ dedissent virgini animæ, hi autem « sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis [14]. »

Philonis.—Etiam similitudines auri sunt martyres tanquam aurum in igne probati, stigmata Christi in corpore suo portantes : sed et in tempore pacis, non solum in persecutionibus angustam arctamque viam incedendum, donec rex in regeneratione adveniat.

Cyrilli. — Vel argentum quidem, ut in Scriptura solet, divina doctrina sit, aurum vero divina charismata. Omnia quæ Christi adventum præcesserunt, similitudines erant et umbræ futurorum (prout Apostolus ait) bonorum. At ubi Christus resurrexit, perfecta hominibus munera largitus est. Ante resurrectionem vero similitudines habebamus a sodalibus ejus, tum lege, tum prophetis.

Nardus mea dedit odorem suum.

Procopii. — Suavem odorem dicit e variis virtutibus, tanquam floribus sponsæ compositum ; si quidem in semetipsa olfacit suavem odorem Christi ; vel etiam passionem ejus dixit, in qua alabastrum unguenti effusum dedit ubique odorem suum.

Origenis. — Nam sponsi, inquit, odorem etc.

Gregorii. — Quemadmodum enim vos, inquit, administratorii spiritus, non ipsum sincerum divinitatis aurum, sed per eas mentis conceptiones quas capere possumus nobis donatis auri similitudines, non dilucida oratione quæ sunt ejus aperientes, sed per exiguas rationalis argenti notas præbentes quasdam apparentes ejus quod quæritur species, sic et ego per intellectum hujus unguenti illius ipsius bonum odorem sensu percepi. Istiusmodi autem mihi videtur habere sensum : Quemadmodum ex diversis aromatibus secundum aliam atque aliam proprietatem fragrantibus, artificiosa et moderata mistio, tale efficit unguentum ex iis quæ simul injiciuntur, unius cujusdam herbæ odoriferæ cui nomen nardus, quæ toti compositioni nomen præbet : sic utique si quis omnem bene olentem florem ex variis virtutum pratis collegerit, et totam vitam suam unum fecerit unguentum per bonum odorem singulorum vitæ studiorum, et per omnia perfectus evaserit, in ipsum quidem Dei Verbum, tanquam in solis orbem, ob eminentiam obtutum figere naturaliter non potest ; sed in seipso tanquam in speculo solem aspicit. Illius enim veræ et

A ὡς ἐναυγάσματα σπινθηροειδῆ δοκεῖν εἶναι τὰ ῥήματα, μὴ δυνάμενα δι' ἀκριβείας ἐμφῆναι τὸ ἐγκείμενον νόημα· σὺ δὲ ταῦτα δεξαμένη, ὑποζύγιόν τε καὶ οἰκητήριον γενήσῃ διὰ πίστεως, τοῦ ἐν σοὶ ἀνακλίνεσθαι μέλλοντος διὰ τῆς ἐν σοὶ κατοικήσεως· τοῦ γὰρ αὐτοῦ καὶ θρόνος ἔσῃ καὶ οἶκος γενήσῃ· ταῦτα τῶν φίλων τοῦ νυμφίου τῇ καθαρᾷ καὶ παρθένῳ χαρισαμένων ψυχῇ, *εἶεν δ' ἂν οὗτοι τὰ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν.*

Φίλωνος. — Καὶ ὁμοιώματα (21) χρυσίου οἱ μάρτυρες, ὡς χρυσὸς ἐν πυρὶ δοκιμασθέντες· φέροντες ἐπὶ τοῦ σώματος τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ καὶ ἐν καιρῷ δὲ εἰρήνης οὐ μόνον ἐν διωγμοῖς· διὰ τὸ B ἐλέσθαι τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ παραγένηται.

Κυρίλλου. — Ἤγουν ἀργύριον μὲν ἐν τῇ Γραφῇ συνήθως, ἡ θεία διδασκαλία· χρυσίον δὲ τὰ θεῖα χαρίσματα· πάντα δὲ πρὸ τῆς ἐπιδημίας Χριστοῦ, ὁμοιώματα ἦν καὶ σκιὰ τῶν μελλόντων, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἀγαθῶν· ἀναστὰς δὲ Χριστὸς τὰ τέλεια τοῖς ἀνθρώποις δεδώρηται· πρὸ δὲ τῆς ἀναστάσεως ὁμοιώματα εἴχομεν, παρὰ τῶν ἑταίρων αὐτοῦ, τοῦ τε νόμου καὶ τῶν προφητῶν.

Νάρδος ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ.

Προκοπίου. — Εὐωδίαν φησὶν ἐκ ποικίλων ἀρετῶν καθάπερ ἐξ ἀνθέων συναγομένην τῇ νύμφῃ· ἐν ἑαυτῇ γὰρ ὀσφραίνεται τῆς εὐωδίας Χριστοῦ· καὶ εἰ C τὸ πάθος εἶπεν αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ καὶ τὸ ἀλάβαστρον τοῦ μύρου χυθὲν διέδωκε πανταχοῦ τὴν ὀσμήν.

Ὠριγένους. — Τὴν γὰρ τοῦ νυμφίου φησὶν ὀσμήν, κ. τ. λ. (22).

Γρηγορίου. — Ὡς γὰρ ὑμεῖς, φησί, τὰ λειτουργικὰ πνεύματα, οὐκ αὐτὸ τὸ ἀκήρατον τῆς θεότητος χρυσίον, ἀλλ' ὁμοιώματα διὰ τῶν χωρητικῶν ἡμῖν νοημάτων τοῦ χρυσίου χαρίζεσθε· οὐ τηλαυγεῖ τῷ λόγῳ τὰ κατ' αὐτὸν ἐκκαλύπτοντες, ἀλλὰ διὰ τῆς βραχύτητος τῶν τοῦ λογικοῦ ἀργυρίου στιγμάτων ἐμφάσεις τινὰς παρασχόμενοι τοῦ ζητουμένου, οὕτω κἀγὼ διὰ τῆς ἐπιπνοίας τοῦ ἐμοῦ μύρου, τὴν αὐτοῦ ἐκείνου εὐωδίαν τῇ αἰσθήσει παρεδεξάμην· τοιοῦτον δέ, μοὶ δοκεῖ, νοῦν ἔχει· Ὥσπερ ἐκ διαφόρων ἀρωμάτων, ἄλλου κατ' ἄλλην ἰδιότητα εὐπνοούντων, τεχνική τις D καὶ ἔμμετρος μίξις τὸ τοιοῦτον ἀπεργάζεται μύρον μιᾶς τινος πόας εὐώδους ἐκ τῶν συνεμβαλλομένων, ᾗ ὄνομα νάρδος ἐστίν, ὅλῳ τῷ κατασκευάσματι περιεχομένης τὸ ὄνομα· οὕτω καὶ εἴ τις πᾶν ἄνθος εὐωδίας ἐκ τῶν ποικίλων τῆς ἀρετῆς λειμώνων ἀνθολογήσας καὶ πάντα ἑαυτοῦ τὸν βίον ἐν μύρον διὰ τῆς τῶν καθ' ἕκαστον ἐπιτηδευμάτων εὐοσμίας ἀπεργασάμενος, διὰ πάντων γένοιτο τέλειος, πρὸς αὐτὸν μὲν τὸν Θεὸν Λόγον, ὡς πρὸς ἡλίου κύκλον ἀτενῶν ἐνιδεῖν φύσιν οὐκ ἔχει, διὰ τὸ ὑπερκείμενον τῆς οὐσίας, ἐν ἑαυτῷ δέ, καθάπερ ἐν κατόπτρῳ, βλέπειν τὸν ἥλιον· αἱ γὰρ τῆς ἀληθινῆς καὶ θείας ἀρετῆς ἀκτῖνες τῷ

[14] Hebr. I, 14.

NOTÆ.

(21) Καὶ ὁμοιώματα — παραγένηται in C. B. continuantur sub nomine Gregorii.
(22) *Patrol.* t. XVII, col. 260.

κεκαθαρμένῳ βίῳ, διὰ τῆς ἀποῤῥεούσης αὐτῶν ἀπαθείας ἐκλάμπουσαι, ὁρατὸν ποιοῦσιν ἡμῖν τὸν ἀόρατον, καὶ ληπτὸν τὸ ἀπρόσιτον· τῷ ἡμετέρῳ κατόπτρῳ ἐνζωγραφοῦσα τὸν ἥλιον· ἢ καὶ τὸ πάθος αἰνίττεται τοῦ Χριστοῦ, ἐφ' ᾧ καὶ τὸ ἀλάβαστρον τοῦ μύρου χυθὲν, διέδωκεν τὴν ὀσμήν.

ιβ'. *Ἀπόδεσμος τῆς στακτῆς ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, ἀνὰ μέσον τῶν μαστῶν μου αὐλισθήσεται.*

Γρηγορίου (23). — Διὰ τούτων μείζονα καὶ τελεωτέραν ἐμφαίνει σοφίαν, ἣν κατορθῶσαι μόνον τῶν ἤδη τετελειωμένων ἐστίν· ἐπειδὴ γὰρ ἔθος ταῖς φιλοκόσμοις γυναιξὶ μὴ τοῖς ἔξωθεν προκοσμήμασι μόνον ἐπινοεῖν ἑαυταῖς τὸ ἐπὶ τῶν συμβιούντων ἐράσμιον, ἀλλ' ἐπιτηδεύειν διά τινος εὐπνοίας, ἡδίω τὰ σώματα τοῖς ἑαυτῶν ἀνδράσι φαίνεσθαι, τὸ καταλλήλως ἐνεργοῦν πρὸς τὴν τοιαύτην χρείαν ἄρωμα, ἐντὸς τῆς κατὰ τὴν ἐσθῆτα περιβολῆς ἐγκρύπτουσαι· οὗ τὸν οἰκεῖον ἀτμὸν ἐκδιδόντος, καὶ τὸ σῶμα τῇ τοῦ ἀρώματος εὐπνοίᾳ συγκαταχρώννυται τοῦ ἐμοῦ αὐχένος ἀπόδεσμος, καὶ κατὰ τοῦ στήθους εὐωδιάζων τὸ σῶμα· αὐτός ἐστιν ὁ Κύριος, οὐχ ἕτερον ἄρωμα· στακτὴ γὰρ γενόμενος ἔγκειται τῷ ἀποδέσμῳ τῆς συνειδήσεως αὐτῇ μου τῇ καρδίᾳ νῦν αὐλιζόμενος, οἱονεὶ ἐν τῷ βαθεῖ καὶ μεσαιτάτῳ, ἐν ᾧ τόπῳ τὸ ἀγαθὸν θησαυρίζεται, καὶ ζωπυρεῖ τὰ τοῦ σώματος μέλη· μηδὲ μιᾶς ἀνομίας τὴν κατὰ Θεὸν ἀγάπην ἀποψυχούσης· στακτὴ δὲ γέγονεν, ὡς ἄτευκτος ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν· λέγει δὲ καὶ ἐν Ψαλμοῖς, « Σμύρνα καὶ στακτὴ καὶ κασία ἀπὸ ἱματίων σου· » μή ποτε οὖν τοῦ Δεσποτικοῦ θανάτου σύμβολον ἡ στακτὴ καὶ σμύρνα, ἣν ἀπόδεσμον τῇ ἑαυτῆς περιφέρει καρδίᾳ ἡ νύμφη;

Ὠριγένους. — Εἰποῦσα τὴν νάρδον τοῦ νυμφίου, κ. τ. λ. (24).

Κυρίλλου. — Νάρδῳ καὶ ἀποδέσμῳ στακτῆς, ὁ ἐνταφιασμὸς σημαίνεται Χριστοῦ· ὃ Νικόδημος φέρων ἐνετύλιξε τὸ σῶμα αὐτοῦ· μαστοὺς δὲ φέρει τὰς δύο διαθήκας ἡ νύμφη, ὧν ὁ Χριστὸς ἀνὰ μέσον αὐλίζεται.

ιγ'. *Βότρυς τῆς Κύπρου ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, ἐν ἀμπελῶσιν Ἐγγαδδί.*

Γρηγορίου. — Τίς οὕτω μακάριος ὥστε τὸν ἴδιον καρπὸν βλέπων ἐν αὐτῷ τῷ βότρυϊ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ὁρᾷν τοῦ ἀμπελῶνος δεσπότην; ἰδοὺ γὰρ ὅσον ηὐξύνθη ἡ ἐν τῇ ἰδίᾳ νάρδῳ τοῦ νυμφίου ἐπιγνοῦσα τὴν εὔπνοιαν, ἡ στακτὴν αὐτὸν εὐώδη ποιησαμένη, καὶ διαλαβοῦσα τῷ τῆς καρδίας ἐνδέσμῳ τὸ ἄρωμα, ὡς ἂν παραμένῃ αὐτῇ τὸ ἀγαθὸν διὰ παντὸς ἀδιάπνευστον, μήτηρ τοῦ θείου βότρυος γίνεται, τοῦ πρὸς μὲν τοῦ πάθους κυπρίζοντος, ὅπερ ἐστὶν ἀνθοῦντος, ἐν δὲ τῷ πάθει τὸν οἶνον προχέοντος· ὁ γὰρ τὴν καρδίαν ἡμῶν εὐφραίνων οἶνος, αἷμα σταφυλῆς μετὰ τὴν τοῦ πάθους οἰκονομίαν γίνεται καὶ ὀνομάζεται·

[18] Psal. XLIV, 9.

A divinæ virtutis radii puræ vitæ illucescentes per promanantem ex illis impatibilitatem inaspectabilem nobis aspectabilem reddunt et comprehensibilem eum ad quem non patet aditus, in speculo nostro solem describentes: vel etiam passio Christi innuitur, in qua et alabastrum unguenti effusum dedit odorem.

VERS. 12. *Fasciculus myrrhæ fratruelis meus mihi; in medio uberum meorum demorabitur.*

Gregorii. — Per hæc majorem et perfectiorem indicat philosophiam, quam recte exsequi solum eorum est qui jam sunt perfecti. Cum enim mos sit sui ornandi cupidis mulieribus, non solum externis procurare ornamentis ut sint amabiles iis qui cum ipsis vivant, sed etiam dare operam ut per quam-
B dam suaveolentiam corpora quoque suis maritis suaviora videantur, ad eum usum congruens aroma intra suæ vestis ambitum occultantes, quo suum emittente vaporem, corpus quoque bono odore aromatis simul afficitur. Ait igitur et hæc magni animi virgo quasi dependens e cervice mea fasciculus et in pectore suaveolentia corpus perfundens, ipse est Dominus, non aliud aroma. Myrrha enim effectus inest fasciculo conscientiæ, in ipso meo corde commorans quasi in profundo et intimo meditullii loco bonum thesaurizatur, et vivificat membra corporis, nulla iniquitate dilectionem erga Deum infrigidante. Myrrha porro factus est sicut nimirum pluvia in vellus descendens, et sicut
C stillicidia stillantia super terram. In Psalmis etiam ait: « Myrrha, gutta, et casia a vestimentis tuis [18]. » Num forte Dominicæ mortis symbolum gutta et myrrha quam instar fasciculi corde suo sponsa circumfert?

Origenis. — Postquam dixit sponsi nardum, etc.

Cyrilli. — Nardo et myrrhæ fasciculo sepultura Christi designatur, quæ Nicodemus ferens involvit corpus ejus. Ubera vero fert sponsa duo testamenta, in quorum medio Christus demoratur.

VERS. 13. *Botrus Cypri fratruelis meus mihi in vineis Engaddi.*

Gregorii. — Quis adeo beatus ut suum fructum
D videns in ipso suæ animæ botro, videat vineæ Dominum? Vide enim quantum crevit quæ in sua nardo sponsi bonum cognovit habitum quæ myrrha ipsi odorifera effecta est, et cordis fasciculo aroma complexa, ut illi perpetuo maneat bonum nunquam exspirandum. Fit mater divini botri ante passionem quidem gemmascentis, id est florentis, in passione vinum effundentis. Vinum enim cor lætificans fit et nominatur sanguis uvæ post passionis œconomiam. Cum autem botro fruamur dupliciter, nempe cum flos bono odore

NOTÆ.

(23) Scholium hoc in C. B. nullum auctoris præfert nomen.
(24) *Patrol.* t. XVII, col. 260.

sensus oblectat; vel cum fructu jam perfecto in nostra situm est potestate aut ejus comestione delectari, aut in conviviis vino exhilarari. Hic sponsa adhuc florentem botrum decerpit, Cyprum vitis florem appellans. Qui enim natus est nobis, puer Jesus, in diversis ipsum suscipientibus diverso modo proficiens sapientia et ætate et gratia non in omnibus idem est, sed pro mensura ejus in quo exsistit, secundum capacitatem illius qui illum capit talis apparet, vel infans, vel proficiens, vel perfectus, juxta naturam botri, qui non eadem semper specie in vite conspicitur, sed una cum tempore formam mutat, florens, vernans, perfectus, maturus, vinum factus. Hic est ergo botrus Cypri, botrus vinum promittens, nondum autem vinum exsistens, sed per florem nascens: spes autem est flos de futura gratia fidem faciens. Odoratum enim delectat ante gustum, bonorum exspectatione, spei vaporibus animi sensus recreans. Adjectio autem vocabuli *Gaddi* significat locum pinguem in quo vitis radices agens opimum ac suavem fructum edit. Sic enim qui de locorum scribunt historia dicunt sortem Gaddi esse appositam ad alendos botros. Quoniam igitur qui legi Domini voluntatem habet congruentem, diu et noctu in ea meditans, efficitur arbor semper germinans, aquarum affluxibus pinguis evadens, suoque tempore opportuno fructum ferens ea de causa sponsi vinea in Gaddi agro pingui actis radicibus in profunda cogitatione quæ per divina documenta irrigatur et augetur florentem hunc et vernantem botrum produxit, sponsi formæ assimilatum. Si enim ipse quidem vitis, nos autem palmites, in ipso utique qui vitis est fructum ferimus.

διπλῆς οὖν οὔσης ἐν τῷ βότρυϊ τῆς ἀπολαύσεως, τῆς μὲν ἐκ τοῦ ἄνθους, ὅταν εὐφραίνῃ τῇ εὐωδίᾳ τὰ αἰσθητήρια, τῆς δὲ διὰ τοῦ τελειωθέντος ἤδη καρποῦ, ὅταν ὑπάρχῃ κατ' ἐξουσίαν, ἢ τῆς βρώσεως κατατρυφᾷν, ἢ συμποσίοις τῷ οἴνῳ φαιδρύνεσθαι· ἐνταῦθα ἡ νύμφη ἔτι τὸν ἀνθοῦντα βότρυν καρποφορεῖ· Κύπρον τὴν οἰνάνθην κατονομάζουσι· τὸ γὰρ γεννηθὲν ἡμῖν παιδίον Ἰησοῦς ἐν τοῖς δεξαμένοις αὐτὸν, διαφόρως προκόπτων σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι, οὐχ ἐν πᾶσιν ὁ αὐτός ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ μέτρον ἐν ᾧ γίνεται· καθὼς ἂν ὁ χωρῶν ἱκανότητος ἔχῃ, τοιοῦτος φαίνεται, ἢ νηπιάζων, ἢ προκόπτων, ἢ τελειούμενος, κατὰ τὴν τοῦ βότρυος φύσιν· ὃς οὐ πάντοτε μετὰ τοῦ αὐτοῦ εἴδους ἐπὶ τῆς ἀμπέλου ὁρᾶται· ἀλλὰ καὶ συνεξαλλάσσει τῷ χρόνῳ τὸ εἶδος, ἀνθῶν, κυπρίζων, τελειούμενος, πεπαινόμενος, οἶνος γινόμενος· οὕτως τοίνυν ὁ τῆς Κύπρου βότρυς ἐστὶ βότρυς οἶνον ἐπαγγελλόμενος, οὔπω δὲ οἶνος, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἄνθους γινόμενος· ἡ δὲ ἐλπὶς τὸ ἄνθος ἐστὶ, τὴν ἐσομένην χάριν πιστούμενον· τὴν ὄσφρησιν γὰρ εὐφραίνει ἀντὶ τῆς γεύσεως τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἀγαθῶν, τοῖς ἀτμοῖς τῶν ἐλπίδων ἡδύνον τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια· ἡ δὲ τοῦ *Γαδδὶ* προσθήκη σημαίνει τὸν πίονα χῶρον, ᾧ ῥιζωθεῖσα ἡ ἄμπελος, εὔτροφον καὶ ἡδὺν καρπὸν ἀπεργάζεται· οὕτω γὰρ καὶ οἱ τοπικῶς ἱστορήσαντες λέγουσι τὸν κλῆρον τοῦ Γαδδὶ ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς εὐτροφίαν βοτρύων· ἐπειδὴ τοίνυν ὁ τῷ νόμῳ Κυρίου σύμφωνον ἔχων τὸ θέλημα, καὶ διὰ πάσης νυκτός τε καὶ ἡμέρας ταύτην τὴν μελέτην ποιούμενος, ἀειθαλὲς γίνεται δένδρον, ταῖς τῶν ὑδάτων ἐπιῤῥοαῖς πιαινόμενος· τούτου χάριν καὶ ἡ τοῦ νυμφίου ἄμπελος ἐν τῷ Γαδδὶ τῷ πίονι τόπῳ ἐῤῥιζωμένη βαθείᾳ τῇ διανοίᾳ διὰ τῶν θείων διδαγμάτων καταρδομένη καὶ αὔξουσα τὸν εὐανθῆ τοῦτον καὶ κυπρίζοντα βότρυν ἐξήνθησε, πρὸς τὴν τοῦ νυμφίου μορφὴν ὁμοιούμενον. Εἰ γὰρ αὐτὸς μὲν ἡ ἄμπελος, ἡμεῖς δὲ τὰ κλήματα, ἐν αὐτῇ δηλονότι τῇ ἀμπέλῳ καρποφοροῦμεν.

Nili. — Botrum Cypri, vel florentem uvam suum dicit fratruelem, vel ex Cypro botrum eximium quid fortassis ista patria in botrorum fertilitate obtinente. Utrum autem horum de sponsa dicatur, posteriori consentit sensui; etenim si fratruelem suum florentem appellet uvam, istius modi quid ait, ipsum nempe dum adhuc in apparentibus periculis versatur, vernantem esse botrum, sed qui per spem jam conceperit suam perfectionem dum adhuc in flore est; et licet necdum comestionis, boni tamen odoris fruitionem præbet, et resurrectionis indicat jucunditatem, ipso flore fructum latenter subinsinuans, ac floris interim odore bono consolans. Est enim in vineis Engaddi quod interpretatur oculus tentationis. Etenim Dominus in cruce suspensus, tanquam in loco tentationis omnium oculis erat expositus multum desperationis objiciens intuentibus, attamen minime scandalizabatur anima perfecta, quæ perfectam erga ipsum habebat dilectionem et ex prophetis sibi persuadebat, hoc oportuisse fieri. Etsi enim multos vel etiam omnes ea quæ fiebant perturbarent, me tamen nihil horum commovit aut titubare fecit,

Νείλου. — Βότρυν Κύπρου ἢ τὴν ἀνθοῦσαν λέγει σταφυλὴν, ἢ τὸν ἐκ τῆς Κύπρου βότρυν, ἴσως ἐξαίρετόν τι ἐχούσης τῆς πατρίδος, εὐτοχίᾳ βοτρύων· ὁπότερον δὲ τούτων ἂν λέγηται παρὰ τῆς νύμφης, τῷ ὀπίσω συνᾴδει νοήματι· καὶ γὰρ ἀνθοῦσαν λέγει σταφυλὴν τὸν ἑαυτῆς ἀδελφιδὸν, τοιοῦτο λέγει· ὅτι ἕως ἐστὶν ἐν τοῖς δοκοῦσι περιστατικοῖς, κυπρίζων ἐστὶ βότρυς· πλὴν τῶν δι' ἐλπίδος ἀπεκδεχομένων τὴν τούτου τελείωσιν· ἐμοὶ δὲ καὶ ἐν τῷ ἄνθει ὢν, εἰ καὶ μὴ τὴν ἐκ τῆς βρώσεως, ἀλλὰ γοῦν τὴν ἐκ τῆς εὐωδίας παρέχει ἀπόλαυσιν, καὶ τὴν τῆς ἀναστάσεως ὑποφαίνει εὐφροσύνην· τῷ ἄνθει λεληθότως τὸν καρπὸν ὑποκυλίων, καὶ τῇ εὐωδίᾳ τοῦ ἄνθους τέως παραμυθούμενος· ἐν ἀμπελῶσι γάρ ἐστιν Ἐν Γαδδὶ, ὅπερ ἑρμηνεύεται, ὀφθαλμὸς πειρατηρίου· καὶ γὰρ ὁ Κύριος κρεμάμενος ἐν σταυρῷ ὡς ἐν πειρατηρίῳ τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς, πολλὴν ἀμηχανίαν παρέχων τοῖς ὁρῶσιν· ἀλλ' οὐκ ἐσκανδαλίζετο ἡ τελεία ψυχὴ, τελείαν ἔχουσα τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην, καὶ ἐκ τῶν προφητειῶν πεπεισμένη, ὅτι ταῦτα ἔδει γενέσθαι· καὶ γὰρ πολλοὺς, φησὶν, ἢ καὶ πάντας ἐτάραξε τὰ γεγενημένα, ἀλλ' οὐδὲν ἐμὲ τούτων παρεκίνησεν· οὐδὲ διστάσαι παρεσκεύασεν· εἰ δὲ καὶ κατὰ τὴν

ἄλλην ἐκδοχήν, βότρυς Κύπρου ἐστὶ, σκεπτέον πῶς τῆς Κύπρου βότρυς ὤν, οὐκ ἐν ἀμπελῶσι Κύπρου, ἀλλ' ἘνΓαδδὶ λέγεται εἶναι· τάχα οὖν ὅτε ἦν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, βότρυς ἦν τῆς Κύπρου Θεὸς Λόγος ὤν· ὅτε δὲ τῷ κόσμῳ διὰ σαρκὸς ἐπεδήμησεν, ἐν ἀμπελῶσι γέγονε τῇ Γαδδί· ἐν ᾗ οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ πειρατηρίου οὐκ ἔχοντες ἀκριβῆ τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν, δυσδιάγνωστον ἐποίουν τὸ φαινόμενον, ἰσοῤῥεπῶς τῆς διανοίας ἐφ' ἑκάτερα κινούσης, ἐπί τε τὴν θεϊκὴν ἀξίαν διὰ τὸ μέγεθος τῶν θαυμάτων, ἐπί τε τὴν ἀνθρωπίνην εὐτέλειαν διὰ τὰ πάθη· μετὰ γοῦν τὴν τοιαύτην, ἔν τε ταῖς πράξεσιν, ἔν τε τοῖς δόγμασιν αὐτοῖς ἀκρίβειαν ἀμειβόμενος αὐτὴν ὁ νυμφίος, μᾶλλον δὲ τὰ προσόντα αὐτῇ φησι μαρτυρῶν, *Ἰδοὺ εἶ καλὴ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

ιδ'. *Ἰδοὺ εἶ καλὴ, ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ εἶ καλὴ, ὀφθαλμοί σου περιστεραί.*

Γρηγορίου. — Ἐν μὲν τοῖς φθάσασιν, ἵππου τινὸς εὐμορφίαν τῷ φαινομένῳ προσεμαρτύρησε· νῦν δὲ ὡς παρθένου λοιπὸν ἀποδέχεται τὸ ἀναφανὲν κάλλος, καί φησιν· *Ἰδοὺ εἶ καλὴ, ἡ πλησίον μου·* παιδεύει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος, ταύτην εἶναι τοῦ κάλλους τὴν ἐπανάληψιν, τὸ πλησίον τῆς τοῦ καλοῦ γενέσθαι πηγῆς· πρότερον μὲν γὰρ, φησὶν, οὐκ ἦς καλή· διότι τοῦ ἀρχετύπου κάλλους ἀποξενωθεῖσα τῇ πονηρᾷ γειτνιάσει τῆς κακίας πρὸς τὸ εἰδεχθὲς ἠλλοιώθης· ἀποστᾶσα δὲ νῦν τῆς τοῦ κακοῦ κοινωνίας, καὶ ἐμοὶ πλησιάσασα τῷ ἀρχετύπῳ κάλλει, καὶ αὐτὴ καλὴ γέγονας, οἷόν τι κάτοπτρον τῷ ἐμῷ χαρακτῆρι ἐμμορφωθεῖσα· εἶτα ἐπισχὼν, καὶ οἷον ἐν προσθήκῃ τινὶ καὶ ἐπιτάσει γενομένην τοῦ κάλλους αὐτὴν θεασάμενος, πάλιν τὸν αὐτὸν ἐπαναλαμβάνει λόγον εἰπών· *Ἰδοὺ εἶ καλή·* ἀλλ' ἐν τῷ προτέρῳ τὴν πλησίον ὠνόμασεν· ἐνταῦθα δὲ τὴν ἐκ τοῦ ὀνόματος τῶν εἰδῶν γνωριζομένην· *Ὀφθαλμοί σου* γὰρ, φησὶ, *περιστεραί·* πρότερον μὲν γὰρ ὅτε τῷ ἵππῳ ἀφωμοιώθη, ἐν σιαγόνι τε καὶ τραχήλῳ ὁ ἔπαινος ἦν· νῦν δὲ ὅτε τὸ ἴδιον αὐτῆς ἀνεφάνη κάλλος, ἡ τῶν ὀφθαλμῶν χάρις ἐγκωμιάζεται· ὁ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἔπαινος, τὸ περιστερᾶς εἶναι τὰ ὄμματα· ἐπειδὴ πρὸς ὃ ἄν τις ἐνατενίσῃ, τούτου δέχεται ἐν ἑαυτῷ τὸ ὁμοίωμα· καὶ γάρ φασιν οἱ τὰ τοιαῦτα φυσιολόγων ἐπιστήμονες, ὡς τὰς τῶν εἰδώλων ἐμπτώσεις δεχόμενος ὁ ὀφθαλμὸς, αἳ τῶν ὁρατῶν ἀποῤῥέουσιν, οὕτως ἐνεργεῖ τὴν ὄψιν· ἡ μηκέτι αἷμα καὶ σάρκα, τουτέστι τὸν σωματικὸν βίον, βλέπουσα νύμφη, ἀλλὰ τῆς σωματικῆς προσπαθείας ἀπηλλαγμένη, εἰκότως τὸ τῆς περιστερᾶς εἶδος ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχειν λέγεται· τουτέστιν τὸν χαρακτῆρα τῆς πνευματικῆς ζωῆς, τῷ διορατικῷ τῆς ψυχῆς ἐναυγάσασα· καὶ ἐπείπερ ὁ καθαρὸς αὐτῆς ὀφθαλμὸς, δεκτικὸς τοῦ τῆς περιστερᾶς χαρακτῆρος γέγονεν, ἤγουν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διὰ τοῦτο χωρεῖ καὶ τὸ τοῦ νυμφίου κάλλος θεάσασθαι· « Οὐδεὶς γὰρ δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. »

[16] I Cor. XII, 3.

A Quod si vero etiam secundum aliam expositionem botrus Cypri sit, considerandum quomodo cum Cypri botrus esset, non in vineis Cypri sed Engaddi esse dicitur? Fortassis utique quando erat in sinu Patris, ante incarnationem, botrus erat Deus Verbum exsistens; quando autem ad mundum per carnem advenit, in vineis exstitit Gaddi in qua oculi tentationis non habentes accuratam veritatis comprehensionem, eum qui apparebat cognitu difficilem reddebant, dum mens ad utraque æqualiter inclinaretur, ad divinam dignitatem propter miracula, et ad humanam vilitatem propter passiones. Postquam igitur, tam in operibus quam in doctrinis talem ejus diligentiam alternis exercuisset sponsus, magis ea quæ ipsi aderant, suo testimo- B nio confirmans, ait: *Ecce, pulchra es*, etc.

VERS. 14. *Ecce pulchra es, propinqua mea, ecce pulchra es: oculi tui columbæ.*

Gregorii. — In præcedentibus quidem illi cujusdam equi apparentem sub testimonio tribuit pulchritudinem, nunc vero tanquam virginis de cætero in ipsa relucentem approbat venustatem, et ait: *Ecce pulchra es, propinqua mea.* Docet autem per hæc oratio hanc pulchritudinis esse resumptionem quod fonti pulchritudinis propinqua facta sit. Nam prius quidem, inquit, non eras pulchra, quod mala vitii appropinquatione a primaria abalienata pulchritudine, in deformitatem fueris commutata. Nunc autem a mali societate recedens mihique appro- C pinquans, exemplari pulchritudini ipsa quoque pulchra evasisti, velut quoddam speculum meo characteri conformata. Deinde cum se cohibuisset et eam veluti in quadam additione et accessione contemplatus esset pulchritudinis, rursus eamdem repetit orationem, dicens: *Ecce pulchra es.* Sed prius eam nominavit propinquam; hic autem ex specie oculorum cognitam. *Oculi* enim *tui*, inquit, *columbæ.* Prius enim quando equo fuit assimilata, laus erat in maxilla et collo, nunc autem cum ejus propria apparuit pulchritudo, laudatur gratia ejus oculorum. Laus autem ejus oculorum quod sint oculi columbæ, siquidem in quod quis defixerit oculos, ejus in se suscipit similitudinem. Tradunt enim qui sunt præditi scientia hujusmodi D rerum naturalium, quod oculus simulacrorum incursiones ex rebus aspectabilibus emanantes excipiens, ita formet visionem. Igitur non amplius ad carnem et sanguinem, hoc est ad vitam corporalem sponsa respiciens, sed a corporea affectione liberata, merito columbæ speciem in oculis habere dicitur, hoc est characterem vitæ spiritalis perspicaci animi facultate illustrari. Et quoniam purus ejus oculus capax factus est characteris columbæ, nempe Spiritus sancti, propterea etiam capax est contemplandi sponsi pulchritudinem. « Nemo enim potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto [16]. »

Nili. — Bis dicit *pulchra* propter ejus in utroque homine, interiore, inquam, et exteriore, puritatem. Columbæ autem ejus oculos merito appellat, quoniam omnibus pro diversitate rerum circa ipsum gestarum simul una mentem mutantibus et alia quidem ante passionem, alia vero in ipsa passione de ipso cogitantibus, atque heterodoxis juxta earum contrarietatem phantasiis firmitatem propositi convellentibus, sola spiritaliter ea quæ fiebant intelligebat, nihil eorum quæ accidebant secundum multorum opinionem judicans, sed eam quam ab initio de ipso tanquam Deo existimationem habuerat, in utrisque temporibus custodiens. Propinquam porro ipsam vocat, propter incarnationem quandoquidem ejus corpus assumpsit. Sed et sororem ipsam vocat propter conjunctionis puritatem, et sponsam propter invidiæ vacuitatem; semper enim exsistens sponsa vigentem ac recentem habet amorem, diligens et dilecta.

Cyrilli. — Pulchram eam dicit, haud sicut antea inter mulieres dixerat: sed dum hic eam proximæ titulo denotat, sponsæ laudem duplicat sponsus, dotes ejus theoreticas simul practicasque commendans. Jam oculos mentis cordisque dicit, columbæque oculos propter perspicaciam, quod etiam de Spiritu dato accipitur. Ait ergo sponsam mente auctam quæ Deum solum spectat. Oculi autem sunt etiam innocui acuteque cernentes Ecclesiæ magistri.

VERS. 15, 16. *Ecce pulcher es, fratruelis meus, et formosus; lectulus noster umbrosus. Trabes nostræ cedri, laquearia nostra cupressi.*

Philonis.—Vel pulcher in lege, speciosus in Evangelio; pulcher in prophetis, speciosus in apostolis; pulcher temporalibus bonis adjuvando, et speciosus in bonis futuris. *Cubile nostrum umbrosum.* Tu autem nos in morte respicis. Nam « Etiamsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es [17]. » Sponsa autem de domo sibi a sponso ædificata glorians illa dicit, per tigna sanctos prophetas designans. Justus enim sicut palma florebit, quasi cedrus Libani multiplicabitur. Laquearia domum et pulchram et jucundam efficiunt.

Gregorii. — Omnia enim, inquit, quæcunque mihi pulchra videbantur, ut gloria vel pulchritudo, aut principatus vel quidlibet ejusmodi, aversabar. Non mihi amplius aberrat de bono judicium, ut aliud aliquid æstimem, præter te, esse bonum ac pulchrum. Tu enim verus pulcher, nec pulcher tantum, sed ipsa boni pulchrique essentia, qui cum vitæ æternitate simul extendis speciem seu decorem, cui nomen fecit hominum amor. Tanquam ex Juda nobis ortus es; Judæorum enim populus frater ejus qui ad te ex gentibus accedit, recte propter divinitatis tuæ in carne factam manifestationem, ejus quæ amat nominatus es fratruelis. Deinde

[17] Psal. XXII, 4.

Νείλου. — Δὶς τὸ *καλὴ* λέγει· διὸ τὴν ἐν ἀμφοτέροις τοῖς ἀνθρώποις αὐτοῖς τῷ τε ἔσω καὶ τῷ ἔξω καθαρότητα· περιστερᾶς δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς εἰκότως προσαγορεύει· ἐπειδὴ πάντων τῇ διαφορᾷ τῶν περὶ αὐτὸν οἰκονομηθέντων συμμεταβαλλόντων τὴν γνώμην· καὶ ἄλλα μὲν πρὸ τοῦ πάθους, ἄλλα δὲ ἐν τῷ πάθει περὶ αὐτοῦ ὑπολαβόντων· καὶ ἑτεροδόξοις ταῖς κατ' ἐναντιότητα φαντασίαις τὸ ἰσχυρὸν τῆς προαιρέσεως κλονησάντων, πνευματικῶς ἐνόει τὰ τελούμενα· οὐδὲν συμβαινόντων κατὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν κρίνουσα· τὸν δὲ ἐξ ἀρχῆς περὶ αὐτοῦ ὡς Θεοῦ δόξαν ἐν ἑκατέρου φυλάξασα τοῖς καιροῖς· πλησίον δὲ αὐτὴν λέγει διὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, ἐπειδὴ τὸ ἐκείνης ἀνέλαβε σῶμα· καλεῖ δὲ αὐτὴν καὶ ἀδελφὴν, διὰ τὸ τῆς συναφείας ἁγνόν· καὶ νύμφην, διὰ τὸ ἀδιάφθορον· ἀεὶ γὰρ οὖσα νύμφη, ἀκμάζοντα καὶ νεαρὸν ἔχει τὸν πόθον, ἀγαπῶσα καὶ ἀγαπωμένη.

Κυρίλλου. — Καλὴν αὐτὴν φησιν, οὐχ ὡς πρότερον ἐν γυναιξὶ λέγων μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὡς πλησίον αὐτοῦ ἀναδιπλασιάζει τῆς νύμφης ὁ νυμφίος τὸν ἔπαινον· τό τε θεωρητικὸν αὐτῆς ἐπαινῶν, καὶ τὸ πρακτικόν· ὀφθαλμοὺς δὲ τοὺς εἰς νοῦν καὶ καρδίαν φησίν· περιστερᾶς, τὸ διορατικοὺς, καθὸ καὶ εἰς Πνεῦμα λαμβάνεται· λέγει οὖν ὡς ἐδέξατο νοῦν ἡ νύμφη, μόνον ὁρῶντα Θεόν· ὀφθαλμοὶ δὲ καὶ οἱ ἄκακοι καὶ ὀξυδερκεῖς τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι.

ιε', ις'. *Ἰδοὺ εἶ καλὸς, ἀδελφός μου, καί γε ὡραῖος· κλίνη ἡμῶν σύσκιος· δοκοὶ ἡμῶν κέδροι· φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι.*

Φίλωνος. — Ἤγουν καλὸς ἐν νόμῳ, ὡραῖος ἐν προφήταις, ὡραῖος ἐν ἀποστόλοις, καλὸς ἐν ἀγαθοῖς τοῦ παρόντος αἰῶνος, ὡραῖος ἐν τοῖς τοῦ μέλλοντος. *Προσκλίνη δὲ ἡμῶν σύσκιος*, σὺ δὲ ἡμᾶς καὶ ἐν θανάτῳ σκέπεις. « Ἐὰν γὰρ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ· » ἐγκαλλωπιζομένη δὲ ἡ νύμφη τῷ οἰκοδομηθέντι αὐτῇ παρὰ τοῦ νυμφίου οἴκῳ, ταῦτά φησιν· δοκοὺς μὲν λέγουσα τοὺς ἁγίους προφήτας· δίκαιος γὰρ ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, ὡσεὶ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται· φατνώματα γὰρ ἡ τῶν σανίδων εὐαρμοστία πρὸς γλυφὴν τεκτόνων ἐπιτηδεία.

Γρηγορίου. — Πάντα γὰρ ὅσα μοι πρότερον ἐν καλοῖς ἐνομίζετο, φησὶν, οἷον δόξα ἢ κάλλος ἢ δυναστεία ἤ τι τοιοῦτον, ἀπεστράφην, καὶ οὐκ ἔτι μοι πεπλάνηται ἡ τοῦ καλοῦ κρίσις, ὥστε παρὰ σὲ, ἀλλ' ὅτι καλὸν οἴεσθαι· σὺ γὰρ ὁ ἀληθὴς καλός· οὐ καλὸς δὲ μόνον, ἀλλ' αὐτὴ τοῦ καλοῦ ἡ οὐσία, ὁ τῇ ἀϊδιότητι τῆς ζωῆς συμπαρατείνων τὴν ὥραν, ᾧ ὄνομα ἡ φιλανθρωπία ἐγένετο· ὡς δὲ ἐξ Ἰούδα ἀνατείλας ἡμῖν· ἀδελφὸς γὰρ ὁ ἐξ Ἰουδαίων λαὸς τοῦ ἐξ ἐθνῶν σοι προσιόντος, καλῶς διὰ τὴν ἐν σαρκὶ γεγενημένην τῆς θεότητός σου φανέρωσιν, ἀδελφιδὸς τῆς ποθούσης κατωνομάσθης. Εἶτα ἐπήγαγε· *Προσκλίνη ἡμῶν σύσκιος*· τουτέστιν, ἔγνων σου, ἤτοι γνώσεται

ἡ ἀνθρωπεία φύσις σύσκιον τῇ οἰκονομίᾳ γενόμενον· **A** ἦλθες γὰρ σὺ, φησὶν, ὁ καλὸς ἀδελφιδὸς, ὡραῖος πρὸς τῇ κλίνῃ ἡμῶν σύσκιος γενόμενος· ὡραῖος, ἀλλ' ὡς χωροῦμεν δέξασθαι· καὶ γὰρ ἡ πρὸς τὴν ἀνθρωπότητα ἐπανάπαυσίς σου, συνεσκίασε τῇ σαρκὶ τὴν θεότητα· ἐπεὶ τίς ἂν ὑπέστησε τὴν ἐμφάνειαν; Κλίνην δὲ ὀνομάζει, ὡς νύμφη, τῇ τροπικῇ σημασίᾳ τὴν πρὸς τὸ Θεῖον ἀνάκρασιν, καὶ κοινωνίαν ἀνθρωπίνης οὐσίας ἑρμηνεύουσα· ταύτην δὲ οὐκ ἂν ἄλλως ἦν δυνατὸν γενέσθαι, εἰ μὴ διὰ τοῦ συσκίου ἡμῖν φανῆναι τὸν Κύριον· ὃς οὐ νυμφίος μόνον, ἀλλὰ καὶ οἰκοδόμος ἐστίν· αὐτὸν ἡμῖν καὶ τεχνιτεύων τὸν οἶκον, καὶ ὕλη τῆς τέχνης γενόμενος· ὄροφον γὰρ ἐπιβάλλει τῷ οἴκῳ, διὰ τῆς ἀσήπτου ὕλης καλλωπίζων τὸ ἔργον· τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ κέδρος καὶ ἡ κυπάρισσος· **B** κέδροι μὲν γὰρ διὰ τὸ ἐπιμήκεις εἶναι τῷ πλάτει τοῦ οἴκου τῷ ὀρόφῳ διαλαμβάνουσι· κυπάρισσοι δὲ διὰ τῆς γενομένης φατνώσεως, τὴν ἔνδοθεν τοῦ οἴκου κατασκευὴν ὡραΐζουσιν· ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ὁ Κύριος βροχὴν ὀνομάζει τὰς ποικίλας τῶν πειρασμῶν προσβολὰς ἐπὶ τοῦ καλῶς τὴν οἰκίαν ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσαντος· ὅτι κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἀπαθὲς ἔμεινεν ἐν τούτοις τὰ οἰκοδομήματα· χρεία τοιούτων ἡμῖν δοκῶν, αἵτινές εἰσιν αἱ ἀρεταὶ αἳ τὰς πειρασμῶν ἐπιῤῥοὰς οὐ προσίενται, στερεαὶ οὖσαι καὶ ἀνένδοτοι· καὶ τὸ πρὸς κακίαν ἀμέθεκτον ἐν τοῖς πειρασμοῖς διασώζουσαι· μήποτε μαλακισθέντες διὰ τῆς τῶν παθημάτων ἐμπτώσεως, κοῖλοι γενώμεθα, καὶ τὴν ἐπιῤῥοὴν τῶν τοιούτων ὑδάτων **C** ἔξωθεν ἐπὶ τὴν καρδίαν εἰσρέουσαν ἐντὸς τῶν ταμιείων παραδεξώμεθα, δι' ὧν φθείρεται ἡμῖν τὰ ἀπόθετα· αἰνίττεται δὲ διὰ τῶν δοκῶν καὶ τοῦ φατνώματος ὁ λόγος, ὅπερ ἐστὶν εὔρυθμός τις καὶ διάγλυφος σανίδων πῆξις, τὸ τῆς ὀρόφου κάλλος διαποικίλλουσα· καὶ τῆς εὐπνοίας τῆς φυσικῶς παρακολουθούσης τῇ κυπαρίσσῳ, ἥτις καὶ σηπεδόνος ἐστὶν ἀπαράδεκτος, καὶ πρὸς πᾶσαν τεκτονικὴν φιλοτεχνίαν ἐπιτήδειος· τῷ μὴ μόνον ἐν τῇ ψυχῇ τὰς ἀρετὰς ἐν ἕξει κατορθοῦσθαι κατὰ τὸ ἄδολον, ἀλλὰ μηδὲ τῆς κατὰ τὸ φαινόμενον εὐσχημοσύνης ἀμελῶς ἔχειν· χρὴ γὰρ προνοεῖν καλὰ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· καὶ Θεῷ μὲν πεφανερῶσθαι, ἀνθρώπους δὲ πείθειν καὶ καλὴν μαρτυρίαν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν· λάμπειν τε τοῖς φωτεινοῖς ἔργοις ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, **D** καὶ εὐσχημόνως περιπατεῖν πρὸς τοὺς ἔξωθεν· ταῦτά ἐστι τὰ φατνώματα τὰ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ εὐωδίας, ἧς αἴνιγμά ἐστιν ἡ κυπάρισσος ἐν τῇ εὐσχημοσύνῃ τοῦ βίου φιλοτεχνούμενα.

Νείλου. — Συγγνωμόνως πάλιν αὐτὴ, μᾶλλον δὲ ἐκπλησσομένη, ἐπὶ τῷ ἀκοῦσαι καλὴ παρὰ τοῦ νυμφίου· μόνῳ γὰρ ἐκείνῳ τὴν τοιαύτην ἐπίκλησιν ἁρμόζειν ἐνόμιζε, θνητῷ δὲ οὐδενί· εὐθέως ἐπ' αὐτὸν ἀναστρέφει τὴν μαρτυρίαν· *Ἰδοὺ εἶ καλὸς ὁ ἀδελφιδός μου*, λέγουσα, *καί γε ὡραῖος πρὸς*, ἀντὶ τοῦ, περισσῶς· οὕτω γάρ τισι διαιρεῖν ἔδοξε· καὶ μετὰ τοῦτο

subjungit *Lectulus noster umbrosus :* hoc est : Te cognovit sive cognoscet humana natura umbrosum factum per dispensationem. Venisti enim, inquit, tu pulcher fratruelis, ad lectum nostrum, factus umbrosus. Speciosus sed prout capere possumus. Etenim tua cum humanitate commoratio obumbravit carne divinitatem. Alioquin quis sustinuisset apparitionem? Lectum autem nominat sponsa tropica significatione interpretans humanæ naturæ cum divina contemperationem atque communicationem. Fieri autem non poterat ut ea esset, nisi per hoc quod Dominus umbrosus per corpus nobis apparuit, qui non solum est sponsus, sed etiam ipse ædificatus in nobis fuit Dominus, et domus architectus et artis materia, tectum enim imponit domui per materiam imputribilem opus ornans : talis est autem cedrus et cupressus. Cedri namque quod proceræ sint, latitudinem domus tecto complectuntur; cupressi autem per ea quæ dicuntur laquearia, decorem addunt internæ operis constructioni. Cum enim in Evangelio Dominus imbrem vocet varios tentationum insultus, dicens de eo qui recte domum supra petram ædificaverat : quod descenderit imber, et flaverint venti, et venerint fluvii; et in iis illæsum manserit ædificium [18]. Opus est nobis istiusmodi trabibus quæ sunt virtutes quæ tentationum alluviones non intromittant, utpote firmæ ac solidæ, quæ non facile cedant et hoc servient ut in tentationibus a vitio minime emolliantur; ne per passionum ingruentiam emolliti excavemur et ejusmodi aquarum extrinsecus in cor influentium influxum intra penetralia admittamus quibus nobis pereant quæ sunt reposita. Insinuat autem, ut opinor, sermo per trabes et laquearia (quæ sunt apta quædam et concinna ac celata asserum compactio, tecti varians pulchritudinem), et fragrantiam quæ naturaliter cyparissum consequitur, quæque nullam admittit putredinem, et est apta ad omne artificium fabrile, non solum in occulto habituales animæ virtutes recte ordinandas, sed nec eam quæ deforis apparet decentiam ac honestatem esse negligendam. Sunt enim providenda bona coram Deo et hominibus, et oportet Deo quidem esse manifestam, hominibus autem persuadere et bonum habere testimonium apud eos qui foris sunt, et splendidis lucere operibus coram hominibus, et decore honesteque ambulare apud eos qui foris sunt : hæc sunt laquearia per bonum Christi odorem cujus ænigma est cupressus, in vitæ honestate artificiose elaborata.

Nili. — Benevole rursum ipsa, quin potius obstupefacta quod audiret se pulchram a sponso nominari, (ipsi namque soli, mortalium vero nulli, istiusmodi appellationem congruere putabat), statim ad ipsum convertit testimonium dicens : *Ecce pulcher es, fratruelis meus, et formosus πρὸς*, pro *valde*, sic enim quibusdam placuit distinguere,

[18] Matth. VII, 24, 25.

et postea illud : *Lectus noster umbrosus*, corpus dicentes commune in quo requiescunt ambo, scilicet Deus Verbum et anima beata ; cavente sponso ne ipsa sub dio moraretur, ne rursus ex injuria radiorum solis adversi veteris nigredinis quidquam pateretur. Secundum aliam vero interpunctionem sic intelligetur ac si sponsa dicat : O sponse, tu solus vere diceris pulcher et formosus, non adscititiam, sed naturalem habens pulchritudinem. At ubi lectulus quoque noster factus es et umbrosus, puram quidem habens formam deitatis, sed eamdem obumbrans forma servi ; et quasi sub velamento carnis quæ quidem divinitatis propria sunt operans, sed cognitu difficilis exsistens, propter tegumentum corporis quod ea quæ mirifice patrata sunt abdit.

Origenis. — Nunc sponsa primum visa est accuratius inspexisse sponsi pulchritudinem, etc.

CAP. II.

VERS. 1. *Ego flos campi, lilium convallium.*

Cyrilli. — Tanquam recepto jam desursum imbre, editoque virtutis partu, agresti se flori sponsa comparat : ostenditque quantopere prosit Christi adventus, siquidem valles quoque semini cuilibet ineptas, floribus ejusmodi plenas narrat. Etenim se vallem appellat, propterea quod a dæmonibus olim incolis depressa fuerat.

Philonis. — Hæc dicit sponsa ; audivit enim ab Isaia : « Exsultet deserta, et floreat ut lilium [19] » ; et a Domino : « Considerate lilia agri [20] : » Dominus dicere intendit eos qui super terram sunt fideles post mortem florescere. Lilium enim convallium mortuum designat.

Hæc sponsa de semetipsa edisserit dicens : Ego postquam fuit in lecto nostro sponsus corpore obumbratus, qui ædificavit sibi domum me virtutum cedris tegens ; facta sum, inquit, flos odoriferus et purus splendidusque ex humana natura, in latitudine campi, elegantia coloris, et odoris fragrantia, cæteris floribus antecellens, lilium nuncupatum continentiæ splendore coruscans. Hic autem campus comparatione verticis cœlestis vallis nominatur, in quo bene culta ex imo vallis in altum educitur, sicut fert natura lilii quo etiam in sublimi sua illi constet pulchritudo, terrena commistione minime polluta, nec vitæ spinis a malignis virtutibus suffocata, quas diaboli filias tacite insinuavit.

Nili. — Lilium seipsam vocat, vel quod decori sit vallibus propter actionum seu cogitationum humilitatem sic nominatis, in utrisque splendide

[19] Isa. xxxv, 1. [20] Matth. vi, 28.

A *Ἡ κλίνη ἡμῶν σύσκιος*· τὸ σῶμα λέγοντες τὸ κοινὸν, ἐν ᾧ ἀνεπαύοντο ἀμφότεροι, ὅ τε Θεὸς Λόγος καὶ ἡ μακαρία ψυχή· φειδομένου τοῦ νυμφίου ὕπαιθρον αὐτὴν ἔχειν· μὴ πάλιν ἐξ ἐπηρείας τοῦ ἐναντίου ἡλίου ἀκτῖνος πάθῃ τι τῆς παλαιᾶς μελανότητος· κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν διαίρεσιν, οὕτω νοηθήσεται· ὡσανεὶ τῆς νύμφης λεγούσης, ὅτι, Ὦ νυμφίε, σὺ μόνος ἂν ἐνδίκως λέγοιο καλὸς καί γε ὡραῖος, μὴ ἐπίκτητον, ἀλλὰ φυσικὸν ἔχων τὸ κάλλος· καὶ πρὸς κλίνη δὲ ἡμῶν γενόμενος, ὡραῖος εἶ καὶ σύσκιος, τὴν μὲν θείαν τῆς θεότητος καὶ ἀκραιφνῆ μορφὴν, καὶ ὡς ὑπὸ παραπετάσματι τῇ σαρκὶ, ἐνεργῶν μὲν τὰ τῆς θεότητος ἴδια· διὸ διάγνωστος δὲ γενόμενος διὰ τὴν ἐπικρύπτουσαν τὰ ἐπιτελούμενα παραδόξως τοῦ σώματος περιβολήν.

B

Ὠριγένους. — Νῦν ἔοικε πρότερον ἐνεωρακέναι τρανότερόν τε τοῦ νυμφίου κάλλει ἡ νύμφη, κ. τ. λ. (25).

ΚΕΦΑΛ. Β'.

α'. *Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων.*

Κυρίλλου. — Ὡς δεξαμένη ἡ νύμφη τὸν ἄνωθεν ὑετὸν, καὶ τεκοῦσα τὴν ἀρετὴν, ἄνθει ἑαυτὴν παραβάλλει πεδίου· δείκνυσι δὲ ὅσον ὠφέλησεν ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημία, ὅπου γε καὶ τὰς κοιλάδας τὰς ἀνεπιτηδείους πρὸς ἃ παντασπόρον, τοιούτων μεστὰς ἔδειξεν ἀνθέων· κοιλάδα γὰρ λέγει τὴν ἀποκοιλανθεῖσαν ἀπὸ τῶν οἰκησάντων αὐτὴν πάλαι δαιμόνων.

C

Φίλωνος. — Ταῦτά φησιν ἡ νύμφη ἀκούσασα παρὰ Ἡσαΐου, « Ἀγαλλιάσθω ἔρημος, καὶ ὡς κρίνον ἀνθείτω· » καὶ παρὰ τοῦ Κυρίου, « Καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ· » λέγει δ' ἂν ὁ Κύριος ἐπὶ γῆς γεγονέναι, ὡς ἀνθήσωσιν οἱ πιστοὶ καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ· τοῦτο γὰρ κοιλάδων κρίνον ὅ ἐστι νεκρός.

Γρηγορίου (26). — Ταῦτα ἡ νύμφη περὶ ἑαυτῆς διεξέρχεται λέγουσα· Ἐγὼ μετὰ τὸ γενέσθαι ἐν τῇ κλίνῃ ἡμῶν τὸν νυμφίον συσκιασθέντα τῷ σώματι, ὃς ᾠκοδόμησεν ἐν ἑαυτῷ τὸν οἶκον ἐμὲ, ταῖς τῶν ἀρετῶν κέδροις ὠρόφωσε, γέγονε, φησὶν, ἄνθος εὔοσμόν τε καὶ καθαρὸν καὶ λαμπρὸν, ἐκ τῆς ἐν τῷ πλάτει ἀνθρωπίνης φύσεως τοῦ πεδίου, εὐχροίας τε καὶ εὐωδίας, τῶν λοιπῶν ἀνθέων διαφέρον, ὃ λέγεται

D κρίνον, τὴν τῆς σωφροσύνης ἀπαστράπτον μαρμαρυγήν· τὸ πεδίον τοῦτο συγκρίσει τῆς οὐρανίας ἀψῖδος κοιλὰς ὀνομάζεται· ἐν ᾧ ἡ γεωργηθεῖσα καλῶς ἐκ τοῦ κοίλου πρὸς τὸ ὕψος ἐκδίδοται, ὡς καὶ τοῦ κρίνου ἡ φύσις· ὡς ἂν ἐν μετεώρῳ καθαρὸν αὐτῇ διαμένῃ τὸ κάλλος τῇ πρὸς τὴν γῆν ἐπιμιξίᾳ μὴ μολυνόμενον, μηδὲ συμπνιγόμενον ταῖς ἀκάνθαις τοῦ βίου, ταῖς πονηραῖς δυνάμεσιν· ἃς τοῦ διαβόλου θυγατέρας κατὰ τὸ σιωπώμενον ἠνίξατο.

Νείλου. — Κρίνον ἑαυτὴν, φησὶν, ἢ διὰ τὸ ἐμπρέπειν ταῖς διὰ ταπεινότητα πράξεων ἢ νοημάτων κοίλαις ὀνομαζομέναις, φαιδρῶς ἐν ἑκατέροις κε-

NOTÆ.

(25) *Patrol.* t. XVII, col. 260.

(26) Anonyma sunt in C. B.

κοσμημένη καὶ λάμπουσα· ἢ ὅτι κρίνειν μέλλει τὰς τοιαύτας ψυχὰς ἐν τῷ μέλλοντι ἐκ συγκρίσεως τῶν ἰδίων κατορθωμάτων, οὐδὲν ἔχουσα ἐν τῇ φύσει πλέον ἐκείνων ὡς Νινευῖται, καὶ βασίλισσα Νότου κατακρινεῖ τὴν ἄπιστον γενεάν· ἄνθος δὲ τοῦ πεδίου εἶναι λέγεται, τάχα μὲν τῶν κοιλάδων σημαινουσῶν, καὶ διὰ τὸ ταπεινὸν καὶ ἀγεώργητον, καὶ διὰ τὸ πληθυντικῶς ὀνομάζεσθαι τὰ ἐκ βάθους ἀσεβείας εἰς ἐπίγνωσιν ἐλθόντα ἔθνη· τοῦ δὲ πεδίου τοῦ Ἰσραὴλ διὰ τὸ ἐξομαλεῖσθαι πρὸς ἐπιτηδειότητα γεωργίας, τοῖς προφητικοῖς καὶ νομικοῖς παιδεύμασιν· καλῶς δὲ καὶ τούτων οὐχὶ καρπὸς ἀλλ' ἄνθος εἶναι λέγεται· οὔπω γὰρ τὸ τοῦ σταυροῦ τὴν γῆν ἀνατέμνει ἄροτρον, ὅπερ ἐπέθηκε τοῖς ἀποστόλοις ὡς βουσὶν ὁ Κύριος, ζυγάδην ἐπὶ τὴν γεωργίαν ἀποστείλας αὐτοὺς, οὐδέπω αἵματι πεπότιστο Δεσποτικῷ· διὸ ἄκαρπος ἦν καὶ στεῖρα.

A ornata et relucens: vel quod in futuro judicio judicatura sit istiusmodi animas ex comparatione suorum recte gestorum, cum in natura nihil amplius illis habeat, sicut Ninivitæ ac regina Austri condemnabunt incredulam generationem. Flos autem campi esse dicitur, fortassis quidem vallium significatarum tum propter humilitatem culturæque carentiam, tum quia pluraliter sic nominantur gentes ex profundo impietatis ad cognitionem venientes; campi vero Israel, quia propheticis ac legalibus doctrinis ad agriculturam probe comparati ac complanati sunt. Recte autem etiam horum necdum fructus, sed flos esse dicitur, nondum enim crucis aratrum terram proscindit, quod Dominus apostolis tanquam bobus jugaliter imposuit, B ad agriculturam illos mittens: necdum sanguine Dominico rigata erat, quapropter infrugifera sterilisque exsistebat.

Ὠριγένους. — Ἄνθος λέγει τὸ ὁδεῦον ἐπὶ τὸ γενέσθαι καρπὸς, κ. τ. λ. (27).

Origenis. — Florem dicit id quod in via est ut fructus fiat, etc.

β'. *Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν, οὕτω ἡ πλησίον μου ἀνὰ μέσον τῶν θυγατέρων.*

VERS. 2. *Sicut lilium in medio spinarum, sic propinqua mea in medio filiarum.*

Γρηγορίου.—Ὅσην ὁρῶμεν τῆς εἰς τὸ ὕψος ἀνόδου τὴν προκοπὴν ἐπὶ τῆς ψυχῆς γινομένην. Πρώτη ἄνοδος, τὸ πρὸς τὴν καθαιρετικὴν τῆς ἐναντίας δυνάμεως ἵππον ὁμοιωθῆναι. Δευτέρα ἄνοδος, τὸ πλησίον αὐτὴν γενέσθαι, καὶ περιστερᾶς ποιῆσαι τὰ ὄμματα. Τρίτη τοίνυν ἄνοδος τὸ μηκέτι πλησίον, ἀλλ' ἀδελφὴν τοῦ Δεσπότου ὀνομασθῆναι. «Ὃς ἂν ποιήσῃ, φησὶ, τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὗτος ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀδελφή μου, καὶ μήτηρ ἐστίν.» Ἐπεὶ οὖν γέγονεν ἄνθος, μηδὲν ὑπὸ τῶν ἀκανθηφόρων πειρασμῶν πρὸς τὸ γενέσθαι κρίνον παραβλαβεῖσα, ἐπιλαθομένη δὲ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτῆς, πρὸς τὸν ἀληθινὸν εἶδε Πατέρα, διὸ καὶ ἀδελφὴ τοῦ Υἱοῦ ὀνομάζεται, τῷ τῆς υἱοθεσίας πνεύματι πρὸς τὴν συγγένειαν ταύτην μεταποιηθεῖσα, καὶ τῆς πρὸς τὰς θυγατέρας τοῦ ψευδωνύμου πατρὸς κοινωνίας ἀπαλλαγεῖσα, πάλιν γίνεται ἑαυτῆς ὑψηλοτέρα, καὶ βλέπει τὸ μυστήριον, διὰ τῶν τῆς περιστερᾶς ὀφθαλμῶν· λέγω δὲ τῷ πνεύματι τῆς προφητείας.

Gregorii.— Quantum videmus ascensum in altum tantum videmus esse animæ profectum: primus ascensus est assimilari equis qui virtutem adversariam e medio sustulerunt; secundus, quod facta sit propinqua sibique fecerit oculos columbæ; tertius, jam ascensus quod etiam soror Domini nominetur. «Qui C enim fecerit, inquit, voluntatem Patris mei, hic frater et soror et mater est [31].» Postquam ergo facta est flos, nihil a spinosis læsa fuit tentationibus quominus esset lilium; oblita populi et domus patris et matris suæ, aspexit ad verum Patrem, et a Deo vocatur soror Filii, spiritu filiorum adoptionis in hanc adoptata cognationem; et ab illa falsi nominis patris [filiarum communione] liberata seipsa rursus fit sublimior, et aspicit mysterium per oculos columbæ, spiritu, inquam, prophetiæ.

Αὕτη (27*) τοῦ Νυμφίου ἐστὶν ἡ φωνὴ, μαρτυροῦσα τῇ Νύμφῃ πλέον ὧν ἑαυτῇ προσεμαρτύρησεν· ἐπειδὴ γὰρ ἑαυτὴν εἶπε κρίνον, τὰς δὲ λοιπὰς ψυχὰς κοιλάδας, ἢ μετριοφρονοῦσα, ἢ καὶ ἀγνοήσασα· οὐ πᾶν στοχαζομένη τῆς ἀληθείας· τὴν σύγκρισιν ἐποιήσατο αὐτὸς ὁ μᾶλλον εἰδὼς τῶν γινομένων καταστάσεων τὰς ἰδιότητας· καὶ κρίνῳ μὲν ταύτην παρεικάζει, διὰ τὸ μηδόλως τὴν ἀπὸ τῶν σωματικῶν μέριμναν ἀναδέχεσθαι, ἀφροντίστως δὲ τοῖς παρατυχοῦσι, τὴν τοῦ σώματος ἐκπληροῦν χρείαν, ἀταλαίπωρον καὶ αὐτοσχέδιον τὴν διαγωγὴν ἑλομένην διὰ τὴν περὶ

Nili. — Hæc est vox Sponsi Sponsæ testimonium præbentis longe luculentius quam ipsa de se antea perhibuerat. Postquam enim ipsa se lilium D vocarat, cæteras vero animas valles, modeste de se sentiens vel etiam ignorans; non omnino assecuta conjectando veritatem; comparationem ille instituit qui eorum quæ fiunt statuum proprietates magis novit, et lilio quidem ipsam assimilat, quod omnino nullam rerum corporalium admittat sollicitudinem; sed sine cura iis quæ obtingunt corporis expleat necessitatem, beatam ac paucis conten-

[31] Matth. XII, 49.

NOTÆ.

(27) *Patrol.* t. XVII, col. 260, 261.
(27*) Hæc in C. V. sub nomine Gregorii continuantur, et revera non inveniuntur in operibus editis sancti Nili.

tam eligens vivendi rationem, propter eam quam A gerit curam de regno cœlorum, prout in Evangeliis ostenditur : spinis vero cæteras assimilans quia curam omnem circa sæcularia habebant, et necdum norant curas iis impensas fieri spinas, sed illas ipsas ex magno circa illas sollicitudines studio evasisse spinas.

τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν φροντίδα, ὡς ἐν Εὐαγγελίοις δείκνυται· ἀκάνθαις δὲ τὰς λοιπὰς ὁμοιῶν, διὰ τὸ πᾶσαν τὴν μέριμναν περὶ τὰ βιωτικὰ ἐσχηκέναι· καὶ μηκέτι ἐν ταῖς φροντίσι γενέσθαι ἀκάνθας, ἀλλ' αὐτὰς ἐκείνης τῷ ἐκ πολλῆς τῆς περὶ τὰς μερίμνας σπουδῆς πεποιῆσθαι κατὰ ταύτας.

VERS. 3. *Sicut malum in lignis silvæ, sic fratruelis meus inter medios filios.*

Ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ, οὕτως ἀδελφιδός μου ἀνὰ μέσον τῶν υἱῶν.

Gregorii. — Quid est ergo quod vidit? Silvam solet nominare Scriptura silvestrem hominum vitam in qua luxuriant varia genera passionum, in qua nidulantur feræ exitiosæ, et homines lædunt quarum natura in luce ac sole otiosa permanens in tenebris vim suam exerit. Propterea in silva plantatur malum : in quantum quidem lignum, cum B reliquis est ejusdem essentiæ : « Tentatus enim per omnia pro similitudine absque peccato [22]. » In quantum vero fructu suo dulcedinem affert animi sensibus, majorem habet cum ligno inæqualitatem, quam lilium cum spinis, ut quod suaviter tantum spirat et visu oblectat, pomum autem et odoratu et gustu ac visu dulce est. Recte ergo vidit Sponsa quæ sit sui a Domino differentia, quoniam ille quidem et nobis fit lætitia oculorum, ut qui in eis sit lux et unguentum odoratui et vita comedentibus. Humana porro natura per virtutem perfecta, fit flos, non solum agricolam nutriens, sed seipsam exornans. Cibum autem non ipsi datori parat : quoniam bonorum nostrorum non eget. Cæterum Dominus factus est quasi malum in silva, quia hu- C manam inseruit naturam ad speciem et ad odoris eduliique suavitatem. Nos enim bonis illius egemus; quapropter, ait Sponsa, quia *fructus ejus dulcis in gutture meo :* Fructus autem est doctrina de qua David ait : « Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo [23]. » Filios autem dicit non amicos sponsi, sed tenebrarum qui et filii iræ nuncupantur ab communitate operum.

Γρηγορίου. — Τί οὖν ἐστιν ὃ τεθέαται; Δρυμὸν ὀνομάζει συνήθως ἡ ἁγία Γραφὴ τὸν ὑλώδη τῶν ἀνθρώπων βίον, τὸν τὰ ποικίλα τῶν παθημάτων εἴδη ὑλομανήσαντα, ἐν ᾧ τὰ φθαρτικὰ θηρία φωλεύει καὶ τοὺς ἀνθρώπους λυμαίνεται, ὧν ἡ φύσις ἐν φωτὶ καὶ ἡλίῳ ἀνενέργητος μένουσα, διὰ σκότους τὴν ἰσχὺν ἔχει. Διὰ τοῦτο φύεται ἐν τῷ δρυμῷ τὸ μῆλον· καθὸ μὲν ξύλον τοῖς λοιποῖς ὁμοούσιον ὑπάρχον· « Ἐπειράσθη γὰρ καθ' ὁμοιότητα πάντων, χωρὶς ἁμαρτίας· » καθὸ δὲ γλυκαίνει τῷ καρπῷ τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια, πλείονα τὴν πρὸς τὸν δρυμὸν ἔχει παραλλαγήν· ἢ ὅσον ἔχει πρὸς τὰς ἀκάνθας τὸ κρίνον, ὅπερ εὔπνουν ἐστὶ μόνον καὶ τέρπει τῇ θέᾳ· τὸ δὲ μῆλον ἡδὺ πρὸς ὀσμὴν τὴν καὶ γεῦσιν καὶ θέαν. Καλῶς οὖν εἶδεν ἡ νύμφη τὸ ἑαυτῆς πρὸς τὸν Δεσπότην διάφορον· ὅτι ἐκεῖνος μὲν ἡμῶν καὶ ὀφθαλμῶν γίνεται χάρις, φῶς γινόμενος, καὶ μύρον ἐν τῇ ὀσφρήσει, καὶ ζωὴ τοῖς ἐσθίουσιν. Ἡ δὲ ἀνθρωπίνη φύσις δι' ἀρετῆς τελειωθεῖσα, ἄνθος γίνεται, μόνον οὐ τὸν γεωργὸν τρέφουσα, ἀλλὰ ἑαυτὴν καλλωπίζουσα· τροφὴν δὲ μὴ γεωργοῦσα τῷ χορηγῷ· Τῶν γὰρ ἀγαθῶν μου οὐ χρείαν ἔχεις, ὁ θεοπάτωρ φησίν· κρίνον μὲν οὖν ὡς ἔφημεν ἡ τελειουμένη ψυχή, ἑαυτὴν μόνον, ὡς ἔφημεν, καλλωπίζουσα· ὁ δὲ Κύριος ὡς μῆλον γέγονεν ἐν δρυμῷ· ὅτι τὴν ἀνθρωπίνην ἐνεκέντρισεν φύσιν, πρὸς τὸ ὡραῖόν τε καὶ εὐῶδες καὶ βρώσιμον· ἡμεῖς γὰρ τῶν ἐκείνου δεόμεθα· διὸ φησὶν ἡ Νύμφη, ὅτι *Ὁ καρπὸς αὐτοῦ γλυκὺς ἐν τῷ λάρυγγί μου*· καρπὸς δὲ ἡ διδασκαλία, περὶ ἧς λέγει Δαβίδ· « Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου! » Υἱῶν δὲ λέγει οὐ φίλων τινῶν τοῦ Νυμφίου, ἀλλὰ τοῦ σκότους, οἳ καὶ τέκνα ὀργῆς τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἔργων ὀνομάζονται.

Nili. — Comparatio quidem ostendit excellen- D tiam. Sponsa namque omnes homines ligna silvæ appellavit, at Sponsum suum dixit malum frugiferum. Cum enim ipse illam jam suis laudibus prævenisset et cum lilio contulisset quasi in medio spinarum mulierum reliquarum : ipse vicem reddit malum eum appellans in medio lignorum silvæ, quoniam ipse quidem planta frugifera est, ligna vero silvæ infrugifera, et ea qua potantur aqua suam ab eo differentiam manifeste declarant, siquidem de his Ecclesiastes ait : « Feci mihi piscinas aquarum ad irrigandum ex eis saltum germinantem ligna [24]. » De ipso autem David : « Et erit, inquit, sicut lignum, quod plantatum est secus decursus

Νείλου. Δείκνυσι τὴν ὑπεροχήν· πάντας γὰρ ἀνθρώπους εἶπε ξύλα δρυμοῦ ἡ Νύμφη ὡς ἄκαρπα· μῆλον δὲ εἶπεν ὡς ἔγκαρπον τὸν ἑαυτῆς Νυμφίον. Ἐκείνου γὰρ ἤδη φθάσαντος αὐτὴν τοῖς ἐπαίνοις καὶ κρίνῳ παρεικάσαντος, ὡς ἐν μέσῳ ἀκανθῶν τῶν λοιπῶν γυναικῶν, αὐτὴ πάλιν ἀνταμείβεται μῆλον αὐτὸν ἐν μέσῳ ξύλων δρυμοῦ προσαγορεύουσα, ὅτι αὐτὸς μὲν ἔγκαρπόν ἐστι φυτόν, τὰ δὲ ξύλα τοῦ δρυμοῦ ἄκαρπα· καὶ τῷ ἀφ' οὗ ποτίζονται ὕδατι, τὴν πρὸς αὐτὰ διαφορὰν σαφῶς ἐνδεικνύμενος· περὶ μὲν γὰρ τούτων ὁ Ἐκκλησιαστής· « Ἐποιησάμην κολυμβήθρας, φησίν, ὑδάτων, τοῦ ποτίσαι ἀπ' αὐτῶν δρυμὸν βλαστῶν καὶ τὰ ξύλα· » περὶ δὲ τούτου Δαβίδ φησι· « Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ

[22] Hebr. IV, 15. [23] Psal. CXVIII, 103.

τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων· » οὐχ ὅμοιον δὲ ἀεννάοις A περιῤῥεόμενον ὕδασι ποτίζεσθαι, καὶ ἐπινοίαις ἀνθρωπίναις ἐν κολυμβήθρᾳ συναχθεῖσιν ἀρδεύεσθαι ὕδασι· τὸ μὲν γὰρ τὸν οὐράνιον σημαίνει λόγον, τὸ δὲ τὴν ἀνθρωπίνην διδασκαλίαν· Ἔπειθ' ὥσπερ τὸ μῆλον ἐμπεριεχομένην τῷ δέρματι φυλάττων τὴν εὐωδίαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἔξω αὐτὴν διαδίδωσιν, οὕτω καὶ ἡ θεότης ἐνεκρύπτετο τῷ σώματι· ὅμως τὴν ἐνέργειαν διεδίδου, καὶ ἐπὶ τοῦ ἔξω φαινομένου σαρκίου· σκιὰ δὲ ἐν ᾗ ἐπεθύμησεν καθίσαι ἡ Νύμφη, ἐπειδὴ μᾶλλον ἐκ τῶν φύλλων ἡ σκιὰ πέφυκεν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον γίνεσθαι, τῷ συγκραιφνεῖ τῆς τῶν πετάλων ἑνώσεως, τὴν ἡλιακὴν ἀκτῖνα ἀποτειχείζουσα· ὅσα οὖν κατὰ φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος ἐπετέλει ὁ Κυριακὸς ἄνθρωπος ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ ὅσα φύσεως ἦν ἔργα· ἐπειδὴ μετά τινος ὠφελείας ἐποίει καὶ B ταῦτα μέτρον, οὐ τῆς ὀρέξεως τὸ ἄπληστον, ἀλλὰ τῆς χρείας γινώσκων τὸ αὔταρκες· καρπὸς γὰρ τοῦ μήλου αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις, ὃς καὶ γλυκὺς γεγένηται ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῆς· τὴν τῆς ψυχῆς αἴσθησιν εὐφράνας τῇ χρηστῇ ποιότητι τῆς γεύσεως· ἔχει δὲ πρὸς τῇ ἠθικῇ ταύτῃ θεωρίᾳ, καὶ δογματικὴν τὸ ῥητόν. Εἰ γὰρ σκιὰν ἔχει ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ ἔστι τινὰ τῶν μελλόντων· τὸ δὲ σῶμα Χριστοῦ, ἀφ' οὗ καὶ ἡ σκιὰ παρυφίσταται, ἐν τῇ σκιᾷ τοῦ νόμου. Καλῶς ἐκάθισεν ἡ Νύμφη· οὐχ αὐτὸν τὸν νόμον ποιοῦσα σωματικῶς, ἀλλὰ τὰ ἐξ αὐτοῦ σημαινόμενα· ἀργοῦσα μὲν τῶν τυπικῶν παραγγελμάτων· ἀργίαν γὰρ ἡ κάθισις σημαίνει, τοῦ καρποῦ δὲ ἀπολαύουσα πλουσίως καὶ τούτῳ ἐνευωχουμένη, καὶ ὀσφρήσει, καὶ γεύσει, καὶ τέρψει καὶ ἀπολαύσει· C ἐπειδὴ τροφῆς μὲν ἡ γεῦσις ὄργανον, τέρψεως ἡ ὄσφρησις.

Ὠριγένους. — Ἔπρεπε τῇ Νύμφῃ, κ. τ. λ. (28).

Φίλωνος. — Ἤγουν υἱῶν τῶν Ἰουδαίων φησὶν, κατὰ τὸ «Υἱοὺς ἐγέννησα,» οὓς ὡς ἀκάρπους καὶ ξύλα δρυμοῦ προσωνόμασεν· ὧν ἐν μέσῳ κατὰ σάρκα Χριστὸς, ἅτε μετασχηκὼς αἵματος καὶ σαρκὸς, ὧν τὸ μῆλον εἰκὼν ἐν ἑαυτῷ φέρον τὸ ἐρυθρὸν καὶ λευκὸν, καὶ μὲν καὶ εὐωδιάζον.

Ἀπολιναρίου. — Τότε δὲ ἀληθῶς γλυκαίνεται τὰ τῆς ψυχῆς μου αἰσθητήρια, ὅταν ἡμᾶς πρὸς τὸν ἐκ τῶν πειρασμῶν φλογμὸν ἡ τοῦ μήλου σκιὰ διατειχίσῃ, ὡς μὴ ὑπὸ τοῦ τοιούτου ἡλίου συγκαίεσθαι· D οὐκ ἔστι δὲ ἄλλως ὡς ὑπὸ τὴν σκιὰν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἀναψύξαι· μὴ τῆς ἐπιθυμίας πρὸς τοῦτο τὴν ψυχὴν ἀναγούσης.

δ'. Εἰσαγάγετέ με εἰς οἶκον τοῦ οἴνου.

Ὠριγένους. — Ταῦτα πρὸς, κ. τ. λ. (29).

Γρηγορίου. — Ἡ πῶς τρέχει τὸν καλὸν δρόμον καὶ θεῖον ἡ καλῶς τῇ ἵππῳ παρεικασθεῖσα ψυχή; τοῖς γὰρ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινομένη, οὐκ ἀρκεῖται τῷ τῆς σοφίας κρατῆρι· ἀλλ' εἰς αὐτὴν τὴν ληνὸν τοῦ

aquarum [24]. » Non autem simile est perennibus circumfluum aquis potari et humanis adinventionibus in piscina coactis aquis irrigari : illud namque cœlestem sermonem, hoc vero humanam doctrinam significat. Deinde quia malum, circumdatam cortice custodiens odoris suavitatem, illam foris diffundit : sic etiam divinitas corpore abdebatur, foris tamen etiam in carne apparentem suam prodebat efficacitatem. Umbra porro in qua sedere Sponsa desideravit (cum ut plurimum ex foliis potius quam aliunde umbra fieri amet, dum viridantium densa conjunctione foliorum solarem radium arcet), sunt ea quæ Dominicus homo secundum naturam humanam perficiebat, comedens et bibens et quæcunque erant opera naturæ, quia cum aliqua utilitate etiam hæc obibat modum in iis non cupiditatis immoderantiam sed necessitatis sufficientiam sciens. Fructus enim mali sunt opera virtutum qui et dulcis factus est in gutture ipsius; optima qualitate gustus oblectans : præter moralem autem hanc contemplationem etiam dogmaticam doctrinam hic textus continet, siquidem umbram habet lex futurorum bonorum [25], et sunt quædam umbra futurorum, corpus vero Christi a quo et umbra exsistit in umbra legis. Pulchre sedit Sponsa non ipsam legem faciens corporaliter, sed quæ in ea significantur; vacans quidem typicis edictis (vacationem enim sessio designat), sed fructibus abundanter fruens eisque se recreans, tum olfactu, tum gustu, cum delectatione atque fruitione; quia cibi quidem gustus, delectationis vero instrumentum est odoratus.

Origenis. — Decebat Sponsam, etc.

Philonis.— Vel per filios Judæos intelligit, juxta illud : « Filios genui [26]; » quos etiam tanquam infrugiferos ligna silvæ appellavit, quorum in medio secundum carnem Christus, utpote particeps sanguinis et carnis, quorum imago est malum in se ruborem et candorem ferens, nec non odoris suavitatem.

Apollinarii. — Tunc autem vero dulces reddit animi sensus, quando nos contra tentationum æstum defendit ne a tali sole aduramur. Aliter autem non possumus sub umbra ligni vitæ refrigerari, nisi desiderium eo animum adduxerit.

VERS. 4. *Introducite me in domum vini.*

Origenis. — Hæc ad, etc.

Gregorii. O quomodo ad divinum cursum properat anima quæ recte prius equæ assimilata est? Nam ad anteriora se extendens non est contenta cratere sapientiæ, sed in ipsomet torculari vini mystici

[24] Eccle. II, 6. [25] Psal. I, 3. [26] Isa. I, 2.

NOTÆ.

(28) *Patrol.* t. XVII, col. 231.

(29) *Patrol.* t. XVII, col. 261.

versari desiderat, et in vite illa, quæ talem botrum alit.

Merito expetit Sponsa deinceps introduci in domum vini : cum enim in cruce botro suspenso et ab omnibus exinanito (quod adhuc vernaret), non omnibus appareret vini usus; hæc sola post manifestandum ante credidit firmiter animo, istius modi; præcipiens cogitationem, quasi ante tempus vini, vinum in vernante uva contemplando, et in cruce versanti testimonium desuper adhibendo divinitatis, et dum tribularetur, futuram ejus in cruce pendentis uvæ prædicationem, quasi jam promulgatam firmiter tenens, illudque ipsi ante rerum eventum, quod aliis post eventum accidebat. Hoc igitur eximium istius modi judicii præmium postulat in domum vini ingressum : si autem vinum est Verbum utique domus vini Pater sit, in ipso enim reperitur Verbum. Postquam ergo in tali domo versabatur, recte etiam ordinari in se postulat charitatem, ut quæ per talem instantiam, jam pridem evaserit digna dilectione, qua charitas in ipsa ordinaretur, non amplius ut accidit illam diligentium, sed ut sit inter ordinatos et electos, ex debito deinceps dilectorum numero exsistens et locum obtinens.

Apollinarii. — Etiam vinum ad lætitiam cordis juxta Psalmistam dicitur, et vinum bene olens, juxta Zachariam.

Congruit autem extraneæ Sponsæ illud : *Introducite me in domum vini*, siquidem prius non erat in vinea : nam post eos qui circa tertiam et sextam et nonam horam vocati sunt, sub undecimam hæc vocatur, postquam audiverat : « Quid hic statis tota die otiosi? Ite et vos in vineam meam [17]. » Otiosa namque erat quia sibi propria non operabatur, sed cum alienas vineas custodiret, etiam primum accipit præmium charitatis, signum regium, donum spiritale : unde et Aquila, *Ordinavit in me charitatem*, ait. Charitatis enim est illud : « Volo huic novissimo dare sicut et tibi [18]. »

Ordinate in me charitatem.

Gregorii.— In desiderato jam exsistens, ad majus iterum exsilit, et ait : Cum jam sim in domo vini, subjicite me charitati, quæ est secus, sive ordinate in me charitatem. Quomodocunque enim utaris verbi inversione, idem est quod per utrumque significatur, sive ex eo quod ipsa charitati subjiciatur, sive ex eo quod in ipsa charitas ordinetur. Vel forsitan etiam docemur cujusmodi sit Deo exhibenda charitas et quemadmodum in se invicem affectos esse oporteat, ne forte inordinata et inversa fiat charitatis adimpletio. Oportet enim Deum diligere ex tota anima, et corde, et virtute, proximum autem sicut seipsum, et uxo-

A μυστικοῦ οἴνου γενέσθαι ποθεῖ· καὶ τὴν ἄμπελον ἐκείνην τὴν τοιοῦτον βότρυν ἐκτρέφουσα.

Νείλου. — (30) Εἰκότως ἀπαιτεῖ ἡ Νύμφη λοιπὸν, τὸ εἰσαχθῆναι εἰς τὸν οἶκον τοῦ οἴνου. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ σταυρῷ τὸν βότρυν κρεμάμενον, καὶ παρὰ πάντων ἐξουθενηθέντα διὰ τὸ ἔτι κυπρίζοντα, μὴ πᾶσιν ἐπιφαίνειν τὴν τοῦ οἴνου χρῆσιν μόνη τὸ ὕστερον ἀποδειχθησόμενον προεπίστευσεν ἐν τῷ λογισμῷ τὴν τοιαύτην προκαθιδρύσασα εὔνοιαν· ὡς πρὸ καιροῦ τοῦ οἴνου ἐν τῇ κυπριζούσῃ σταφυλῇ θεωρεῖν ἐν τῷ σταυρῷ ὄντι ἄνω, θεότητα προσμαρτυρεῖν, καὶ τὸ ἐκθλίβεσθαι μέλλον τῆς ἐν τῷ σταυρῷ σταφυλῆς κήρυγμα, ὡς ἤδη λαλούμενον βεβαίως κατέχουσα· κἀκεῖνο παθοῦσα πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως, ὅπερ οἱ πολλοὶ μετὰ τὴν ἔκβασιν ἔπαθον· B ὅπερ γέρας ἐξαίρετον τῆς τοιαύτης κρίσεως, αἰτεῖ τὴν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ οἴνου εἴσοδον· εἰ δὲ οἶνός ἐστιν ὁ λόγος, οἶκος τοῦ οἴνου εἴη ἂν ὁ Πατήρ· ἐν τούτῳ γὰρ εὑρίσκεται ὁ Λόγος, μετὰ δὲ τὸ γενέσθαι ἐν τῷ τοιούτῳ οἴκῳ καλῶς, καὶ ταγῆναι τὴν ἀγάπην ἐπ' αὐτῇ βούλεται, ἀξίαν ἀγάπης ἤδη διὰ τὴν τοιαύτην ἔνστασιν γεγενημένην· ὥστε ταγῆναι ἐπ' αὐτῇ τὴν ἀγάπην, μηκέτι ὡς ἔτυχεν αὐτὴν ἀγαπώντων, ἀλλ' ἐν τοῖς τεταγμένοις καὶ ὡρισμένοις τῶν ἐξ ὀφειλῆς λοιπὸν ἀγαπωμένων οὖσαν, ἀριθμεῖν καὶ ἔχειν.

Ἀπολιναρίου. — Καὶ οἶνος εἰς εὐφροσύνην καρδίας κατὰ τὸν ψαλμῳδὸν λέγεται· καὶ οἶνος εὐωδιάζων κατὰ τὸν Ζαχαρίαν.

C Ἥρμοζε δὲ τῇ ἐπήλυδι νύμφῃ τὸ, *Εἰσαγάγετέ με εἰς οἶκον τοῦ οἴνου*· οὐ γὰρ ἦν τὸ πρότερον εἴσω τοῦ ἀμπελῶνος· μετὰ γὰρ τὰς περὶ τρίτην καὶ ἕκτην καὶ ἐννάτην κληθέντας, ὑπὸ τὴν ἑνδεκάτην αὕτη καλεῖται· ἀκούσασα, « Τί ὧδε ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί; Πορεύεσθε εἰς τὸν ἀμπελῶνα· » ἤργει γὰρ, ὅτι μὴ τὰ οἰκεῖα εἰργάζετο, ἀλλοτρίας ἀμπέλους φυλάττουσα· καὶ λαμβάνει πρῶτον τὴν ἐξ ἀγάπης τιμὴν, τὸν χαρακτῆρα τὸν βασιλικὸν, τὸ δῶρον τὸ πνευματικόν· διὸ καὶ Ἀκύλας, *Ἔταξεν ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην*, φησίν· ἀγάπης γὰρ, τὸ, « Θέλω τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι ὡς καὶ σοί. »

Τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην.

Γρηγορίου. — Ἐντὸς τοῦ ποθουμένου γενομένη, ἐπὶ τὸ μεῖζον πάλιν ἐξάλλεται, καὶ φησίν· Ἐπείπερ D γέγονα ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ οἴνου, ὑποτάξατέ με τῇ ἀγάπῃ, ἥ τίς ἐστιν ὁ Θεός· ἢ τάξατε ἐπὶ ἐμὲ τὴν ἀγάπην· ταυτὸν γὰρ ἐστι τὸ σημαινόμενον δι' ἑκατέρου, ὅπως ἂν χρήσῃ τῇ ἀναστροφῇ τοῦ λόγου, ἔκ τε τοῦ ὑπὸ τὴν ἀγάπην ταχθῆναι καὶ ἐν τῇ τοῦ τὴν ἀγάπην αὐτῇ ταχθῆναι· ἢ τάχα καὶ διδασκόμεθα οἵαν ἀνατεθῆναι προσήκει τῷ Θεῷ τὴν ἀγάπην, καὶ ὅπως πρὸς τοὺς ἄλλους ἔχειν· μήποτε ἄτακτός τις καὶ ἀνηλλαγμένη γένηται τῆς ἀγάπης ἡ ἀποπλήρωσις· Θεὸν γὰρ δὴ ἀγαπᾶν ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ

[17] Matth. xx, 6. [18] ibid. 14.

NOTÆ.

(30) Scholium hoc in C. B. Gregorio ascribitur.

καρδίας καὶ δυνάμεως, τὸν δὲ πλησίον ὡς ἑαυτόν· γυναῖκα δὲ, εἰ μέν τίς ἐστι, καθαρωτέραν ψυχῆς, ὡς ὁ Χριστὸς τὴν Ἐκκλησίαν· ὁ δὲ ἐμπαθέστερος, ὡς τὸ ἴδιον σῶμα· τὸν ἐχθρὸν δὲ, ἐν τῷ μὴ κακὸν ἀντὶ κακοῦ δοῦναι, ἀλλ' εὐεργεσίᾳ τὴν ἀδικίαν ἀμείψασθαι· φησὶν οὖν ἀγάπην τεταγμένην ποιήσατε· μὴ καὶ πάλιν ἐκπέσω, συντηροῦντες τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ῥοπήν· καὶ πῶς μὲν ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν χρὴ, πῶς δὲ τὸν πλησίον διδάσκοντα, ἢ καὶ τοῦτο τυχὸν ἔστιν ὑπονοῆσαι διὰ τοῦ λόγου· ἐπειδὴ ἀγαπηθεῖσα παρὰ τὴν πρώτην διὰ τῆς παρακοῆς, ἐν τοῖς ἐχθροῖς ἐλογίσθην· νῦν δὲ πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν ἐπανῆλθον χάριν δι' ἀγάπης τῷ Δεσπότῃ συναρμοσθεῖσα· κυρώσατέ μοι τὸ διὰ τῆς χάριτος τεταγμένον καὶ ἀμετάστατον, ὑμεῖς οἱ φίλοι τοῦ Νυμφίου, δι' ἐπιμελείας καὶ προσοχῆς ἐν τῷ παγίῳ συντηροῦντές μοι τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον μονήν.

ε'. *Στηρίσατέ με ἐν μύροις.*

Γρηγορίου. — Τουτέστι ταῖς ἀρεταῖς· καὶ οὐ μόνον τὸ βλέπειν τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἐν μετουσίᾳ τοῦ κρείττονος γίνεσθαί ἐστιν ἀρετὴ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀμετάπτωτον ἐν τῷ καλῷ διασώσασθαι· ὁ τοίνυν στηριχθῆναι βουλόμενος ἐν τοῖς μύροις, τὸ βέβαιον ἐν ταῖς ἀρεταῖς αὐτῷ προσγενέσθαι ζητεῖ· ἀρετὴ γὰρ τὸ μύρον, διότι πάσης δυσωδίας ἁμαρτημάτων κεχώρισται· ἡ γὰρ ἁμαρτία δυσώδης. Διὰ τοῦτο, *Στηρίσατέ με ἐν μύροις, στοιβάσατέ με ἐν μήλοις· ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ.*

Νείλου. — Τάχα, ἢ ὡς ἀμοιβὴν τῶν κατορθωμένων ἀπαιτεῖ τὸ ἐν τούτοις γενέσθαι, ἢ ὡς ἐπιτετρωμένη τῷ πόθῳ, παραμυθίαν ὡς ἂν εἴποι τις καὶ ψυχαγωγίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ὥσπερ ἐξελύετο ὑπὸ τῆς πρὸς τὸν ἀγαπώμενον μνήμης, στηριχθῆναι μὲν ἐν μύροις τῆς θεωρίας, στοιβασθῆναι δὲ ἐν μήλοις τῶν θαυμάτων τοῦ Νυμφίου καὶ τοῦ καρποῦ τῶν πράξεων ἐπιθυμεῖ· ἐπειδὴ ἡ μὲν θεωρία τῇ τῶν νοημάτων τέρπουσα γλαφυρότητι ὀσμὴ μύρων· ἡ δὲ πρᾶξις μετὰ τοῦ τροφίμου, καὶ τὸ εὐῶδες ἔχει. Ποιεῖ γὰρ καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα χαρὰν, τῇ τῶν ἀμοιβῶν ἐλπίδι τὴν συνείδησιν τοῦ ἐργαζομένου εὐφραίνοντα· τινὲς δὲ τὸ, *Στοιβάσατέ με ἐν μήλοις*, περὶ τοῦ θανάτου εἶπον· ὡς τῆς Νύμφης βουλομένης μετὰ τῶν ἁγίων ἀξιωθῆναι ταφῆς· πάντως ἐκείνους μῆλα νοήσαντες τοὺς εἰπόντας· « Χριστοῦ εὐωδία ἐσμέν. »

Στοιβάσατέ με ἐν μήλοις

Κυρίλλου. — Τοῖς εὐαγγελικοῖς με ἀσφαλίσατε λόγοις· οὗτοι γὰρ ἡμῖν εὐωδιάζουσι Χριστόν. Συνταχθείην δὲ, φησὶ, κἀγὼ μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ· ὡς γὰρ αὐτὸς μῆλον, οὕτως σύσσωμοι καὶ συμμέτοχοι αὐτοῦ μῆλα.

Προκοπίου. — Τοῖς κατὰ Θεὸν πλεονεκτήμασιν.

Γρηγορίου. — (31) Ἵνα πάντοτε εἰς ὕψος ὁρῶσα,

A rem si purioris quidem est animæ, sicut Christus Ecclesiam; sin autem est animo perturbatiori, sicut corpus proprium; inimicum autem in eo quod non reddamus malum pro malo, sed pro injuria beneficium referamus. Charitatem igitur, inquit, ordinatam facite, ne iterum excidam; conservantes ad id quod melius est propensionem; et quomodo quidem Deum diligere oporteat, quomodo vero proximum docentes. Vel forte per hoc etiam licet intelligere. Quod quoniam quæ primum fueram dilecta, propter inobedientiam inter inimicos fui computata, nunc ad eamdem reversa sum gratiam, per charitatem Domino conjuncta: confirmate mihi hujus gratiæ stabilitatem et immutabilitatem, vos amici Sponsi studio et diligentia, in
B soliditate conservantes mihi ad id quod melius est propensionem.

VERS. 5. *Fulcite me in unguentis.*

Gregorii. — Hoc est virtutibus. Virtus enim est non solum bonum intueri, et esse participem ejus quod est melius; sed etiam immutabilitatem in bono conservare. Qui ergo vult fulciri in unguentis quærit sibi adesse firmitatem in virtutibus. Virtus enim est unguentum, quoniam est sejuncta ab omni tetro odore peccatorum. Peccatum enim fetidum est: Propterea *fulcite me in unguentis, stipate me in malis, quia vulnerata charitatis ego sum.*

Nili. — Vel fortasse quasi compensationem re-
C cte gestorum, in his versari postulat, vel tanquam adhuc amore vulnerata consolationem, ac si quis dicat recreationem. Cum enim ad dilecti memoriam quasi resoluta sit, fulciri quidem in unguentis contemplationis, stipari vero in malis, miraculorum Sponsi et fructu actionum concupiscit. Quoniam contemplatio quidem considerationum varietate, tanquam unguentorum odor oblectat; actio autem una cum alimento bonum odorem habet. Opera enim virtutis gaudium pariunt, quod conscientiam operantis spe compensationum exhilarat. Nonnulli vero: *Stipate in malis* de morte accipiunt, ac si Sponsa sanctorum sepultura dignari velit, illos omnino mala intelligens qui dixerunt: « Christi
D bonus odor sumus [88]. »

Stipate me in malis.

Cyrilli. Evangelicis communite me doctrinis: hæ quippe nobis Christi odorem affundunt. Utinam collocer ego quoque, inquit, cum sanctis ejus! Nam sicut ipse pomum est, ita etiam qui sunt cum eo corporati et participes, poma fient.

Procopii. — Id est sortibus secundum Deum melioribus.

Ut semper in altum aspiciens bona intuear

[88] II Cor. II, 15.

NOTÆ.

(31) Quæ sequuntur in C. B. ut verba Procopii continuantur.

exempla in sponso exhibita. Illic enim mansuetudo, illic placiditas, illic injuriarum oblivio erga inimicos et benignitas erga lugentes, illic continentia, longanimitas, atque similia quæ pulchro ordine concinnata gratissimum spectaculum exhibent dum ad cœlestis vitæ rationem adducunt. Malum autem Christus est propter candorem carnis et ruborem sanguinis, ac suavem prædicationis odorem.

Origenis. — Symmachus sic edidit, etc.

Quia amore vulnerata sum.

Gregorii. — His dictis laudat sagittarium a jaculandi peritia, ut qui telum recte in ipsam dirigat. *Vulnerata* enim, inquit, *dilectionis sum ego.* Ostendit hac oratione telum quod cordi alte insidet: sagittarius autem hujus teli est dilectio seu charitas: charitatem autem esse Deum didicimus a Scriptura [29], qui electum suum unigenitum Jesum Christum emittit in eos qui servantur spiritu vitæ triplicem aculei cuspidem illiniens. Aculeus autem est fides, ut quæ in quo fuerit, cum sagitta simul adducat sagittarium, ut dicit Dominus: Quoniam « Ego et Pater veniemus et mansionem apud eam faciemus [30]. » Videt ergo quæ per divinas ascensiones in altum sublata est anima, dulce telum charitatis quo sauciata fuit in semetipsa, et de eo vulnere gloriatur dicens: *Quoniam vulnerata dilectionis sum ego:* Nec hoc solum, sed et ipsa fit telum in manibus sagittarii: sinistra quidem caput ad supernum scopum dirigente, dextera vero telum ad se attrahente: ait ergo:

VERS. 6. *Læva ejus sub capite meo et dextera illius amplectetur me.*

Cyrilli. — Sinistra dicitur lex, dextera Evangelium. Vel sinistra intelligenda est præsens vita, dextera autem futura: quæ quidem me complectetur, postquam iis qui a dextris erunt dictum fuerit: « Venite, benedicti Patris mei [32]. »

Gregorii. — Dicit etiam alibi: « Longitudo vitæ et anni vitæ sunt in dextera sapientiæ: in sinistra vero divitiæ et gloria [31]. » Dextera igitur illius divinorum scientia est ex qua æterna vita exsistit; sinistra vero cognitio rerum humanarum e quibus divitiæ et gloria, ait igitur: Mens mea superat humana et divina cognitio téget me. Etenim rursus dictum est: Honora illam ut te amplectatur. Ostendit itaque eumdem esse et Sponsum et sagittarium nostrum, et Sponsam ac sagittam esse puram animam. Sicut telum ergo ad bonum dirigit scopum; sic et Sponsam ad communionem assumit incorruptæ perpetuitatis. Longitudinem vitæ etiam in hac vita per dexteram præbens, et per sinistram divitias bonorum æternorum et Dei gloriam, cujus expertes sunt qui mundi gloriam

βλέπω πρὸς τὰ τῶν ἀγαθῶν ὑποδείγματα, ἐν τῷ Νυμφίῳ δεικνύμενα· ἐκεῖ γὰρ πραότης, ἐκεῖ τὸ ἀόργητον, ἐκεῖ τὸ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀμνησίκακον, καὶ τὸ πρὸς τοὺς λυποῦντας φιλάνθρωπον· ἐκεῖ τὸ ἐγκρατὲς καὶ μακρόθυμον, καὶ τὰ ὅμοια· ἃ κατὰ τάξιν ἐπισυναπτόμενα, χαριεστάτην θέαν ἐργάζεται, πρὸς ὕψος πολιτείας ἐπανάγοντα· μῆλον δὲ ὁ Χριστὸς, διὰ τὸ λευκὸν τῆς σαρκὸς καὶ τὸ ἐρυθρὸν τοῦ αἵματος, καὶ τὴν τοῦ κηρύγματος εὐωδίαν.

Ὠριγένους. — Ὁ Σύμμαχος οὕτως ἐκδέδωκεν· κ. τ. λ. (32).

Ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ.

Γρηγορίου.—Ταῦτα εἰποῦσα, ἐπαινεῖ τὸν τοξότην τῆς εὐστοχίας ὡς καλῶς ἐπ' αὐτὴν τὸ τέλος ἰθύνοντα· *Τετρωμένη* γὰρ, φησὶν, *ἀγάπης ἐγώ*· δείκνυσι τῷ λόγῳ τὸ βέλος τὸ τῇ καρδίᾳ βάθους ἐγκείμενον· ὁ δὲ τοξότης τοῦ βέλους, ἡ ἀγάπη ἐστί· τὴν δὲ ἀγάπην τὸν Θεὸν εἶναι παρὰ τῆς Γραφῆς μεμαθήκαμεν, ὃς τὸ ἐκλεκτὸν βέλος τὸν μονογενῆ Υἱὸν ἐπὶ τοὺς σωζομένους ἐκπέμπει, τῷ πνεύματι τῆς ζωῆς τὴν τριπλῆν τῆς ἀκίδος ἀκμὴν περιχρῶσαν· ἀκὶς δὲ, ἡ πίστις ἐστίν· ἵνα ἐν ᾧ ἂν γένηται συνεισαγάγῃ μετὰ τοῦ βέλους καὶ τὸν τοξότην, ὥς φησιν ὁ Κύριος· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. » Ὁρᾷ τοίνυν ἡ διὰ τῶν θείων ἀναβάσεων ὑψωθεῖσα ψυχὴ τὸ γλυκὺ τῆς ἀγάπης βέλος ἐν ἑαυτῇ ᾧ ἐτρώθη· καὶ καύχημα ποιεῖται τὴν τοιαύτην πληγὴν λέγουσα· *Ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ*· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὴ γίνεται βέλος ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ τοξότου, τῆς μὲν εὐωνύμου τὴν κεφαλὴν πρὸς τὸν ἄνω σκοπὸν εὐθυνούσης, τῆς δεξιᾶς δὲ πρὸς ἑαυτὴν διαλαμβανούσης τὸ βέλος· φωνὴ οὖν·

ς'. *Εὐώνυμος αὐτοῦ ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με.*

Κυρίλλου.— Εὐώνυμος ὁ νόμος, δεξιὰ τὸ Εὐαγγέλιον· ἢ καὶ εὐώνυμος ὁ παρὼν βίος, δεξιὰ ὁ μέλλων· ἥ τις με περιλήψεται, ὅταν τοῖς ἐκ δεξιῶν εἴπῃ· « Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου. »

Λέγει (33) δὲ καὶ ἑτέρωθι μῆκος βίου καὶ ἔτη ζωῆς ἐν τῇ δεξιᾷ τῆς σοφίας· ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ, πλοῦτος καὶ δόξα· δεξιὰ γοῦν αὐτῆς ἡ τῶν θείων ἐπιστήμη· ἐξ ἧς ἡ αἰώνιος ζωή· ἀριστερὰ δὲ ἡ τῶν ἀνθρωπίνων γνῶσις, ἐξ ὧν πλοῦτος καὶ δόξα· λέγει τοίνυν ὅτι ὑπερέχει ὁ νοῦς μου τὰ ἀνθρώπινα· καὶ ἡ θεία γνῶσις καλύψει με. Καὶ γὰρ εἴρηται πάλιν· Τίμησον αὐτὴν, ἵνα σε περιλάβῃ. Δείκνυσι τοίνυν, ὅτι ὁ αὐτὸς καὶ Νυμφίος καὶ τοξότης ἡμῶν ἐστι, Νύμφη τε καὶ βέλος ἡ κεκαθαρμένη ψυχή· ὡς βέλος οὖν πρὸς τὸν ἀγαθὸν εὐθύνει σκοπόν· ὡς Νύμφην εἰς κοινωνίαν ἀναλαμβάνει τῆς ἀφθάρτου ἀϊδιότητος· μῆκος βίου καὶ ἔτη ζωῆς, διὰ τῆς δεξιᾶς χαριζόμενος· διὰ δὲ τῆς ἀριστερᾶς, τὸν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν πλοῦτον καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, ἧς οἱ τὴν τοῦ κόσμου ζητοῦντες δόξαν ἀμέτοχοι γίνονται· διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι, *Εὐ-*

[29] I Joan. IV, 16. [30] Joan. XIV, 23. [31] Prov. III, 26. [32] Matth. XXV, 34.

NOTÆ.

(32) *Patrol.* t. XVII, col. 261.
(33) In C. B. hæc sunt Gregorii, dum in C. V. sub nomine Cyrilli inscribuntur.

ὠνυμος αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου, δι' ἧς εὐθύνεται ὑπὸ τὸν σκοπὸν τὸ βέλος. Ἡ δὲ δεξιὰ αὐτοῦ πρὸς ἑαυτόν με διαλαβοῦσα καὶ ἐφελκυσαμένη, κούφην με πρὸς τὴν ἄνω φορὰν ἀπεργάζεται· κἀκεῖ πεμπομένην, καὶ τοῦ τοξότου μὴ χωριζομένην, μᾶλλον ἐπαναπαύεσθαι· εἶτα πρὸς τὰς θυγατέρας τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ τρέπει τὸν λόγον· ὁ δὲ λόγος παράκλησίς ἐστιν ἐν ὅρκῳ προσαγομένη, τοῦ πλεονάζειν καὶ ἐπαύξειν ἀεὶ τὴν ἀγάπην· ἕως ἂν ἐνεργὸν ἑαυτοῦ ποιήσῃ τὸ θέλημα, ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.

Διὰ (34) μὲν τοῦ εὐωνύμου τὰ τοῦ παρόντος βίου αἰνίττεται. ὡς ἔοικε καλά, ὧν τὴν ἀπόλαυσιν ἤδη ἔχει· διὰ δὲ τῆς δεξιᾶς, τὴν τῶν μελλόντων ἐν ἐπαγγελίαις προσδοκίαν· ὧν τὴν χρῆσιν ἐν ἐπαγγελίαις ὡς λέλεκται καὶ ἐλπίσι προσκεῖσθαί φησιν, εὖ δὲ καὶ τὸ φάναι, τῇ μὲν δεξιᾷ περιλαμβάνεσθαι, τῇ δὲ ἀριστερᾷ τὴν κεφαλὴν ἐπαναπαύεσθαι· δεῖ γὰρ τὰ τοῦ παρόντος βίου κἂν πολὺ νομίζηται χρηστὰ καὶ περίβλεπτα, ὑποτετάχθαι τῇ κεφαλῇ τῆς τελείας ψυχῆς, μόνην τὴν ἀναγκαίαν χρείαν παρέχοντα τῷ σώματι, ὡς τὸ προσκεφάλαιον τῇ κεφαλῇ· τὰ δὲ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἐπειδὴ θεῖα ὄντα ἐπάνω τῆς ἀνθρωπίνης ἐφέστηκε φύσεως, διὰ τῆς περιλήψεως τὸ ὑπερέχον ἠνίξατο· τάχα δὲ, ἐπειδήπερ αἱ χεῖρες πράξεών εἰσι σύμβολον, αἱ δὲ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς πράξεις, τὰ τοῦ σώματος σημαίνουσιν· αἱ δὲ τῆς δεξιᾶς τὰ τῆς ψυχῆς· δεξιὰ ὄντα τὸν ἀμείνω κλῆρον εἴληχε, περιέχονται τὰς σωματικὰς ἀνάγκας· ὡς γὰρ ἡ περιλαμβάνουσα χεὶρ, καὶ ἐπάνω ἐστὶ καὶ ἐντὸς ἀγκάλην ἔχει τὸ περιληφθὲν, οὕτως αἱ πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς μελλούσης ζωῆς ἀποτεταγμέναι πράξεις, πᾶν κίνημα τοῦ σώματος ἄλογον περισφίγγουσαι, εὔτακτον καὶ συνδεδεμένην φυλάττουσι τὴν ζωήν· οὐδ' ἑνὸς ἐπιβουλεύειν δυναμένου, τῇ περιληφθείσῃ ὑπὸ τοῦ Νυμφίου ψυχῇ.

ζ'. *Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ· ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην ἕως οὗ θελήσῃ.*

Φίλωνος. — Τὰς τῶν ἁγίων ὁρκίζει ψυχὰς κατὰ τῶν θεοσημειῶν ἃς ἔδειξεν ἐν βίῳ Χριστὸς, πρεσβείαις ἐξεγείρειν τὸν πόθον αὐτοῦ πρὸς αὐτήν. Ἀκύλας δέ φησι καὶ Σύμμαχος, καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις· *Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐν δορκάσιν, ἢ ἐν ἐλάφοις τῆς χώρας*, ἐκδιδόασιν· καὶ ἴσως οἱ μὲν διορατικοὶ δορκάδες, ἀπὸ τοῦ δέρκειν καὶ βλέπειν· οἱ δὲ γενναῖοι κατὰ τῆς κακίας ἀγωνισταὶ, καὶ ἀβλαβῶς ἀναιροῦντες αὐτῆς τὰ γεννήματα, ἔλαφοι, ἐπεὶ καὶ τὸ ζῶον ὄφεών ἐστιν ἀναιρετικὸν, πρὸς τοῦ τούτων ἰοῦ μὴ βλαπτόμενον· καθ' ὧν ἀρκεῖ τὴν ἀγάπην ἐξεγεῖραι μέχρι θελήσει χρηματίσαι ταύταις ἡ τοῦ Νυμφίου φωνή.

A quærunt : propterea dicit : *Sinistra ejus sub capite meo*, per quam jaculum dirigitur ad scopum : dextera vero ejus me apprehendens et ad se trahens efficit me levem ut sursum ferar, et illuc mittar, et a sagittario minime separer, adeo ut et simul feratur per jaculationem et a sagittarii manibus non separetur, quin potius in iis conquiescat. Deinde ad filias supernæ Jerusalem convertit orationem. Est autem oratio adhortatio, quæ adhibetur cum adjuratione, ut charitas semper multiplicetur et augeatur, donec ad effectum deduxerit suam voluntatem, qui vult omnes salvos fieri et ad agnitionem venire veritatis [33].

Nili. — Per sinistram quidem præsentis, ut solet, vitæ bona innuit quorum jam obtinet fruitionem : per dexteram vero futurorum in promissis B exspectationem quorum usum in spebus propositum ait : recte autem dicitur, dextera quidem amplecti, sinistra vero capiti quies impendi. Oportet enim præsentis vitæ bona, quamvis valde utilia et conspicua videantur, subjici seu supponi capiti animæ perfectæ, ut necessarium duntaxat corpori usum præbeant non secus ac capiti cervical : futuri vero sæculi bona, utpote divina, in supremo humanæ naturæ sita per amplexus eminentiam insinuavit. Fortassis vero quia manus actionum sunt symbolum, sinistræ autem manus opera corporis significant, dexteræ vero animæ; hoc sermone declarante, quod animæ dextera cum sint meliorem sortem obtinuerint corporeas necessitates C complectentia : quemadmodum enim manus quæ complectitur et desuper est et in ulnis habet id quod continetur : ita quæ ad futuræ vitæ scopum ordinatæ sunt actiones, omnem motum corporis irrationalem succingentes bene compositam et colligatam vitam servant, sic ut nemo circumvenire possit animam quam Sponsus amplectitur.

VERS. 7. *Adjuravi vos, filiæ Jerusalem, in virtutibus et in viribus agri : si suscitaveritis et expergisci faciatis charitatem quoadusque velit.*

Philonis. — Sanctorum animas adjurat per miracula quæ Christus, dum in hac vita versaretur, D divinitus patravit, ut precibus suis interpositis ejus amorem in eam excitent. Aquila autem ac Symmachus et quinta editio sic habent : *Adjuro vos, filiæ Jerusalem, per capreas vel cervos campi.* Et fortassis perspicaces dicuntur capreæ (δορκάδες) a videndo (δέρκειν) et cernendo, ii vero qui fortiter contra improbitatem luctantur ejusque sobolem tollentes nihil detrimenti capiunt, cervi vocantur, siquidem cervus serpentes occidit neque ab eorum veneno læditur; contra quos charitatem excitare sufficit, donec Sponsi vox illis respondere voluerit.

[33] I Tim. II, 4.

NOTÆ.

(34) Hæc sancto Nilo vindicat C. B.

Gregorii. — Anima in sublime ascendendo, properans discentibus animabus progressum ad id quod perfectum est exponens, per adjurationem eas ad iram virtutis manuducit, dicens : Quod si, o discipulæ animæ, proficitis virtutibus usque dum suscitetis et expergisci faciatis charitatem, quod est jam elevatæ et semper per profectum in majus auctæ, donec ad finem veniat bona ipsius voluntas, ut in carne vivens non amplius secundum carnem vivat, et in agro hujus mundi degens, virtutes intueatur angelicas, per passionum vacuitatem, angelicam puritatem imitando. Virtutes enim et vires agri sive mundi sicut angelicæ virtutes; affirmo vos angelicum in regeneratione statum habituros. Vis autem est potentia; si quidem singulariter dicitur, ad divinum numen refertur sensus istius modi vocis; sin vero pluraliter, angelicam naturam exhibet. Illud autem *adjuravi* pro *adjuro* positum. Juramentum porro est sermo per se veritatem confirmans, dicitur autem juramentum, sive juret quis sive adjuretur.

Nili.—Illud *excitare* manifeste quidem filiabus Jerusalem dictum, sed in quo charitatem, an in seipsis an in sponso, an in ipsa loquente, non liquet : siquidem igitur in illis charitatem excitari vult potest istiusmodi quid dicere : O tardæ et quæ prosint non sentientes, quantum lucri per inscitiam negligitis, quod diligentibus Sponsum ex dilectione obtingit ! Adjuro vos per virtutes agri quæ res mundi gubernant et vires ipsarum quibus adversarios enervant, excitare sopitam in vobis et expergefacere erga Sponsum charitatem et agnoscere voluptatem quam ex ejus experientia capio. Adhortatur autem ipsas illarum lucrum spectans et utilitatem earum considerans ; si autem Sponsi charitatem excitari vult, hoc, inquit, adjuro vos, filiæ Jerusalem, ut ad dilectum meum accedatis, meumque affectum ipsi annuntietis, quomodo ipsum diligens domi manere non valeo expellente me desiderio et omnes vias obire cogente, num forte fortuna etiam amato occurram. Subdubitat enim fortassis an revera diligatur, tametsi jam pridem visa sit occurrisse ac sermones a Sponso inaudisse qui dilectionem demonstrent : subducit se namque Sponsus non raro ut majorem excitet amorem et tabescentem resuscitet cupiditatem. In quibusdam autem exemplaribus habetur : *Ne suscitetis neque evigilare faciatis.* Quia non opus habeo mediatore; scio enim me dignam ipso redditam, unde voluntatem ejus ad dilectionem meam excito : non enim lenocinatur cœlestis amor, sed ipse accedit pulchritudine animæ tractus et operibus virtutum certior factus, non rumoribus gestorum persuasus : si autem illorum ne suscitetis erga ipsum dilectionem. Adhuc enim vobis necdum stabilem diligentium statum assecutis opus est, ut hoc tempore ipsi in timore serviatis, ne forsitan intempestive dilationem excitantes lasciviatis, utpote necdum edoctæ ipsius charitate uti recte.

A *Γρηγορίου.* — Ἡ πρὸς τὸ ὕψος ἀναδραμοῦσα ψυχὴ
ταῖς μαθητευομέναις ψυχαῖς, τὴν πρὸς τὸ τέλειον
πρόοδον ὑφηγουμένη διὰ τοῦ ὁρκισμοῦ πρὸς τὸν κατ'
ἀρετὴν χειραγωγεῖ βίον φάσκουσα· ὅτι ἐὰν αἱ μα-
θητευόμεναι ψυχαὶ προκόπτητε ταῖς ἀρεταῖς μέχρις
ἂν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ὅπερ ἐστὶν
ὑψουμένης τε καὶ ἀεὶ διὰ προσθήκης πρὸς τὸ μεῖζον
ἐπαυξουμένης, καὶ εἰς πέρας ἔλθῃ τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ
θέλημα, ὥστε ἐν σαρκὶ ζῶσαν, μηκέτι κατὰ σάρκα
ζῆν, καὶ ἐν τῷ ἀγρῷ τοῦ κόσμου διάγουσαν, πρὸς τὰς
δυνάμεις βλέπειν τὰς ἀγγελικάς· μιμουμένας δι'
ἀπαθείας τὴν ἀγγελικὴν καθαρότητα· δυνάμεις γὰρ
τοῦ ἀγροῦ ἤτοι τοῦ κόσμου, ἀγγελικαὶ δυνάμεις·
πιστούμεναι ὑμᾶς ἀγγελικὴν ἕξειν ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ
κατάστασιν· ἰσχὺς δὲ καὶ δύναμις εἰ μὲν ἑνικῶς λέ-
B γεται, πρὸς τὸ Θεῖον ἀναπέμπεται ἡ διάνοια τῆς τοι-
αύτης φωνῆς· εἰ δὲ πληθυντικῶς, τὴν ἀγγελικὴν
φύσιν παρίστησι· τὸ δὲ *ὥρκισα*, ἀντὶ τοῦ *ὁρκίζω*·
ὅρκος δέ ἐστι λόγος πιστούμενος δι' ἑαυτοῦ τὴν ἀλή-
θειαν· ὅρκος δὲ λέγεται, κἂν ὀμνυσί τις κἂν ὁρ-
κωθῇ.

Νείλου. — Τὸ μὲν *διεγεῖραι*, σαφῶς ταῖς θυγα-
τράσιν Ἱερουσαλὴμ εἴρηται· τὴν ἐν τίνι δὲ ἀγάπην,
τὴν ἐν αὐταῖς, ἢ τὴν ἐν τῷ νυμφίῳ, ἢ τὴν αὐτῇ λε-
γούσῃ, ἄδηλον. Εἰ μὲν οὖν τὴν ἐν ἐκείναις ἀγάπην
διεγερθῆναι βούλεται, δύναται τοιοῦτόν τι λέγειν· ὅτι
Ὦ βραδεῖς καὶ ἀσυναίσθητοι τῶν συμφερόντων, πόσον
κέρδος παροράτε διὰ ἀπειρίαν! Ὅπερ τοῖς ἀγαπῶσι
τὸν Νυμφίον, ἐκ τοῦ ἀγαπᾷν περιγίνεται· ὁρκίζω
C ὑμᾶς κατὰ τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγροῦ, τῶν τὰ τοῦ κό-
σμου διοικουσῶν, καὶ τῆς ἰσχύος αὐτῶν ᾗ καταργοῦσι
τοὺς ἐναντίους, ἐγεῖραι καθεύδουσαν ἐν ὑμῖν, καὶ
ἐξεγεῖραι τὴν πρὸς τὸν Νυμφίον ἀγάπην· καὶ γνῶναι
τὴν ἡδονὴν τὴν ἐμὴν, ἐκ τοῦ ἐν πείρᾳ γενέσθαι αὐ-
τῆς· παρακαλεῖ δὲ αὐτὰς τὸ ἐκείνων κέρδος σκο-
ποῦσα, καὶ τὴν ὠφέλειαν αὐτῶν λογιζομένη· ἐὰν δὲ
τὴν τοῦ Νυμφίου ἀγάπην διεγερθῆναι θέλῃ, τοῦτό
φησιν· Ὁρκίζω ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, προσ-
ελθεῖν τῷ ὑπ' ἐμοῦ ἠγαπημένῳ, καὶ τὸ ἐμὸν πάθος
ἀναγγεῖλαι αὐτῷ· ὅπως αὐτὸν ἀγαπῶσα οἴκοι μένειν
οὐ δύναμαι, ἐξελαύνοντός μου τοῦ πόθου, καὶ πάσας
ἐπιέναι τὰς ὁδοὺς ἀναγκάζοντος, μήπω καὶ ἐκ τύχης
συναντῇ τῷ ποθουμένῳ· ἀμφιβάλῃ γὰρ τάχα, μή
ποτε οὐκ ἀληθῶς ἀγαπᾶται· καὶ ἤδη φαίνεται καὶ
D συντυχοῦσα καὶ λόγον ἀκούσασα παρὰ τοῦ Νυμφίου
τὴν ἀγάπην δηλοῦντος· ὑποχωρεῖ γὰρ ὁ Νυμφίος
πολλάκις, πλεῖον αὐτῆς τὸν ἔρωτα διεγείρων, καὶ τὸ
μαραινόμενον τῆς ἐπιθυμίας ἀναῤῥιπίζων· ἔν τισι δὲ
τῶν ἀντιγράφων ἔχει, *Μὴ ἐγείρητε, μηδὲ ἐξεγεί-
ρητε*, ἐὰν μὲν τὴν πρὸς ἑαυτὴν τοῦ Νυμφίου, ὅτι οὐ
χρείαν ἔχω μεσίτου· οἶδα γὰρ ὅτι ἀξία γενομένη αὐ-
τοῦ, τὸ θέλημα αὐτοῦ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀγάπην διεγεί-
ρω· οὐ γὰρ μαστροπεύεται ὁ οὐράνιος ἔρως· αὐτὸς
δὲ ἐπιφοιτᾷ τῷ κάλλει τῆς ψυχῆς ἑλκόμενος, καὶ τοῖς
ἔργοις τῶν ἀρετῶν πληροφορούμενος, οὐχὶ δὲ φήμαις
τῶν γινομένων πειθόμενος· ἐὰν δὲ τὴν ἐκείνων μὴ
ἐγείρητε τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγάπην· ἔτι γὰρ ἡμῖν χρεία
καιροῦ τοῦ ἐν φόβῳ δουλεύειν αὐτῷ, οὐκ ἐχούσαις
τέως βεβηκυῖαν τὴν τῶν ἀγαπώντων κατάστασιν,

μήπως ἀώρως τὴν ἀγάπην κινήσασα καταστηνιάσητε αὐτοῦ· ἅτε μηδέπω μαθοῦσα κεχρῆσθαι τῇ ἀγάπῃ καλῶς.

η'. *Φωνὴ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου· Ἰδοὺ οὗτος ἥκει πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη, διαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς.* A

Γρηγορίου. — Ἐν τοσαύταις ἀνόδοις ὑψωθεῖσα δι' ἀγάπης πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν μετουσίαν ἡ κεκαθαρμένη ψυχή, οὔπω κατειληφέναι δοκεῖ τὸ ζητούμενον· πάσας γὰρ τὰς ἀναβάσεις ἐκείνας, οὐ θεωρίαν τε καὶ κατάληψιν τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ φωνὴν τοῦ ποθουμένου κατονομάζει, διὰ τῆς ἀκοῆς χαρακτηριζομένην τοῖς ἰδιώμασιν, οὐ διὰ τῆς κατανοήσεως γινωσκομένην τε καὶ εὐφραίνουσαν· φωνή, φησίν, οὐχ εἶδος, οὐ πρόσωπον, οὐ χαρακτὴρ ἐμφαίνων τοῦ ζητουμένου τὴν φύσιν· ἀλλὰ φωνή, στοχασμὸν μᾶλλον ἢ βεβαίωσιν ἐμποιοῦσα περὶ τοῦ φθεγγομένου ὅς τίς ἐστι· τοῦτο δὲ παρίστησι καὶ τὸ ποικίλον τῆς ὀπτασίας· *Ἰδοὺ* γάρ, φησίν, *οὗτος ἥκει*, οὐχ ἑστώς, οὐδὲ περιμένων, B ὡς διὰ τῆς ἐπιμονῆς γνωρισθῆναι τῷ ἀτενίζοντι, ἀλλ' ἀφαρπάζων ἑαυτὸν τῶν ὄψεων, τῷ πηδᾷν καὶ διάλλεσθαι, καὶ νῦν μὲν δορκάδι, νῦν δὲ νεβρῷ παρεικάζεσθαι· τάχα τοίνυν προβλέπει τὴν πόῤῥωθεν κηρυχθεῖσαν, ὕστερον δὲ φανερωθεῖσαν, τοῦ Θεοῦ Λόγου διὰ σαρκὸς οἰκονομίαν· μαρτυρεῖται γὰρ τοῖς ἔργοις ἡ θεία φωνή, καὶ συνάπτεται τῷ λόγῳ τῆς ἐπαγγελίας ἡ ἔκβασις καθώς φησιν ὁ Δαβίδ· ὅτι, « Καθάπερ ἠκούσαμεν οὕτω καὶ ἴδωμεν. » *Φωνὴ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου*, τουτέστιν οὗ ἠκούσαμεν, *Ἰδοὺ οὗτος ἥκει*· τοῦτον οὖν τοῖς ὀφθαλμοῖς εἰσδεξάμεθα· γέγονεν οὖν ἡ φωνὴ τοῦ Νυμφίου διὰ τῶν προφητῶν ἐν οἷς ἐλάλησεν ὁ Θεός· καὶ μετὰ τὴν φωνὴν ἦλθεν ὁ Λόγος, ἐπιπηδῶν τοῖς ἀντικειμένοις ὄρεσι, καὶ τῶν C βουνῶν καθαλλόμενος, τουτέστι καταπατῶν καὶ καταλύων τὰ πονηρὰ τῆς τῶν δαιμόνων κακίας ὑψώματα.

Νείλου. — Ἐπειδὴ Θεὸς ἦν ὁ ἀγαπώμενος, οὐ τεκμηρίοις σωματικοῖς πιστούμενος, διαθέσεως δὲ προσέχων, καὶ λογισμοῖς ἐμβατεύων, εὐθὺς ἐπιφαίνεται παραμυθούμενος τῆς ἀγαπώσης τὸν πόθον· ὡς ἐκείνην αἰσθομένην τοῦ κατὰ τὴν φωνὴν ἰδιώματος, εἰπεῖν ἐκ πολλῆς τῆς περιχαρείας· *Φωνὴ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου, ἰδοὺ οὗτος ἥκει*· τὸν γὰρ Ἰωάννην θεασάμενος ὃς ἦν ἡ φωνή, καὶ τὸν Λόγον φαντάζεται, καὶ δεικτικῶς φησιν· *Ἰδοὺ οὗτος ἥκει*· Λόγου γὰρ παρουσίαν σημαίνει ἡ φωνή· καὶ τὴν ἀκοὴν ἐπιστρέφουσα τῇ ὄψει, δείκνυσι τὸ ἀκουσθέν· τὸ δὲ πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη, διαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς, τοιοῦτόν ἐστι· τῆς μὲν φωνῆς αὐτοῦ πόῤῥωθεν ἀκήκοα· ἤδη δὲ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον ὁρῶ πηδῶντα ἐπὶ τὰ ὄρη, D καὶ διαλλόμενον ἐπὶ τοὺς βουνούς, ὅπερ ἐπληροῦτο ἐπὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ· αἱ γὰρ ἐκβάσεις τῶν περὶ αὐτοῦ προφητειῶν, πηδήματα ἦν καὶ ἅλματα· ὄρη δὲ καὶ βουνοὶ οἱ περὶ αὐτοῦ εἰπόντες προφῆται· ἐφ' ὧν διαλλόμενος, καὶ ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα πηδῶν, τὴν ἑκάστου προφητείαν ᾠκείου πρὸς τὴν ἑτέραν· ἓν σῶμα τὰς διαφόρους ποιῶν προφητείας, καὶ συνάπτων τοῖς ἅλμασι τῶν νοημάτων, τὰ

VERS. 8. *Vox fratruelis mei : ecce hic venit saliens supra montes, transiliens supra colles.*

Gregorii. — In tantis sublimata ascensionibus per charitatem ad boni participationem purgata anima nondum comprehendisse videtur id quod quæritur. Omnes enim illas ascensiones, non contemplationem et comprehensionem veritatis, sed vocem ejus qui desideratur appellat, quæ per auditum exprimitur in proprietatibus, non autem mentis comprehensione cognoscitur atque lætificat : Vox, inquit, non forma, non facies, non figura, expressam ostendens naturam ejus, sed vox magis afferens conjecturam quam firmam cognitionem, quis sit is qui loquitur. Hoc autem diversitas probat visionis. *Ecce* enim, inquit, *hic venit*, non stans, non permanens, ut per diuturnam mansionem possit agnosci ab eo qui fixis intuetur oculis, sed se ab oculis subripiens saliendo et subsiliendo et modo quidem capræ, modo autem hinnulo se assimilando. Nempe fortassis prævidet eminus prædicatam, postea vero manifestatam Dei Verbi per carnem dispensationem. Nam de voce divina testimonium ferunt opera, et verbo promissionis conjungitur eventus, sicut dicit David : « Sicut audivimus, sic vidimus [14]. » — *Vox fratruelis mei*, hoc est quod audivimus : *Ecce hic venit*, hoc est quod oculis hausimus. Facta est igitur vox Sponsi per prophetas in quibus locutus est Deus; et post vocem venit Verbum saliens supra montes adversos et colles transiliens, hoc est conculcans et dissolvens perversas nequitiæ dæmonum altitudines.

Nili. — Quia Deus erat dilectus non argumentis corporeis probatus, et affectui attendens et penetrans cogitationes, confestim apparet consolans desiderium dilectionis : sicut illa quæ vocis ejus perceperat proprietatem præ gaudio multo diceret : *Vox fratruelis mei, ecce hic venit.* Nam Joannem præcursorem qui vox erat videns etiam Verbum imaginatur et demonstrative ait : *Ecce hic venit.* Verbi enim præsentiam significat vox et auditum retorquens, visu ostendit quod audiebatur, illud porro *saliens supra montes, transiliens per colles*, est istiusmodi : Vocem quidem ejus eminus audivi, jam autem illum etiam ipsum cerno salientem supra montes et per colles transilientem, id quod impletum est in Christi incarnatione, eventus enim earum quæ de ipso erant prophetiarum saltus erant et saltationes, montes vero et colles prophetæ qui de ipso locuti sunt, per quos transiliens et ab aliis ad alia saltans, uniuscujusque prophetiam ad alteram unum corpus diversas faciens prophetias et connectens saltibus intelligentiarum montes qui distare videbantur dictionum. Montes

[14] Psal. XLVII, 9.

autem dici possunt prophetæ qui de ipsius agunt divinitate. Colles vero qui de incarnatione : nam colles licet præ alia terra emineant, terrestre tamen quid habent. Montes autem sunt prærupta rupes, terrestris exsors substantiæ.

Origenis. — Hoc nonnulli præcedentibus annectunt, etc.

Hæc ad eorum quæ dramatice introducuntur declarationem usque ad illud : *Vox tua dulcis et facies tua decora.* Ac manifestum est animam Verbi Sponsam sive Ecclesiam Christi vocem divinam priusquam intelligat ipsam præcipere. Hoc usu venit fidelibus priusquam intelligant, legales atque propheticas voces ut divinæ gratiæ plenas percipientibus. Tale est illud : *Vox fratruelis mei.* Quod præponitur eminus apparitioni Verbi, quas magnas contemplationes videns assecutum postquam minores non neglexerat, ait igitur : *Ecce hic venit supra montes transiliens per colles.* Per totum autem sermonem quædam quidem tanquam præsentia dicuntur Sponso, tanquam vero de quærente, a Sponsa, quandoquidem etiam in problematis, aliquando quidem quædam quærimus ignorantes solutionem, aliquando autem solutione fruimur, Sponso Verbo corda nostra illuminante. Deinde rursum dubitamus in aliis, ac rursum nobis apparet, idque frequenter donec perfecte Sponso potiamur, non solum ad nos veniente, verum etiam mansionem faciente. Et Ecclesia desiderat quidem in tentationibus derelicta, sed apparet ipsi per gratias : Idcirco ait : *Ecce hic venit saliens supra montes*, venit autem et super retia quæ a maligno juxta Ecclesiam expansa sunt, quæ rumpens, illa contemptius conculcare docet. Ecclesiæ porro omnem hiemem tentationis supergressæ, signa veris ostendit et accessum æstatis, de quo in psalmis illud : « Æstas et ver [38]. » Apparuerunt enim ipsi flores et appropinquavit omnimodo emendatio, tempus putationis nominata.

VERS. 9. *Similis est fratruelis meus capreæ, vel hinnulo cervorum in montibus Bethel.*

Gregorii. — Per hoc significat visus acumen et perspicacitatem ejus qui omnia respicit. Sed et hinnulo cervorum assimilatus est eo quod habitu et coloris proprietate venenatorum fugiet operationem quam montes et colles nominavit, cum inferiorem tum superiorem. Hoc enim collium a montibus differentia insinuat : similiter enim conculcantur leo et draco qui eminent, atque serpens et scorpius qui videntur inferiores. Quin et discipulos perficit in naturam cervorum dicens : « Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones [39], » ita ut altitudine virtutis montes fiant Bethel, id est quod vis nominis

[38] Psal. LXXIII, 17. [39] Luc. XXIII, 19.

A διεστάναι δοκοῦντα ὄρη τῶν λέξεων· ὄρη δὲ λέγοιντ' ἂν οἱ τὰ τῆς θεότητος αὐτοῦ λέγοντες προφῆται· βουνοὶ δὲ οἱ κατὰ τῆς οἰκονομίας· οἱ γὰρ βουνοὶ κἂν ὑπερανέχωσι τῆς ἄλλης γῆς, ὅμως ἔχουσί τι γεῶδες· τὰ δὲ ὄρη, λίθος ἐστὶν ἀκραιφνὴς γεώδους οὐσίας ἀμέτοχος.

Ὠριγένους. — Τοῦτό τινες τοῖς προλαβοῦσιν ἀπέδωκαν, κ. τ. λ. (35).

Κυρίλλου. — (36) Ταῦτα πρὸς τὴν τῶν δραματικῶς ἐπαγομένων σαφήνειαν; μέχρι τοῦ, *Ἡ φωνή σου ἡδεῖα, καὶ ἡ ὄψις σου ὡραία*· καὶ δῆλον ὡς ἡ Νύμφη τοῦ Λόγου ψυχὴ, ἤγουν Ἐκκλησία Χριστοῦ, φωνῆς πρὶν νοῆσαι αὐτὴν ὡς θείας ἀντιλαμβάνεται, ὅπερ πάσχομεν οἱ πιστοὶ, πρὶν νοῆσαι τὰς νομικὰς καὶ προφητικὰς φωνὰς ὡς θείας χάριτος B πλήρεις καταπληττόμενοι· τοιοῦτόν ἐστι τὸ φωνὴ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου προστεταγμένον τῆς μακρόθεν ἐπιφανείας τοῦ Λόγου· ὃν ἰδοῦσα μεγάλων θεωρημάτων ἁπτόμενον, μετὰ τοῦ μηδὲ τῶν βραχυτέρων καταφρονεῖν, φησίν· *Ἰδοὺ αὐτὸς ἥκει πηδῶν ἐπὶ ὄρη, διαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς.* Δι' ὅλου δὲ τοῦ Λόγου, τινὰ μὲν ὡς παρόντι λέγεται τῷ Νυμφίῳ· τινὰ δὲ ὥσπερ ζητουμένου παρὰ τῆς Νύμφης, ἐπεὶ καὶ τῶν προβλημάτων, ποτὲ μὲν τινὰ ζητοῦμεν ἀποροῦντες τῆς λύσεως· ποτὲ δὲ τῆς λύσεως ἀπολαύομεν, τοῦ Νυμφίου Λόγου καταυγάζοντος ἡμῶν τὰς καρδίας· εἶτα πάλιν ἀποροῦμεν ἐν ἑτέροις, καὶ πάλιν ἡμῖν ἐπιφαίνεται· καὶ τοῦτο πολλάκις, μέχρι τελειωθέντες τοῦ Νυμφίου τύχωμεν οὐ μόνον ἐρχομένου πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ μονὴν ποιου- C μένου. Καὶ ἡ Ἐκκλησία ποθεῖ μὲν ἐγκαταλειπομένη τοῖς πειρασμοῖς, ἐπιφαίνεται δὲ αὐτῇ τοῖς χαρίσμασι· διό φησιν· *Ἰδοὺ*, φησὶν, *οὗτος ἥκει πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη*· ἔρχεται δὲ καὶ ἐπὶ τὰ δίκτυα τὰ πεπετασμένα ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πλησίον τῆς Ἐκκλησίας· ἅπερ σχίσας καταφρονητικῶς αὐτῶν ἐπιβαίνειν διδάσκει τῇ ὑπερβάσει Ἐκκλησία πάντα χειμῶνα πειρασμοῦ, τὰ σημεῖα τοῦ ἀέρος δείκνυται, καὶ τὸ ἐγγίζειν τὸ θέρος, περὶ οὗ ἐν Ψαλμοῖς· « Τὸ θέρος καὶ ἔαρ. » Ὤφθη γὰρ αὐτῇ ἄνθη, καὶ ἤγγισεν ἡ παντελὴς κάθαρσις, καιρὸς τῆς τομῆς ὀνομαζομένη.

θ'. *Ὅμοιός ἐστιν ἀδελφιδός μου τῇ δορκάδι ἢ νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη Βαιθήλ.*

Γρηγορίου. — Διὰ τοῦτο σημαίνει τὴν ὀξυωπίαν τοῦ τὸ πᾶν ἐπιβλέποντος· ἀλλὰ νεβρῷ ἐλάφων, διὰ D τὸ φυγαδεύειν τῷ ἄσθματι καὶ τῇ τοῦ χρωτὸς ἰδιότητι, τὴν τῶν ἰοβόλων ἐνέργειαν, ἣν ὄρη καὶ βουνοὺς ἐπωνόμασεν, τήν τε ὑποδεεστέραν καὶ τὴν προάγουσαν· τοῦτο γὰρ ἡ ἐκ τῶν βουνῶν πρὸς τὰ ὄρη διαστολὴ ὑπαινίττεται· ὁμοίως γὰρ καταπατεῖται ὅ τε λέων καὶ ὁ δράκων τὰ ὑπερέχοντα· καὶ ὄφις καὶ σκορπίος τὰ δοκοῦντα καταδεέστερα· καὶ τοὺς μαθητὰς δὲ πρὸς τὴν τῶν ἐλάφων φύσιν καταρτίζειν εἰπών· « Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, » ὡς τῷ ὕψει τῆς ἀρετῆς, ὄρη γενέσθαι Βαιθήλ· ὅπερ ἡ τοῦ ὀνόματος

NOTÆ.

(35) *Patrol. græc.* t. XVII, col. 264.
(36) Hæc in C. B. sub nomine Origenis continuantur.

A ἔμφασις δείκνυσι τὸν ὑψηλὸν καὶ οὐράνιον βίον· ἡ γὰρ λέξις οἶκον σημαίνει Θεοῦ.

Νείλου. — Βαιθὴλ ἐστι, καὶ ἑρμηνεύεται *οἶκος Θεοῦ*· ὄρη δὲ ταύτης οἱ διὰ μέγεθος ἀρετῆς ὄρη χρηματίσαντες· ὡς γὰρ ὑπερανέστηκεν ὕψει καὶ διαφέρει κραταιότητι τῆς λοιπῆς γῆς τὰ ὄρη, οὕτως ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὑπερέχουσιν ἅγιοι τῷ ὑψηλῷ τῆς πολιτείας διεγηγερμένοι· τούτοις οὖν ἐπιδιατρίβοντα τὸν ἀδελφιδὸν ἑαυτῆς ἡ Νύμφη βλέπει, ὁμοιούμενον διὰ μὲν τὴν θεωρητικὴν δύναμιν, καὶ τὸ κριτικὸν εἶναι ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν ἀνθρωπίνων, δορκάδι· διὰ δὲ τὴν πρακτικὴν καὶ τὴν πρὸς τὰς ἐναντίας δυνάμεις ἀντιπάθειαν, νεβρῷ ἐλάφων· ἀναιρετικὴ γὰρ τῶν ἰοβόλων ἑρπετῶν ἡ ἔλαφος· διὰ τί δὲ εἶπε νεβρῷ ἐλάφων καὶ οὐκ ἔλαφον; ὅτι οἱ μὲν πολλοὶ
B τῶν ἀνθρώπων, ἢ πάντες σχεδὸν ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ, εἰ καὶ μὴ τῶν αἰσχρῶν, ἀλλ' οὖν τινων παθῶν ἡττήθησαν· ὀψὲ καὶ μόλις πρεσβυτικὸν ἀναλαβόντες καὶ σώφρονα λογισμόν· ὁ δὲ Κυριακὸς ἄνθρωπος πρὶν ἢ γνῶναι καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, ἠπείθησε πονηρίαν, τὰς νεωτερικὰς ἐπιθυμίας πρεσβυτικῇ καταπατήσας γνώμῃ. τάχα δορκὰς ἦν, ὅτε ὀξεῖ τῷ βλέμματι τὰς ἐνθυμήσεις ἔλεγεν ὁρῶν τῶν ἀνθρώπων· «Ἵνα τί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν πονηρά;» Νεβρὸς δὲ ἐλάφων ὅτε τῷ λεγεῶνι τῶν δαιμόνων ἔλεγεν· «Ἔξελθε ἐκ τοῦ ἀνθρώπου τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον», ὡς ἐκ χηραμῶν τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ἐνδομηχοῦντα, ἀνέλκων τὰ τῶν δαιμόνων συνεσπειραμένα συστήματα.

C *Φίλωνος καὶ Ὠριγένους.* — Ἢ καὶ ὄρη τοὺς προφήτας φησὶν ἀρτίους τῷ φρονήματι, τῶν ἀληθινῶν θεωρητάς, οἶμαι δὲ καὶ τοὺς ἀποστόλους· ἐπεὶ κατὰ γενεὰν ἡ σοφία, εἰς ψυχὰς μεταβαίνει· ὄρη δὲ ἐπειδὴ ἀνίσχοντος ἡλίου, πρῶτα καταλάμπονται· βουνοὺς δὲ τοὺς ἔλαττον χωρήσαντας τὴν τοῦ πνεύματος ἐπιφάνειαν· λέγοις δ' ἂν καὶ ὄρη, τὰ ἐν νόμῳ νοήματα· βουνοὺς δὲ τὰ τῶν λοιπῶν προφητῶν· ἢ καὶ θεωρήσας τὸν ἐν Καινῇ Διαθήκῃ λόγον, βλέπει τὰ ὄρη πηδῶντα, ἐπὶ δὲ τοὺς βουνοὺς διαλλόμενον, τὸν ἐν τῷ παλαιῷ γράμματι· νεβρῷ δὲ ἐλάφων ὁ νυμφίος ἀπείκασται, οὐ μόνον ὡς ἀναλίσκων τοὺς ὄφεις, ἀλλ' ὅτι καὶ παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν· καὶ ὅτι ἐταπείνωσεν ἑαυτόν· ἢ γὰρ ἂν ἔλαφος ὑπῆρχε τελεία.

D *Ἰδοὺ οὗτος ἕστηκεν ὀπίσω τοῦ τοίχου ἡμῶν παρακύπτων διὰ τῶν θυρίδων ἐκκύπτων διὰ τῶν δικτύων.*

Κυρίλλου. — Ἴσως δὲ καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐδήλωσε διὰ τῆς ἁλιευτικῆς τέχνης· ταῦτα τοίνυν ἀκούει τοῦ λόγου ἡ Ἐκκλησία διὰ τῶν προφητικῶν θυρίδων καὶ τῶν νομικῶν δικτύων δεχομένη τὴν τῆς ἀληθείας αὐγήν· ἔτι συνεστῶτος τοῦ τυπικοῦ τῆς διδασκαλίας τοίχου, τοῦ νόμου λέγω, τοῦ τὴν σκιὰν ποιοῦντος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων δεικνύντος· οὗ ὀπίσω στᾶσα ἡ ἀλήθεια ἐχομένη τοῦ τόπου ὕστερον ἐπιλάμπει.

Γρηγορίου. — Κατὰ τὸ ῥητὸν ἔνδον οἰκουρούσῃ

illius declarat nempe cœlestem ac sublimem vitam. Vox enim *Domum Dei* sonat.

Nili. — Bethel est, et interpretatur *domus Dei*: montes vero hujus qui ob magnitudinem virtutis montes appellantur: sicut enim montes altitudine superant et fortitudine antecellunt reliquam terram: sic etiam inter homines excellunt sancti sublimi vitæ ratione excitati: in his igitur conversantem fratruelem suum Sponsa vidit, propter contemplandi quidem et humanas etiam cogitationes discernendi vim capreæ assimilatum: propter agendi vero efficacitatem et contra virtutes adversarias antipathiam hinnulo cervorum; cervus enim venenatos absumit serpentes. At cur ait hinnulo cervorum et non cervo? Quia plurimi quidem homines vel fere omnes in puerili ætate, si non turpibus, attamen aliquibus succubuere passionibus, ac sero et vix senilem ac temperantem assumunt cogitationem. Homo autem Dominicus priusquam nosset vocare patrem vel matrem non paruit malitiæ, juveniles concupiscentias senili mentis sententia conculcans. Fortassis erat caprea quando visus acumine cogitationes hominum cervum dicebat: «Utquid cogitatis mala in cordibus vestris [37]?» Hinnulus vero cervorum quando legioni dæmonum dicebat: «Exi ab homine, spiritus immunde [38],» tanquam e porcinis hominum corporibus nidulantes extrahens simul insertas ipsis dæmonum legiones.

A rens eum qui latebat sub caligine; tunc quidem habebam dilectionem in eum qui desiderabatur; idipsum autem quod diligebatur evolabat ut id apprehendere non possent cogitationes. Quærebam enim ipsum in lecto meo noctu ut nossem quæ sit ejus essentia, unde incipiat, quo desinat, in quonam suam habeat essentiam : sed non inveni. Deinde, Vocavi, inquit, ipsumqui non potest nominari, quoad fieri poterat eum nominans : et non obaudivit me : non enim erat nominis significatio quæ pertingeret usque ad id quod quærebatur. Tum igitur cognovi quod magnificentiæ, gloriæ, sanctitatis ejus non est finis. Unde excitat semetipsam et obit cogitatione super mundanam naturam, quam vocat civitatem, in qua sunt principatus et dominationes, ac potestatibus assignati B throni, et cœlestium conventus, quem significat nomine plateæ. Non inveniens ibi dilectum, apud se cogitabat : Num forte etiam in illis comprehendi potest illud quod a me diligitur ? Cum autem silentio indicassent captum omnem superare, relicto universo quod inveniebatur, vix cognovit quod quærebatur, quasi in eo quod non inveniretur quid esset, cognosceretur. Propterea dicit : Quando paululum pertransii ab omni creatura omnem dimittens comprehensibilem viam ac rationem, inveni fide dilectum, per quam ipsum etiam tenebo, donec fuerit intra meum conclave, sive cor, quod tunc fit capax divinæ ejus habitationis, quando redierit ad illum statum in quo erat ab initio quando fuit effictum ab ea matre quæ concepit, quæ est prima causa nostræ constitutionis.

Νείλου. — Καταστάσεις ἑαυτῆς ἐν αἷς ἐγένετο ἡ Νύμφη διηγεῖται τὸν Λόγον ζητοῦσα καὶ τὴν τελειότητα καὶ τὴν ἐν τελειότητι ἐπομένην· καὶ ταῦτά φησι πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν ὠφέλειαν· διδάσκουσι ὅτι οὐκ ἔστι μετὰ ἀναπαύσεως ζητοῦντα τὸ ποθούμενον εὑρεῖν· ἀσκήσει γὰρ τῶν καλῶν, ῥαστώνη πολέμιον· τὸ γάρ, *Ἐπὶ τὴν κοίτην μου ἐν νυξὶν ἐζήτησα ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου*, τοιοῦτόν ἐστιν, ὡσανεὶ τῆς Νύμφης διηγουμένης ταῖς νεάνισιν, ὅτι ἐνόμισα κοῦφον εἶναι καὶ εὐχερὲς, τὸ κτήσασθαι τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν σοφίαν οἰκειώσασθαι· καὶ ἐζήτουν οὐ μετὰ πόνου, ἀλλ' ἀνειμένως καὶ ῥαθύμως, καὶ τοῖς σωματικοῖς ὡς κλίνῃ ἐπαναπαυομένη· ἐπειδὴ δὲ ἡ ζήτησις αὕτη τῆς καταλήψεως ἠστόχει, μετέβαλον ἐπὶ τὸ ἐργάζεσθαι τὴν ἀρετήν· διὸ εἶπον, *Ἀναστήσομαι δή*, καὶ τὰ λοιπὰ, καταλιποῦσα τὴν κλίνην, ἐπὶ τῷ δι' ἔργων ποιήσασθαι τὴν ζήτησιν· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτό με πρὸς τὴν εὕρεσιν ὡδήγησε. Δέον γὰρ ἐργαζομένης τὰ τῆς ἀρετῆς κρύψαι τὸν πόνον, ἐπιδεικτιῶσα τοῦτον ἐδημοσίευον ἐν πλατείαις, καὶ ἀγοραῖς, τὸν ἀνθρώπων ἔπαινον θηρωμένη. Διὸ οὐδ' οὕτως εὑρεῖν δεδύνημαι· οὐδὲν γὰρ συντελεῖ πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν κτῆσιν πόνος, ὅταν μετὰ φιλοδοξίας γίνηται. Ἀλλ' ὅταν *εὗρον αὐτὴν οἱ φύλακες οἱ τηροῦντες ἐν τῇ πόλει*· οὗτοι δὲ εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα διακονοῦντα τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἤτοι διοικήσει τοῦ βίου ἐφεστῶτα· καὶ ἐρωτηθέντες περὶ τοῦ ἀγαπωμένου, σιωπῇ παρῆλθον αὐτὴν ὡς οὐκ ἀξίαν ἀποκρίσεως· ἐκ τῆς ἀποστροφῆς στοχασαμένη ὡς

C *Nili.* — Status suos in quibus versata fuit Sponsa commemorat Verbum quærens ac perfectionem, et in perfectione mansionem : atque hæc ad reliquorum dicit utilitatem, docens fieri non posse ut in quiete quærens quis desideratum inveniat. Exercitationi enim virtutum inimica desidia. Illud enim : *In lectulo meo in noctibus quæsivi quem dilexit anima mea*, est istius modi ac si Sponsa diceret adolescentulis : existimabam levem esse ac facilem virtutis possessionem et sapientiæ familiaritatem, et quæsivi non cum labore, sed remisse, ac in rebus corporeis tanquam in lecto quiescens. Sed cum quæsitio ista comprehensione aberrasset, conversa sum ad virtutis operationem : quocirca D dixi : *Exsurgam nunc*, etc., relinquens lectum ut per opera instituam inquisitionem : sed nec hoc me ad inventionem adduxit. Decebat enim ea quæ virtutis sunt operantem abscondere laborem ; sed hunc ostentans publicavi in plateis, et in foris, laudem hominum venata. Quare nec sic invenire potui : nihil enim confert ad bonorum possessionem labor cum ostentatione factus. Sed quando *invenerunt eam custodes qui circumierunt in civitate ;* hi autem sunt administratorii spiritus, qui saluti hominum subveniunt, sive gubernationi vitæ præsunt ; et interrogati de dilecto ipsam velut responso indignam silentio pertransierunt, ex hac aversione conjiciens istiusmodi nequaquam illis placere ; opportune cogitavit ne inutilia laboraret, neque virtutis asperi-

tatem sustinens propter quæsitam ab intuentibus A laudem, profectu frustraretur, et sic quæsitum invenit, nullius alterius quam boni ipsius causa bonum operata ac juste quod justum est persequens : unde etiam non multo post, sed statim, se invenisse dicit. Modicum enim ut transivi, requirens inveni quem diligit anima mea. Prædictos enim status transeunti et ad perfectionem grassanti absque mora reperitur Deus, dum quasi lucem cooperantem suscipit veritatem ad ejus quod quæritur comprehensionem. Quod enim est lux oculis, hoc illi veritas. Magnum porro encomium Sponsæ quod in sequentibus dicitur: *Tenui eum*, etc., siquidem postulasse cum labore bonum fortasse multorum, sed constantiam conservare paucorum : multi namque cum pervenerint ad id quod studiose quærebant, vel satietatem ejus suc- B cessu temporis capientes, vel alio studium deflectentes desistunt et paulatim negligentes excidunt ab optimo habitu, plurimum inutilis assumentes laboris. Hæc vero ut laborum experta est bonitatem, non retrocessit, sed æqualem servavit promptitudinem, donec vere familiarem sibi redderet desideratum, usque ad intima penetralia introducens virtutem. Introduxit enim illam non in vestibula, vel atria, sed domus penuarium seu cubile.

αὐτὸν οὐκ ἐν προθύροις ἢ προαυλίοις, ἀλλ' ἐν τῷ

Origenis. — Cum de mysteriis nuptiarum præviis egisset, etc.

Cyrilli. — Mulieres significat quæ venerunt una C Sabbatorum mane diluculo ad monumentum Jesu et non invenerunt eum : quod igitur in lecto vel a lecto ait vel lectum suum Domini monumentum vocat, secundum quod illi consepelimur, sed non reperit ipsum audiens : « Non est hic, surrexit enim [10]; » et invenerunt eam custodes angeli quos etiam interrogat : « Ubi posuistis Dominum? » sed interrogatos transeunti occurrit dicens : Salvete. Propter ea dicit : Quam modicum fuit cum transivi ab ipsis quoadusque inveni. Id est, et inveni et non dimittam eum. Tenuit enim pedes ejus et audivit : « Noli me tangere [11]. » Domum autem matris congregationem apostolorum vocat ad quam abiens, nuntiavit Christi resurrectionem.

VERS. 5. *Adjuravi vos, filiæ Jerusalem, in virtutibus et in viribus agri, si suscitaveritis et exsuscitaveritis charitatem quoadusque velit.* D

Gregorii. — Rursus propter mutuum amorem discipulas quoque animas alloquitur, quas antea comparatione pulchritudinis Sponsæ, quam lilio assimilaverat, spinas omnino appellaverat, et per adjurationem mundi potestatum facit assurgere ad parem modum charitatis ut voluntas Sponsi sit etiam in eis fortis. Reliqua vero in præcedenti sermone declarata sunt.

Nili. — Hoc secundum adjurat filias Jerusalem

οὐκ ἔστιν αὐτῆς εὐάρεστος ὁ τοιοῦτος βίος, ἐλογίσατο δεόντως μὴ ἀνόνητα μοχθεῖν, μηδὲ τὸ τραχὺ τῆς ἀρετῆς ὑπομένουσα, ὑστερίζειν τῆς προκοπῆς διὰ τῶν ὁρώντων ἔπαινον· καὶ οὕτως εὗρε τὸ ζητούμενον· οὐδενὸς ἑτέρου χάριν, ἢ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ τὸ ἀγαθὸν ἐργαζομένη· καὶ δικαίως τὸ δίκαιον διώκουσα· ὅθεν καὶ οὐ μετὰ πολὺ, ἀλλ' εὐθέως εὑρηκέναι λέγει. Μικρὸν γὰρ ὡς παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν, εὗρον ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· τῷ γὰρ παρελθόντι τὰς προειρημένας καταστάσεις, καὶ φθάσαντι ἐπὶ τὴν τελειότητα, ἀνυπερθέτως εὑρίσκεται ὁ Θεός· συνεργὸν ὡς φῶς τὴν κατάληψιν τοῦ ζητουμένου. Ὅπερ γάρ ἐστι φῶς ὀφθαλμοῖς, τοῦτο νῷ ἀλήθεια· μέγα δὲ ἐγκώμιον ἐν τοῖς ἑξῆς εἴρηται τῆς Νύμφης, τὸ, *Ἐκράτησα αὐτὸν*, καὶ ἑξῆς· κτήσασθαι μὲν γὰρ πόνῳ τὸ καλὸν, ἴσως πολλῶν· φυλάξαι δὲ τὴν ἐπιμονὴν, ὀλίγων· οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ ὅταν φθάσωσιν ἐπὶ τὸ σπουδαζόμενον, ἢ πόρον λαβόντες αὐτοῦ τῷ χρόνῳ, ἢ περὶ ἕτερα τὴν προθυμίαν ἀποκλίναντες, ἀφίστανται· καὶ μικρὸν ἀμελήσουσιν, ἐκπίπτουσι τῆς ἀρίστης ἕξεως, πολὺν ἀχρειοῦντες πόνον· αὕτη δὲ καμάτῳ εὑροῦσα τὸ ἀγαθὸν, οὐκ ἐνόστησεν εἰς τὰ ὀπίσω, ἀλλ' ἴσην ἐτήρησε τὴν προθυμίαν, ἕως γνησίως ᾠκειώσατο τὸ ποθούμενον· μέχρι τῶν ἐνδοτάτων ταμιείων εἰσοικίσασα τὴν ἀρετὴν, εἰσήγαγεν ταμιείῳ τοῦ οἴκου.

Ὠριγένους. — Περὶ τῶν πρὸ τοῦ γάμου μυστηρίων εἰπὼν, κ. τ. λ. (45).

Κυρίλλου. — Τὰς γυναῖκας δηλοῖ, τὰς ἐλθούσας μιᾷ Σαββάτων ὄρθρου βαθέως ἐπὶ τὸ μνῆμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ μὴ εὑρούσας αὐτόν· τὸ οὖν ἐπὶ τὴν κοίτην, ἢ ἀπὸ κοίτης φησὶν, ἢ κοίτην ἑαυτῆς τὸ τοῦ Κυρίου μνῆμα καλεῖ, καθὸ συνθαπτόμεθα αὐτῷ· ἀλλ' οὐχ εὗρεν αὐτὸν ἀκούσασα, οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γάρ· καὶ εὗρον αὐτὴν οἱ τηροῦντες ἄγγελοι, οὓς καὶ ἐρωτᾷ, « Ποῦ τεθήκατε τὸν Κύριον; » ἀλλὰ παρελθούσῃ τοὺς ἐρωτηθέντας, ὑπήντησε λέγων, Χαίρετε· διό φησιν, Ὡς μικρὸν παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν ἕως εὗρον· καὶ οὐκ ἀφήσω αὐτόν· ἐκράτησε γὰρ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤκουσε, « Μή μου ἅπτου. » Οἶκον δὲ μητρὸς τὴν συναγωγὴν ἀποστόλων φησὶ, εἰς ἣν ἀπελθοῦσα εὐηγγελίζετο τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀνάστασιν.

ε'. *Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως ἂν θελήσῃ.*

Γρηγορίου. — Πάλιν ὑπὸ φιλαλληλίας, καὶ ταῖς μαθητευομέναις ψυχαῖς διαλέγεται· ἃς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν συγκρίσει τοῦ τῆς Νύμφης κάλλους τοῦ παρεικασθέντος τῷ κρίνῳ, ἀκάνθας ὁ λόγος ὠνόμασεν· καὶ διὰ τοῦ ὅρκου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ δυνάμεων πρὸς τὸ ἴσον τῆς ἀγάπης διανίστησι μέτρον· ὥστε τὸ θέλημα τοῦ Νυμφίου καὶ ἐπ' αὐτὸν ἐνεργὸν γενέσθαι· τὰ δὲ λοιπὰ ἐν τῷ φθάσαντι λόγῳ δεδήλωται.

Νείλου. — Τοῦτο δεύτερον ὁρκίζει τὰς θυγατέρας

[10] Matth. XXVIII, 6. [11] Joan. XX, 17.

NOTÆ.

(45) *Patrol.* t. XVII, col. 268, 269.

Ἱερουσαλὴμ ἡ Νύμφη ἐξεγεῖραι τὴν ἀγάπην πάντως καθεύδουσαν· ἡ δὲ ἔννοια δεδήλωται.

ς'. *Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα ἐκ τῆς ἐρήμου ὡς στελέχη καπνοῦ τεθυμιαμένη; σμύρνα καὶ λίβανος ἀπὸ πάντων κονιορτῶν μυρεψοῦ;*

Γρηγορίου. — Ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν προκοπαῖς οὐ πάντοτε τῷ αὐτῷ παραμένουσι χαρακτῆρι, οἱ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν διὰ τῆς τῶν ὑψηλοτέρων ἐπιθυμίαν μεταμορφούμενοι· ἀλλὰ πρὸς τὸν λόγον τῆς ἀεὶ κατορθωθείσης ἑκάστῳ διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν τελειότητος, ἴδιός τις χαρακτὴρ τῷ βίῳ ἐπιλάμπει, ἄλλος ἐξ ἄλλου γενόμενός τε καὶ φαινόμενος, διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐπαυξήσεως. Διό μοι δοκοῦσι ξενίζεσθαι πρὸς τὸ φαινόμενον οἱ φίλοι τοῦ Νυμφίου· οἱ πρότερον μὲν αὐτὴν ἐγνωκότες καλὴν, ἀλλ' ὡς ἐν γυναιξὶ καλὴν, μετὰ δὲ ταῦτα δι' ὁμοιότητος χρυσίου μετὰ στιγμάτων ἀργυρίου, τὸ κάλλος αὐτῆς ὡραΐζοντες· νυνὶ δὲ μηδὲν τῶν προλαβόντων σημείων περὶ αὐτὴν καθορῶντες, ἀλλὰ τὸ τῶν ὑψηλοτέρων χαρακτηρίζοντες, θαυμάζουσιν, οὐ μόνον τὴν ἄνοδον, ἀλλὰ καὶ ὅθεν ἀνέδραμε· τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ καὶ ἐπίτασιν ποιεῖ τῆς ἐκπλήξεως· ὅπερ μέγιστον τῇ Νύμφῃ ἐγκώμιον, μαρτυροῦν τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον παραλλαγὴν καὶ μετάστασιν· μέλαινα γὰρ ἡμῖν, φησὶν, ἑωρᾶτο πρότερον, αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα ἐκ τῆς ἐρήμου· καὶ πῶς τὴν σκοτεινὴν μορφὴν ἀπεδύσατο; πῶς αὐτῇ χιονώδες ἀπαστράπτει τὸ κάλλος; ἢ ἔρημός ἐστιν ὡς ἔοικεν καὶ αἰτία τούτων, ἡ καθάπερ ἔρνος ἀναθάλλειν αὐτὴν εἰς ὕψος ποιήσασα καὶ πρὸς τὸ τοιοῦτον μεταβάλλουσα κάλλος; ἐξ οἰκείων γὰρ πόνων δι' ἐγκρατείας τε καὶ ἐπιμελείας ἐκτήσατο· τοῦτο γὰρ τὸ ἐκ τῆς ἐρήμου ἀναβαίνειν αὐτήν· οὕτω ποτὲ καὶ ἡ τοῦ προφήτου ψυχὴ διψώδης ἐγένετο τῆς θείας πηγῆς, ἐπειδὴ αὐτῷ ἡ σὰρξ ἄβατός τε καὶ ἔρημος καὶ ἄνυδρος γενομένη, τὸ θεῖον δίψος ἑαυτῷ παρεδέξατο· διὰ πολλῶν τοίνυν ὑποδειγμάτων τὸ κάλλος αὐτῆς ἑρμηνεύουσι· ἐπειδὴ δι' ἑνὸς ἅπαν περιληφθῆναι οὐχ οἷόν τε ἦν· πρῶτον μὲν γὰρ στελέχει τὴν ὥραν αὐτῆς εἰκάζουσι, καὶ οὐδὲ τοῦτο ἑνί· ἀλλὰ διὰ τοῦ πλήθους τὸ πολυειδὲς καὶ ποικίλον, τῶν ἀρετῶν ὑπογράφουσιν· εἶτα καπνὸς ἐκ θυμιαμάτων, εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ κάλλους παραλαμβάνεται· καὶ οὐδὲ οὗτος ἁπλοῦς, ἀλλὰ σμύρνῃ καὶ λιβάνῳ συγκεχραμένος, ὡς μίαν γενέσθαι τῶν ἀτμῶν τὴν χάριν· ὁ τοίνυν μέλλων ἑαυτὸν ἀνατιθέναι τῇ τοῦ Θεοῦ θεραπείᾳ, οὐχ ἄλλος ἔσται λίβανος τοῦ Θεοῦ θυμιώμενος, τοῦτο γὰρ τῇ τοῦ Θεοῦ τιμῇ ἀφιέρωται, εἰ μὴ πρότερον νεκρώσειε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς μέλη· ἡ γὰρ σμύρνα πρὸς τὸν ἐνταφιασμὸν τῶν σωμάτων οἰκείως ἔχει· ὧν γενομένων, πᾶν εἶδος τῶν κατ' ἀρετὴν ἀρωμάτων ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ βίου, καθάπερ θυείᾳ τινὶ λεπτυνθέντων τὸν ἡδὺν ἐκεῖνον κονιορτὸν, ὃν ἀναλαβὼν ἐν τῷ ἄσθματι εὔπνους γίνεται τοῦ μεμυρισμένου πνεύματος πλήρης γενόμενος.

Ὠριγένους. — Καλὴ λίαν ἡ ἀναβαίνουσα, κ. τ. λ. (46).

ut exsuscitent dilectionem omnino dormientem, sensus autem declaratus fuit.

VERS. 6. *Quæ est ista quæ ascendit e deserto, tanquam truncus fumi incensa, myrrha, thus ab omnibus pulveribus unguentarii?*

Gregorii. — In virtutis progressibus non semper eamdem retinent formam qui a claritate in claritatem per subliniorum desideria transformantur, sed pro ratione perfectionis bonorum in quibus se quisque semper exercuit, proprius quidam vitæ illucescit character, alius factus ex alio, et apparens per augmentum bonorum. Quare mihi videntur amici Sponsi tanquam rem novam admirari id quod apparet; qui prius quidem eam cognoverunt pulchram, postea vero auri quoque similitudine cum notis argenti ejus pulchritudinem decorarunt. Nunc autem præcedentium notarum nullam in ipsa intuentes, sed a sublimoribus illam insignientes, mirantur non solum ascensum, sed etiam unde ascenderit. Hoc est enim quod majorem affert stuporem, quod maximum est Sponsæ encomium, testificans ejus in virtute progressum, et id quod melius est mutationem ac transformationem. Quæ enim, inquit, prius videbatur nobis nigra, hæc ascendens de deserto, tenebricosam quodam modo formam exuit et nivea refulget pulchritudine. Num desertum, ut videtur, est causa quod ipsa sicut virgultum assurgat in altum, ipsam in eam mutans pulchritudinem? Ex propriis nempe laboribus per continentiam et diligentiam acquisivit pulchritudinem. Hæc est enim ipsius de deserto ascensio. Ita etiam aliquando Prophetæ anima fuit sitiens divinum fontem [52], postquam caro quæ ei evaserat deserta, et invia, et inaquosa, divinam in se suscepit sitim. Multis igitur exemplis ejus explicant pulchritudinem, quandoquidem uno non poterat universa comprehendi. Nam primum quidem caudicibus seu virgultis ejus assimilant pulchritudinem nec uni solum ex illis, sed per multitudinem ac specierum diversitatem, virtutum varietatem describunt. Deinde fumus ex suffitibus assumitur ad imaginem pulchritudinis, neque hic simplex, sed suffitibus myrrhæ et thuris simul commistis, ut una sit vaporis gratia. Qui ergo se vult Dei dedicare cultui, non aliter erit thus Deo, nisi prius mortificaverit membra quæ sunt super terram. Myrrha enim apta est ad corporum sepulturam: quæ cum facta fuerint, omne genus aromatum ex virtute in vitæ circulo tanquam in aliquo mortario, in subtiles partes comminutorum, suavem illum efficit pulverem quem qui accepit in anhelitu odorus efficitur, plenus spiritu unguenta redolente.

Origenis. — Valde pulchra est anima quæ vita rationeque ascendit, etc.

[52] Psal. XLI, 3.

NOTÆ.

(46) *Patrol.* t. XVII, col. 269.

Nili. — Sponsa stuporem movit intuentibus, quod et a deserto ascenderet et sicut truncus fumi incensa foret, nec aliunde incensa quam a myrrha et thure, ac pulvere unguentario. Hæc autem omnia significant recessum a terrenis negotiis. Anima enim a malo abstinens et a pravis cessans actionibus, atque zizaniorum sementem rejiciens in deserto est. In bonis vero operibus proficiens incipit ascendere de deserto sicut truncus fumi incensa. Quemadmodum enim fumus a terra incipiens caudicatur quidem, sed in aere hæret quasi radice cum flamma lignorum implexam habens: at cum inferne materia defuerit, a terra sejunctus omnino secedit, parti commistus et in semetipsum resolutus; sic anima recedens a terrenis, et si proficiat ad cœlestia, non primo in ista perfecte transit quam omnino integre terrena reliquerit. Porro myrrham et thus esse commistam trunco fumi odorem bonum, corporis mortificationem et ex continentia subactionem declarat, cum quibus proficiens velut unguento accedentes imbuit. Sed et aromatum pulvis prædicationis sensui consentit, nam et hic contactu terræ tritus, extenuatus faciei ipsius supernatat; motus vero pedibus transeuntium sublimis tollitur in altum abiens. Item hæretica quidem anima, cum forte bonum propter aliquid et propter se facit, pulvis est aliquantulum a terra elevatus, et rursum facile in proprium descendit locum, per suum ad inferiora affectum: sin ecclesiastica rectaque fide Deo placendi fine sursum germinans pulvis fit unguentarii, quæ sublimi ratione vivendi bonum dogmatum odorem admistum habeat, potest etiam dogmatice dici de Ecclesia. Siquidem hæc de deserto non habente virum ascendit myrrham et thus spirans, eo quod conjuncta sit Christo, quodque pulvere rerum mundanarum prout par est utatur, ut ex his pulverem conficiat unguentarii et per usum rationabilem id quod pulverulentum est in bonum Christi convertat odorem. Nam qui minime consistentia sed a mundanæ auræ ventis delata bona per eleemosynam reddit pretiosa, terræ pulverem facit pulverem unguentarii, laudabili egenorum usu, quod in iis pulverulentum et dissipabile est, commutans in aromaticum odorem suavem et fere amicum Deo.

A *Νείλου.* — Ἔκπληξιν παρέσχε τοῖς ὁρῶσιν ἡ Νύμφη· ὅτι καὶ ἀπὸ ἐρήμου ἀνέβαινε, καὶ ὡς στελέχη καπνοῦ τεθυμιαμένη, καὶ ὅτι οὐκ ἄλλοθεν τεθυμίασται, ἀλλ' ἀπὸ σμύρνης καὶ λιβάνου, καὶ κονιορτῶν μυρεψοῦ· ταῦτα δὲ πάντα σημαίνει τὴν ἀναχώρησιν τῶν γηΐνων· ἡ γὰρ ἀποσχομένη τῆς κακίας ψυχὴ, καὶ τῶν φαύλων πράξεων ἀργίαν ἄγουσα, καὶ τὸν τῶν ζιζανίων σπορέα ἀρνησαμένη ἐν ἐρήμῳ ἐστὶ, προκόπτουσα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις δὲ, ἄρχεται ἀναβαίνειν ἀπὸ τῆς ἐρήμου ὡς στελέχη καπνοῦ τεθυμιαμένη· ὡς γὰρ ὁ καπνὸς ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς γῆς, στελεχοῦται δὲ ἐπὶ τὸν ἀέρα, ὅμως δέχεται ὡς ῥίζης τῆς συμπεπνιγμένης τοῖς ξύλοις φλογός· ὅταν δὲ ἐκλίπῃ κάτωθεν ἡ ὕλη, διαζευχθεὶς τῆς γῆς, ὅλως ἀναχωρεῖ τῷ ἰδίῳ μέρει συναναμιγνύμενος καὶ B ἀναστοιχειούμενος εἰς ἑαυτόν· οὕτως ἡ τῶν γηΐνων ἀναχωροῦσα ψυχὴ, κἂν προκόπτῃ ἐπὶ τὰ οὐράνια, οὐ πρότερον μεθίσταται τελείως ἐπ' αὐτὰ, πρὶν ὁλοσχερῶς ἐκλίπῃ τὰ γήϊνα· τὸ δὲ σμύρναν καὶ λίβανον εἶναι τὴν συναναμεμιγμένην εὐωδίαν τῇ στελέχῃ τοῦ καπνοῦ, τὴν νέκρωσιν τοῦ σώματος, καὶ τὸν ἐξ ἐγκρατείας ὑποπιασμὸν δηλοῖ· μεθ' ὧν προκόπτουσα ἐμύριζε τοὺς παρατυγχάνοντας· καὶ ὁ κονιορτὸς δὲ τῶν ἀρωμάτων, σύμφωνός ἐστι τῷ τοῦ κηρύγματος νοήματι· καὶ γὰρ οὗτος ἀπὸ τριβῆς τῆς παχείας γῆς, λεπτὸς ἐπιπολάζει τῷ προσώπῳ ταύτης· κινούμενος δὲ τοῖς τῶν ὁδοιπορούντων ποσὶ μετέωρος αἴρεται, πρὸς ὕψος χωρῶν. Ἀλλ' ἐὰν αἱρετικὴ ψυχὴ οὖσα τύχῃ, ἢ τὸ καλὸν διά τι ποιοῦσα καὶ τὸ δι' ἑαυτὸν, C κονιορτός ἐστι γῆς, ὀλίγον ὑψουμένη, καὶ πάλιν εὐχερῶς πρὸς τὸν οἰκεῖον καταφερομένη τόπον, διὰ τὴν πρὸς τὰ κάτω προσπάθειαν· ἐὰν δὲ ἐκκλησιαστικῇ πίστει σκοπῷ τῆς πρὸς τὸ Θεῖον εὐαρεστήσεως τὸ ἄνω φυτὸν ἔχουσα, κονιορτός ἐστι μυρεψοῦ, τῇ ὑψηλῇ πολιτείᾳ τὴν τῶν δογμάτων εὐωδίαν ἀνακεκραμμένην ἔχουσα· δύναται δὲ καὶ δογματικῶς περὶ τῆς Ἐκκλησίας λέγεσθαι· ἀπὸ ἐρήμου γὰρ τῆς μὴ ἐχούσης ἄνδρα, αὕτη ἀνέβη· σμύρναν καὶ λίβανον πνέουσα διὰ τὸ συντετάφθαι Χριστῷ· καὶ διὰ τὸ τὸν κονιορτὸν τῶν κοσμικῶν πραγμάτων τὸ εἰς δέον χρήσασθαι τούτοις, κονιορτὸν ποιῆσαι μυρεψοῦ· καὶ διὰ τὴν εὔλογον χρῆσιν, τὸ κονιορτῶδες μεταβαλεῖν εἰς εὐωδίαν Χριστοῦ· ὁ γὰρ τὰ μὴ ἑστῶτα, ἀλλὰ φερόμενα ὑπὸ τῶν ἀνέμων τῆς κοσμικῆς αὔρας, διὰ D ἐλεημοσύνην ποιῶν τίμια, τὸν κονιορτὸν τῆς γῆς ἐποίησε κονιορτὸν μυρεψοῦ· τῇ εὐλόγῳ χρήσει τῶν δεομένων, τὸ κονιορτῶδες αὐτῶν καὶ ἐσκεδασμένον, μεταβαλὼν εἰς ἀρωματικὴν εὐωδίαν καὶ φίλιον ὄντως Θεοῦ.

Cyrilli. — Myrrha quidem quando consepulta Christo, thus vero quando simul cum ipso resurrexit et divinitatem ejus participavit: et non hisce solis ecclesiastica incensa est anima, verum etiam variis cognitionis contemplationibus; qui enim accurate distinguit, et res etiam obvias minute scrutatur dici possit unguentarius quodammodo esse, cum comminuat et in pulverem odoris suavitatis reducat omnia oracula quæ nunc sponsa dicitur adolevisse. Fortassis vero etiam qui non secundum carnem vivit, sed secundum spiritum, nequaquam corde incrassatus varietatem et omnimodam

Κυρίλλου. — Σμύρνα μὲν, ὅτε συντέθαπται Χριστῷ διὰ τοῦ λιβάνου· λίβανος δὲ, ὅτε συναναστὰς αὐτῷ κεκοινώνηκε τῆς θεότητος αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνοις τούτοις ἡ ἐκκλησιαστικὴ τεθυμίασται ψυχὴ, ἀλλὰ καὶ ποικίλοις γνώσεως θεωρήμασιν· ὁ γὰρ ἄκρως διαιρῶν καὶ μέχρι τοῦ τυχόντος λεπτῶς ἐρευνῶν τὰ πράγματα, λέγοιτ' ἂν μυρεψός πως εἶναι, λεπτύνων καὶ εἰς κόνιν ἄγων πάντα τὰ τῆς εὐωδίας λόγια· ἃ νῦν ἡ Νύμφη λέγεται τεθυμίασται. Τάχα δὲ καὶ ὁ μὴ κατὰ σάρκα βιοὺς, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, μηδαμῶς παχυνθεὶς τὴν καρδίαν τὸ ποικίλον καὶ παντοδαπὸν σύζυγον τῆς εὐωδίας, εὐωδίαν ἀπὸ πάντων

ποιεῖ τῶν νῦν οὕτως ὀνομαζομένων κονιορτὸν μυρεψοῦ. Λέγει δ' ἄν τις καὶ ὡς ἡ ἁγία καὶ ἐκκλησιαστικὴ ψυχὴ, τὸ τέκνον ποτὲ ἐρήμου Θεοῦ, ἀπὸ συναγωγῆς ἐθνῶν ἀναβαίνει ἀπὸ τῆς ἐρήμου· καταλιποῦσα μὲν δόγματα καὶ λόγους καὶ πράξεις, τὰ ἔρημα Θεοῦ· ἀναβαίνουσα ἐπὶ τὰ τοῦ Θεοῦ.

ζ', η'. *Ἰδοὺ ἡ κλίνη Σαλομών· ἑξήκοντα δυνατοὶ κύκλῳ αὐτῆς ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραήλ· πάντες κατέχοντες ῥομφαίαν, δεδιδαγμένοι πόλεμον· ἀνὴρ ῥομφαία αὐτοῦ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ ἀπὸ θάμβους ἐν νυξίν.*

Φίλωνος. — (47) Κλίνην τὸ μνῆμα Χριστοῦ λέγει. Ἑξήκοντα δυνατοὶ, τὸ πλήρωμα τῆς τελειώσεως· οἱ τηροῦντες τὸν τάφον· οἱ καὶ τοῦ σεισμοῦ γενομένου, ἐξεθαμβήθησαν καθ' ἣν ἀνέστη ὁ Χριστὸς νύκτα. Δύο δὲ ῥομφαίας ἔχουσιν οἱ τοῦ Χριστοῦ· τὴν μὲν εἴργουσαν τὰ σπερματικὰ, ἥ τίς ἐστιν ἐπὶ μηρῶν, διὰ τὴν τῆς σωφροσύνης ἐγκράτειαν· τὴν δὲ τὰ ψευδῆ διακόπτουσαν δόγματα· ἡ δὲ ῥομφαία, πρὸς τὸ μὴ θαμβεῖσθαι τὸ σκότος.

Γρηγορίου. — Μετὰ τὴν ἐπὶ τῷ κάλλει μαρτυρίαν, οἱ φίλοι τοῦ Νυμφίου, καὶ παρασκευασταὶ τοῦ ἁγίου θαλάμου, καὶ τῆς καθαρᾶς Νύμφης προμνήστορες, ὑποδεικνύουσιν αὐτῇ τῆς βασιλικῆς κλίνης τὸ κάλλος ὡς μᾶλλον εἰς ἐπιθυμίαν τὴν Νύμφην ἀγάγοιεν, τῆς θείας τε καὶ ἀχράντου μετ' αὐτοῦ συμβιώσεως. Ὅτι μὲν οὖν ἐκ τῆς ἱστορίας ὁ περὶ τῆς κλίνης λόγος οὐκ ἔστιν, εὔδηλον ἐκ τῶν σωματικῶς περὶ τοῦ Σαλομῶντος ἱστορηθέντων, οὗ καὶ τὰ βασίλεια καὶ τὴν τράπεζαν, καὶ τὰ λοιπὰ, ὁ λόγος ὑπέγραψεν ἀκριβῶς· καινὸν γάρ τι καὶ παρηλλαγμένον περὶ τῆς κλίνης οὐδὲν εἶπεν. Ὥστε ἀνάγκη μὴ παραμεῖναι τῷ γράμματι, ἀλλὰ δι' ἀκριβοῦς κατανοήσεως μεταβαλεῖν τὸν λόγον εἰς πνευματικὴν θεωρίαν, τῆς ὑλικῆς ἐμφάσεως τὸν νοῦν ἀποστήσαντες· ἔοικε τὸ θεῖον κάλλος, ἐν τῷ φοβερῷ τὸ ἐράσμιον ἔχειν, ἀπὸ τῶν ἐναντίων τῷ σωματικῷ κάλλει δεικνύμενον. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἐμπαθὴς τῶν σωμάτων ἐπιθυμία τοῖς τῆς σαρκὸς μέλεσιν ἐγκαθημένη, καθάπερ τι σύνταγμα λῃστρικὸν ἐνεδρεύει τὸν νοῦν καὶ αἰχμάλωτον ἄγει, πρὸς τὸ ἑαυτῆς βούλημα συναρπάσασα, διὰ τοῦτο ἀκόλουθόν ἐστιν ἐκ τῶν ἐναντίων τῆς σωματικῆς διαθέσεως τὸν θεῖον ἔρωτα γίνεσθαι· ὥστε εἰ ἐκ ταύτης γίνεται λύσις καὶ ἄνεσις καὶ βλακώδης διάθεσις, ἐκεῖ τὴν ἐπὶ φόβον τε καὶ ἀκατάπληκτον ἀνδρείαν, ὕλην τοῦ θείου ἔρωτος γίνεσθαι· τοῦ γὰρ ἀνδρώδους θυμοῦ τὸν τῆς ἡδονῆς λόγον καταπτοήσαντός τε καὶ φυγαδεύσαντος, οὕτω τὸ καθαρὸν τῆς ψυχῆς ἀναφαίνεται κάλλος, μηδενὶ πάθει σωματικῆς ἐπιθυμίας καταῤῥυπούμενον. Οὐκοῦν ἀναγκαίως ἡ νυμφικὴ τοῦ βασιλέως κλίνη, τοῖς ὁπλίταις ἐν κύκλῳ διαλαμβάνεται· ὧν ἡ τοῦ πολεμεῖν ἐμπειρία, καὶ τὸ πρόχειρον ἔχειν ἐπὶ τοῦ μηροῦ τὴν ῥομφαίαν, θάμβος καὶ ἔκπληξιν ἐμποιεῖ τοῖς σκοτεινοῖς λογισμοῖς, τοῖς ἐν νυξί τε καὶ σκοτομήνῃ τοῖς εὐθέσι τῇ

A odoris servans suavitatem, ex omnibus quæ nunc sunt pulvis nominata facit pulverem unguentarii. Dixerit porro aliquis quomodo sancta et ecclesiastica anima filia quondam desertæ a Deo congregationis gentium, ascendat de deserto, relinquens quidem dogmata et rationes atque opera Deo vacua, ad ea vero quæ Dei sunt ascendens.

VERS. 7, 8. *Ecce lectus Salomonis : sexaginta potentes in circuitu ejus ex potentibus Israel, omnes tenentes gladium, docti bellum; vir gladius ejus super femur ejus a pavore in noctibus.*

Philonis. Lectum vocat Christi monumentum. Sexaginta fortes sunt plenitudo perfectionis, qui custodiunt sepulcrum, qui et terræ motu facto exterriti B fuerunt ea nocte qua Christus resurrexit. Duo autem gladios habent hi qui sunt Christi : unum quidem seminalia arcentem, qui est super femur propter temperantiæ continentiam, alterum vero falsa dogmata resecantem. Gladius autem adest ne tenebras metuant.

Gregorii. — Post datum de pulchritudine testimonium, amici Sponsi et qui parant thalamum impollutum ac puræ Sponsæ pronubi ostendunt ei regalis lecti pulchritudinem, ut Sponsam majori accendant desiderio divinæ et immaculatæ cum eo vitæ consuetudinis. Atque hunc quidem de lecto sermonem non esse ex historia depromptum, patet ex iis quæ corporaliter de Salomone historiæ mandata C sunt, cujus et regalia, et mensam ac reliqua liber Regum accurate descripsit : novi autem et diversi de lecto nihil dixit. Itaque necesse est, non inhærere litteræ, sed per accuratam intelligentiam sermonem hunc ad spiritalem transferre contemplationem, a materiali significatione mentem abducendo; consentaneum est ostendi divinam pulchritudinem in terrore habere quid amabilitatis, ex iis quæ sunt contraria corporeæ pulchritudini. Nam quoniam passionibus obnoxia corporum cupiditas membris carnis insidens, velut quædam prædonum turma menti insidiatur, eam sæpenumero captivam ad suam arripiens voluntatem; propterea est consequens ut divinus amor fiat ex iis quæ sunt contraria corporali cupiditati. Quo fit ut si hujus dux D fuerit dissolutio, mollisque et enervata diffusio, illic vehemens et quæ perturbari non potest animi magnitudo sit materia divini amoris; cum enim ira fortis ac virilis insidiantis voluptatis turmas perterruerit, et in fugam verterit, tum apparet pura animæ pulchritudo, nullo motu maculata corporalis cupiditatis. Necessario igitur, nuptialis legis lectus ab armatis circumdatur, quorum belli peritia, eo quod super femur paratum habeant ensem, terrorem affert et stuporem tenebrosis cogitationibus, et iis qui in obscuro insidiantur, et sagittis appetunt rectos corde. Quod enim obscenas voluptates

NOTÆ.

(47) Κλίνην-λέγει, in C. B. Cyrillo tribuuntur; quæ autem sequuntur ab ἑξήκοντα ad τὸ σκότος, sancto Gregorio.

d:l···t et perimat, eorum qui lectum ambiunt ar- A matura perspicuum fuerit, et ejus quod est in contextu descriptione, *omnes enim periti pugnæ : vir gladius ejus super femur ejus.* Revera enim peritorum est ubi reluctari oportet carni et sanguini, tanquam femori ensem habere accommodatum. Qui ergo temperantiæ gladio accinctus est, hic incorrupto lecto amabilis exsistit, unus ex fortibus Israel, et dignus qui referatur in catalogum sexaginta. Cum autem Israel fiat omnis qui servatur, tanquam mens Deum intelligens; qui enim Deum vident proprie hanc habent denominationem. Proprium est autem istiusmodi nullo sensu aspicere ad peccatum. Ea de causa fit unus lectus regis quidquid servatur. Cum enim sint duodecim tribus Israel, uno quidem de qualibet parte plenitudinis optimatum sumpto, in B quinque autem armatos pro numero sensuum hoc uno diviso, duodecim tribus Israel faciunt sexaginta, qui sint una acies, et unus exercitus et unus lectus, id est una Ecclesia et populus unus, et una Sponsa, fient omnes sub uno tribuno militum, et concionatore et Sponso compacti et concinnati in unam corporis conjunctionem, in femoribus ense accincti, sive unicuique sensui accommodatum sibi gladium ad percellendas contrarias cogitationes protendentes. Tot itaque divinam in sensibus induti panopliam cingunt lectum regis, proprium nempe cor in quo Sponsus requiescit : per lectum enim requiem designat, quam tamquam armati custodiunt sine passione et cum puritate, sic ut dæmo- C nas in tenebris ac noctibus insidiantes exterreant. Lectus porro aliter est notitia Dei, in qua quiescit is qui ad ipsum accedit.

A καρδίᾳ λαχῶσι καὶ τοξεύουσιν· ὅτι γὰρ ἀνδιρετικὴ τῶν ῥυπαρῶν ἡδονῶν λογισμῶν ἐστιν, ἡ τῶν περιεστοιχισμένων τῇ κλίνῃ ἐξόπλισις, δῆλον ἂν γένοιτο διὰ τῆς ὑπογραφῆς τοῦ λόγου· *Πάντες γὰρ δεδιδαγμένοι πόλεμον, ἀνὴρ καὶ ἡ ῥομφαία αὐτοῦ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ.* Ἀληθῶς γὰρ εἰδότων ἐστὶν, ὅπως ἀντιστρατεύεσθαι χρὴ τῇ σαρκί τε καὶ τῷ αἵματι· ἐν τῷ τὴν ῥομφαίαν τῷ μηρῷ ἔχειν ἐφηρμοσμένην. Ὁ τοίνυν τῇ τῆς σωφροσύνης ῥομφαίᾳ διεζωσμένος, οὗτός ἐστιν ὁ τῇ ἀφθάρτῳ κλίνῃ ἐράσμιος, εἷς τῶν δυνατῶν Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ λόγου τῶν ἑξήκοντα ἄξιος. Ἐπειδὴ δὲ Ἰσραὴλ γίνεται ἅπας ὁ σωζόμενος, ἤτοι νοῦς ὁρῶν τὸν Θεόν· ὅσοι γὰρ βλέπουσι τὸν Θεὸν ἐκ τῆς ἐνεργείας, κυρίως τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ κατονομάζονται. Ἴδιον δὲ τοῦ τοιούτου, B τὸ μηδενὶ τῶν αἰσθητηρίων πρὸς ἁμαρτίαν βλέπειν· τούτου χάριν μία κλίνη λέγεται γίνεσθαι τοῦ βασιλέως πᾶν τὸ σωζόμενον· δώδεκα γὰρ τῶν τοῦ Ἰσραὴλ φυλῶν ὄντων, ἑνὸς μὲν ἀφ' ἑκάστου μέρους λαμβανομένου τοῦ τῶν ἀριστερῶν πληρώματος· εἰς πέντε δὲ ὁπλίτας κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν αἰσθήσεων, τοῦ ἑνὸς τούτου μεριζομένου, αἱ δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ ποιοῦσιν ἑξήκοντα· οἵτινες μία παράταξις, καὶ στρατὸς εἷς· καὶ μία κλίνη, τουτέστιν Ἐκκλησία μία, καὶ λαὸς, καὶ Νύμφη μία οἱ πάντες γενήσονται, ὑφ' ἑνὶ ταξιάρχῃ καὶ ἐκκλησιαστῇ καὶ Νυμφίῳ πρὸς ἑνὸς σώματος κοινωνίαν προσαρμοζόμενοι, διὰ τῶν μηρῶν τὴν ῥομφαίαν προβαλλόμενοι· εἴτ' οὖν ἑκάστῃ αἰσθήσει τὴν πρόσφορον ἑαυτῇ ῥομφαίαν εἰς C κατάπληξιν τῶν ἐναντίων λογισμῶν προβαλλόμενοι. Τοσοῦτοι τοίνυν οἱ τὴν θείαν ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν ἐνδυσάμενοι πανοπλίαν, κυκλοῦντες τοῦ βασιλέως τὴν ἰδίαν δηλονότι καρδίαν, ἐν ᾗ ἀναπαύεται ὁ Νυμφίος· διὰ γὰρ τῆς κλίνης τὴν ἀνάπαυσιν δηλοῖ, ἣν ὁπλῖται φυλάττουσιν ἐν ἀπαθείᾳ καὶ καθαρότητι· ὡς ἐκθαμβεῖν τοὺς ἐν σκότῳ καὶ νυξὶν ἐπηρεάζοντας δαίμονας· κλίνη δὲ ἄλλως ἐπίγνωσις Θεοῦ, δι' ἧς ἐπαναπαύεται τοῖς πρὸς αὐτὸν ἐγγίζουσι.

Nili. — Lectum dixit corpus Dominicum, sexaginta vero fortes, sive quis angelicas dicat virtutes in circuitu hominis Dominici, juxta illud : « Accesserunt et ministrabant illi [83]. » Et : « Angelis mandatum est de te [84]; » sive animas sanctorum, eo quod doctæ sint ad prælium adversus inimicum, sic nominatas, non aberraverit a congruo ; qui et gladium super femur habent, nam et qui agendi facultatem oratione ornant, et passiones ratione D mortificant, jure merito regem cingunt. Sexaginta porro numero appellantur perfecti per omnia effecti qui et constanter ac fortiter vixerunt. Cubus enim et quadratus numerus sexaginta, æqualis omnibus suis undique partibus et inconcussus, ex quatuor quindenis, et sex decadibus, et duodecim quinariis et viginti triadibus constans; atque ex his suam habens firmitatem ac densitatem. Ideo enim qui tales sunt etiam ex fortibus Israel electi sunt tamquam fortibus fortiores. Fortassis vero etiam qui nunc Ecclesiam defendunt et verbo et operibus, pro corpore Christi decertantes in circuitu

Νείλου. — Κλίνην εἴρηκε τὸ Κυριακὸν σῶμα· ἑξήκοντα δὲ δυνατοὺς, εἴτε τις τὰς ἁγίας ἐρεῖ δυνάμεις κύκλῳ τοῦ Κυριακοῦ ἀνθρώπου, κατὰ τὸ, « Προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ· » καὶ, « Τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ· » εἴτε τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς τὰς διὰ τὸ δεδιδάχθαι τὸν πόλεμον τὸν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ οὕτως ὠνομασμένας, οὐχ ἁμάρτῃ τοῦ προσήκοντος· οἵτινες ῥομφαίαν ἐπὶ τοῦ μηροῦ κατέχουσιν· οἱ γὰρ καὶ τὸ πρακτικὸν λόγῳ κοσμήσαντες, καὶ τὸ παθητικὸν λόγῳ νεκρώσαντες, εὐλόγως κυκλοῦσι τὸν βασιλέα. Τῷ ἑξήκοντα δὲ προσαγορεύονται ἀριθμῷ, τέλειοι κατὰ πάντα γεγενημένοι, καὶ βεβηκότες ἑδραίως καὶ παγίως· κύβος γὰρ καὶ τετράγωνος ἀριθμὸς, ὁ ἑξήκοντα, ἴσος πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ πάντοθεν μέρεσι· καὶ ἀσάλευτος, ἐκ τέσσαρων πέντε καὶ δεκάδων, καὶ ἓξ καὶ δεκάδων, καὶ πεντάδων δὲ καὶ δύο, καὶ τριάδων εἴκοσι συνεστὼς, καὶ τούτων ἔχων τὸ εἰρημένον πάγιον. Διὰ τοῦτο γὰρ ὄντες τοιοῦτοι καὶ ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραὴλ ἐξελέγησαν ὡς δυνατῶν δυνατώτεροι· τάχα δὲ καὶ οἱ νῦν προασπίζοντες τῆς Ἐκκλησίας, καὶ λόγῳ καὶ πράξεσιν

[83] Matth. IV, 21. [84] Psal. XC, 21.

ὑπερμαχοῦντες τοῦ σώματος Χριστοῦ, κύκλῳ εἰσὶ A τῆς κλίνης τοῦ Σαλομών· διὰ μὲν τοῦ ἀνθίστασθαι τῷ λόγῳ τοῖς αἱρετικοῖς, ἐν τῇ χειρὶ κατέχοντες ῥομφαίαν· διὰ δὲ τοῦ σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς βιοῦν, ἐπὶ μηροῦ τὴν ῥομφαίαν φοροῦντες διὰ τοὺς νυκτερινοὺς φόβους· *Ἀνὴρ γάρ*, φησὶ, *ῥομφαία αὐτοῦ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ ἀπὸ θάμβους ἐν νυξίν*· οὐ μόνον γὰρ τοὺς φανεροὺς ἐχθροὺς ἔβαλλον τοῖς τῆς ἀληθείας ἐλέγχοις, ἀλλὰ καὶ τὰς λαθραίους δεδοικότες ἐπηρείας, διὰ τοὺς ἐν σκοτομήνῃ τοξεύοντας, καὶ ἐν νυκτὶ ἔμενον ὁπλοφοροῦντες, τὰς ἐφεδρείας τῶν ἐπιβούλων ὑφορώμενοι.

θ', ι'. *Φορεῖον ἐποίησεν ἑαυτῷ ὁ βασιλεὺς Σαλομὼν, ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου· στύλους αὐτοῦ ἐποίησεν ἀργύριον, καὶ ἀνάκλιτον αὐτοῦ χρυσίον· ἐπίβασις αὐτοῦ πορφύρα, ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον· ἀγάπην ἀπὸ θυγατέρων Ἱερουσαλήμ.* B

Θεοφίλου. — Ξύλον τοῦ Λιβάνου, Ῥοὺθ ἡ Μωαβῖτις, ἐξ οὗ Ἰεσσαί· φορεῖον τοίνυν ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ Κυριακόν.

Γρηγορίου. — Ὅτι μὲν οὖν ἐν πολλοῖς Σαλομὼν, εἰς τύπον τοῦ ἀληθινοῦ βασιλέως παραλαμβάνεται, δῆλον καὶ τὸ περὶ τοῦ Κυρίου μυστήριον ἐν ἐκείνῳ τῷ προσώπῳ διαγράφεται· διὰ τῆς τοῦ φορείου τοίνυν κατασκευῆς, ἡ περὶ ἡμῶν οἰκονομία τοῦ Κυρίου διασημαίνεται· πολυτρόπως γὰρ ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἀξίοις ἑαυτοῦ γίνεται· καθὼς ἂν ἕκαστος ἔχῃ δυνάμεώς τε καὶ ἀξίας, οὕτως ἐν ἑκάστῳ γινόμενος· ἡ ἵππος εὐήνιος δεχόμενος ἐφ' ἑαυτοῦ τὸν ἀγαθὸν ἀναβάτην· οὕτως οὖν καὶ ὁ τὸν Θεὸν ἑαυτῷ φέρων, φορεῖον ἂν εἰκότως τοῦ εἰρηνικοῦ βασιλέως ὀνομάζοιτο· C Πολλαχοῦ δὲ πάλιν ὁ Λίβανος ἐν τῇ Γραφῇ τὴν ἀντικειμένην ἐνδείκνυται δύναμιν· ὡς ἐν τῷ, *Συντρίψει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, καὶ λεπτυνεῖ αὐτὰς*, καὶ τὰ ἑξῆς. Δηλοῦντος τοῦ λόγου, ὅτι οὐ μόνον τὰ ἐκφυέντα παρὰ τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως κακὰ, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ὄρος, ἡ πρώτη τοῦ κακοῦ ῥίζα, τὸ ὑποτρέφον τῶν τοιούτων κέδρων τὴν ὕλην εἰς τὸ μὴ ὂν περιστήσεται. Οὐκοῦν ἡμεῖς ἦμέν ποτε τοῦ Λιβάνου ξύλα, ἕως ἂν ἐκείνῳ ἦμεν ἐριζωμένοι, διά τε τοῦ πονηροῦ βίου καὶ τῆς τῶν εἰδώλων ἀπάτης· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖθεν ὑπὸ τῆς λογικῆς ἀξίνης ἐτμήθημεν, καὶ ἐν ταῖς τοῦ τεχνίτου χερσὶν ἐγενόμεθα, φορεῖον ἡμᾶς ἑαυτοῦ ἐποίησε, μεταστοιχειώσας τοῦ ξύλου τὴν φύσιν, διὰ τῆς παλιγγενεσίας εἰς ἀργύριον D καὶ χρυσίον, καὶ εἰς εὐανθῆ πορφύραν, καὶ εἰς τὰς τῶν χαρισμάτων διανομάς· *Ὧ μὲν γὰρ δίδοται*, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, *λόγος σοφίας, ἄλλῳ χαρίσματα προφητείας*, ἄλλῳ δὲ ἄλλο τι τῶν ἐνεργημάτων, πρὸς ὃ πέφυκέ τε καὶ δύναται ἕκαστος τὴν χάριν δέξασθαι· ἡ ὀφθαλμὸς τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας γενόμενος, ἢ εἰς χεῖρας τασσόμενος, ἢ ἀντὶ ποδὸς ὑποστηρίζων· οὕτω καὶ ἐν τῇ τοῦ φορείου κατασκευῇ, ὁ μέν τις στύλος, ὁ δὲ ἐπίβασις γίνεται, ἕτερος τὸ πρὸς τῇ κεφαλῇ μέρος, ὃ ἀνάκλιτον φησίν. Εἰσὶ τοίνυν ἀργύριον μὲν, οἱ στύλοι τοῦ φορείου· αἱ δὲ τούτων βάσεις, πορφύρα· ἐκ χρυσίου δὲ τὸ ἀνάκλιτον,

A sunt lecti Salomonis. Quia verbo quidem hæreticis resistunt in manu gladios habentes : at quia temperanter ac continenter vivunt super femur gladium ferentes contra timores nocturnos. *Vir* enim, inquit, *gladius ejus super femur ejus a pavore in noctibus.* Non solum enim manifestos inimicos ejecerunt argumentis veritatis, verum etiam clandestinos insultus cum metuerent, propter eos qui sagittas ejaculantur nocte illuni, etiam in nocte manserunt armis induti, insidiantium insultus suspicantes.

VERS. 9, 10. *Ferculum fecit sibi rex Salomon ex lignis Libani. Columnas ejus fecit argentum et reclinatorium ejus aureum ; ascensus ejus purpura, intimum ejus lapidibus stratum, charitatem a filiabus Jerusalem.* B

Theophili. — Lignum Libani est Ruth Moabitis quæ peperit Jobed et Jesse. Ferculum igitur est corpus Dominicum.

Gregorii. — In multis quidem regem Salomonem in typum veri regis assumi manifestum est, ac Domini mysterium in ipsius persona describi. Per ferculi igitur constructionem de nobis Domini dispensatio significatur ; multis enim modis est Deus in eis qui sunt se digni, prout fiet uniuscujusque facultas et dignitas, sic in unoquoque exsistens. Fit enim aliquis quidem locus Dei, alius vero domus, alius autem sedes, et alius scabellum. Est etiam C aliquis qui effectus sit currus, vel equus qui habenis facile regitur, suscipiens bonum suum sessorem. Sic igitur etiam qui Deum in seipso fert, jure merito ferculum pacifici regis nominetur. Multis rursum locis Libanus in Scriptura indicat adversariam potestatem ut in isto : « Conteret Dominus cedros Libani et comminuet eas [55], etc. » Per Libanum significante sermone, quod non solum mala quæ orta sunt ex adversaria potestate, sed etiam ipse mons prima mali radix qui clam fovet ejusmodi cedrorum sylvam ad nihilum redigetur. Nos igitur fuimus aliquando ligna Libani, dum in illo radices ageremus per malam vitam et per fraudem dæmonum : sed postquam illinc per rationalem securim excisi sumus et fuimus in manibus artificis, is nos suum fecit ferculum, transmutata ligni D natura per regenerationem in argentum et aurum, et florentem purpuram, et in splendores gemmarum, nimirum in distributiones gratiarum. Nam *alii quidem*, secundum Apostolum, *datur sermo sapientiæ, alii donum prophetiæ* [56] ; alii vero aliqua alia operationum , prout est unusquisque aptus natura et potest suscipere gratiam ; vel oculus corporis Ecclesiæ factus, vel manuum tenens locum, vel loco pedis fulciens ac stabiliens. Ita etiam in ferculi constructione alius quidem est columna, alius vero ascensus, alius vero est ea pars quæ est ad caput, quod vocavit reclinatorium,

[55] Psal. XXVIII, 5, 6. [56] II Cor. XII, 8.

in quo caput suum Sponsus, reclinat : gemmis autem et lapidibus pretiosis variatur quidquid est intus. Itaque columnæ quidem intelligendæ pro Ecclesiæ columnis, quibus plane purum et igne examinatum argentum est eloquium regni ad sublimem evehens vitæ rationem. Præcipuum enim regni indicium censetur esse purpura : principatum autem obtinens facultas in qua caput suum reclinet is qui construxit ferculum, est purorum dogmatum aurum. Quæcunque autem latent et non apparent decorantur pura gemmarum conscientia, quibus omnibus constat charitas filiarum Jerusalem. Si quis autem velit ferculum quidem dicere universam Ecclesiam, dividat autem ex differentiis operationum in personas aliquas partes ferculi, sic quoque est facillimum unicuique ordini eorum qui sunt in Ecclesia adaptare partes ferculi : « Posuit enim Deus in Ecclesia primum apostolos, secundum prophetas [57], etc. » Ita ut per hæc nomina quæ ad opificium ferculi pertinent, sacerdotes ac doctores intelligantur, et venerandam esse virginitatem quæ in ferculo virtutum, puritate tanquam radiis quibusdam pretiosorum lapidum coruscet : ac per vitæ puritatem supernæ Jerusalem filias ostendi, in quibus Dei charitas operatur.

Nili. — Ferculum est gestamen sedi simile quod excipit sedentem : hoc autem fortasse Paulus est « vas electionis [58]. » Etenim thronum ipsum vocat sapientia alibi dicens : « Aderam cum secerneret suam sedem super ventos [59]. » Super ventos autem secretus fuit per multitudinem tentationum ac periculorum, et quia ferebat semper ac referebat, vel etiam quia levibus pedibus percurrebat universum orbem studio prædicationis. Ferculum igitur hic est; mentem quidem habens aureum reclinatorium in quo Sponsus requiescit, sermonem vero columnas argenti. Verbo enim apostolico firmatur ecclesiastica prædicatio. Columnæ igitur sunt sermones propter firmitatem et immutabilitatem; argentum vero propter probationem et indeficientiam Apostoli. Quin et ascensus huic est purpura : nam qui per ejus sermones incedunt ad regnum cœlorum perveniunt, præ dignitate quasi purpurati incedentes, ac cum Paulo dicentes : « Nostra autem conversatio in cœlis est [60]. » Et intimum ejus lapidibus constratum, est pretiosa virtutum et æqualis in arcano cordis affectio, quas, quandoquidem fundamentum est Christus, tamquam lapides pretiosos huic superædificat : quando vero est gressus, hunc ferculi pavimento varium et floridissimum regiis pedibus præparat ascensum et secundum apostolicam traditionem viventibus facilem et planum profectum operatur. Vel etiam ineffabilem et obscurum designat. Nam ejus qui sibi placeat vitæ institutum absconditum esse cupit. Unde etiam per hoc quod

A ἐν ᾧ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κλίνει ὁ Νυμφίος· τοῖς δὲ τιμίοις λίθοις τὸ ἔνδον ἅπαν καταπεποίκιλται. Οὐκοῦν στύλους μὲν νοητέον, τῆς Ἐκκλησίας τοὺς στύλους· οἷς ἀκριβῶς ἀργύριον καθαρὸν καὶ πεπυρωμένον ὁ λόγος ἐστὶν ὁ τῆς βασιλείας, ἐν τῷ ὑψηλῷ τῆς πολιτείας ἐπιβεβηκώς. Ἐξαίρετον γὰρ γνώρισμα τῆς βασιλείας ἡ πορφύρα νομίζεται· τὸ δὲ ἡγεμονικὸν αὐτῶν ἐν ᾧ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κλίνει ὁ τὸ φορεῖον κατασκευάσας, τὸ τῶν καθαρῶν δογμάτων χρυσίον ἐστίν· ὅσα δὲ ἀφανῆ τε καὶ κρύφια τῇ καθαρᾷ συνειδήσει τῶν τιμίων λίθων ἐνωραΐζεται· δι' ὧν ἁπάντων, ἀγάπη ἀπὸ τῶν θυγατέρων Ἱερουσαλὴμ συνίσταται. Εἰ δὲ βούλοιτό τις, φορεῖον μὲν πᾶσαν λέγει τὴν Ἐκκλησίαν, καταμερίζει δὲ καὶ τὰς τῶν ἐνεργειῶν διαφορὰς εἰς πρόσωπά τινα τοῦ φορείου τὰ B μέλη, πολλὴν καὶ οὕτως εὐκολίαν ὁ λόγος ἔχει, ἑκάστῳ τάγματι τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν τεταγμένων, ἐφαρμόσαι τοῦ φορείου τὰ μέρη· « Ἔθετο γὰρ ὁ Θεὸς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, » καὶ τὰ ἑξῆς· ὡς διὰ τῶν ὀνομάτων τούτων, τῶν πρὸς τὴν τοῦ φορείου κατασκευὴν συντελούντων, ἱερέας νοεῖσθαι, καὶ διδασκάλους, καὶ τὴν σεμνὴν παρθενίαν, τὴν ἐντὸς τοῦ φορείου τῇ καθαρότητι τῶν αὐγῶν, οἷόν τισι λίθων αὐγαῖς ἐναστράπτουσαν· καὶ διὰ τῆς τοῦ βίου καθαρότητος τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ θυγατέρας δείκνυσθαι, ἐν αἷς ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγάπη ἐνεργὸς γίνεται.

Νείλου. — Τὸ φορεῖον, σκεῦος θρόνῳ παραπλήσιον δεχόμενον τὸν καθεζόμενον· τοῦτο δὲ τάχα ὁ C Παῦλός ἐστι τὸ, « Σκεῦος τῆς ἐκλογῆς. » Καὶ γὰρ θρόνον αὐτὸν καλεῖ ἡ σοφία λέγουσα ἀλλαχοῦ· « Συμπαρήμην ἡνίκα ἀφώριζε τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων· » ἐπ' ἀνέμων δὲ ἀφωρίσθη, διὰ τὸ πλῆθος τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν περιστάσεων· ἢ καὶ διὰ τὸ κούφοις ποσὶ περιδραμεῖν τὴν οἰκουμένην τῇ σπουδῇ τοῦ κηρύγματος. Φορεῖον οὖν ἐστιν οὗτος, τὸν μὲν νοῦν ἔχων ἀνάκλιτον χρύσεον, ἐφ' οὗ ἀναπαύεται ὁ Νυμφίος· τὸν δὲ λόγον στύλους ἀργυρίου· τῷ γὰρ ἀποστολικῷ λόγῳ στηρίζεται τὸ κήρυγμα τὸ ἐκκλησιαστικόν. Στύλοι οὖν οἱ λόγοι, διὰ τὸ ἑδραῖον καὶ ἀμετάθετον· ἀργύριον δὲ διὰ τὸ δόκιμον καὶ ἀνεπίληπτον τοῦ Ἀποστόλου· καὶ ἡ ἐπίβασις δὲ τούτων ἐστὶ πορφύρα· οἱ γὰρ διὰ τῶν τούτου λόγων ὁδεύοντες εἰς βασιλείαν φθάνουσιν οὐρανῶν, τῷ ἀξιώματι D ἐπιβαίνοντες ὡς πορφύρα, καὶ λέγοντες μετὰ τοῦ Παύλου, « Ἡμῶν δὲ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανῷ ὑπάρχει· » καὶ τὸ ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον, ἡ τιμία τῶν ἀρετῶν καὶ καλὴ ἐν ἀπορρήτῳ διάθεσις· ἃς ὅταν μὲν θεμέλιός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὡς λίθους τιμίους τούτῳ ἐποικοδομεῖ· ὅταν δὲ βάσις τῷ τοῦ φορείου ἐδάφει ψηφολογῇ, ποικίλην καὶ εὐανθεστάτην τοῖς βασιλικοῖς ποσὶ κατασκευάζει τὴν ἐπίβασιν· καὶ τοῖς πολιτευομένοις κατὰ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν, εὐμαρῆ καὶ λείαν τὴν προκοπὴν ἐργαζόμενος· ἢ τάχα καὶ τὸ ἀνεπίφαντον καὶ ἀτράγῳδον δηλοῖ· τὴν γὰρ τοῦ ἐναρέτου πολιτείαν κρυφαίαν εἶναι βούλεται· ὅθεν καὶ διὰ τοῦ *ἐντὸς* εἰπεῖν, τὸ ἀδημοσίευ-

[57] II Cor. xxi, 20. [58] Act. ix, 15. [59] Prov. viii, 27. [60] Philipp. iii, 20.

τον ἐδήλωσε τῆς ἀρετῆς· καὶ ἀγάπην δὲ συγκατασκευάσθαι φησὶ τῇ τοῦ φορείου κατασκευῇ· χωρὶς γὰρ ταύτης οὐδὲν τῶν λοιπῶν ἀρετῶν ὄφελος. Ἀπὸ ξύλων δὲ τοῦ Λιβάνου ἐστὶ τὸ φορεῖον ἐκ τῶν κατὰ σάρκα συγγενῶν αὐτοῦ Ἰσραηλιτῶν· τούτους γὰρ ὁ Λίβανος σημαίνει.

Φορεῖον (48) Σαλομὼν, οἱ ἅγιοι ἐν οἷς Χριστὸς ἀναπαύεται· ξύλα δὲ Λιβάνου οἱ ἀπὸ Ἰσραὴλ τροπικῶς. Ἀλλ' ὅταν μὲν, « Συντρίβει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου καὶ λεπτύνει αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον, » περὶ τῶν μὴ τηρησάντων λέγει τὴν θεοσέβειαν ἐν ᾗ κατεφυτεύθησαν· περὶ ὧν καὶ Ἡσαΐας· « Ὁ δὲ Λίβανος σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται· » ὅταν δὲ διὰ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν λέγει τῷ Χειρὰμ ὁ Σαλομὼν, « Καὶ νῦν ἔντειλαι, καὶ κοψάτωσάν μοι ξύλα τοῦ Λιβάνου, » περὶ τῶν ἀναφερομένων ὁ λόγος ἐπὶ τὴν πνευματικὴν ἐκ λίθων ζώντων οἰκοδομὴν, τοῖς ζῶσι λίθοις ἀναλογούντων ξύλων· ὡς δὲ λόγῳ κεκοσμημένοι ἀργύριον λέγονται. Εἰσὶ δὲ καὶ ἀνάκλιτον τοῦ ἀναπαυομένου λόγου, καὶ ἔχοντος ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι· τὸ δὲ χρυσίον ὁ νοῦς. Ὁπηνίκα δὲ τυχὸν ὁ Παῦλος ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς περιστάσεσι καμάτων μὴ νικηθῇ, οἱονεί τινι βαφῇ ἑαυτῷ πορίζεται νηχόμενος· πρέπουσαν πορφύραν τῷ ἐν αὐτῷ βασιλεῖ λόγῳ ἐντρυφῶντι τῇ τῶν ἀποστόλων περὶ τὰς περιστάσεις ὑπομονῇ· τὸ δὲ ἐν τοῖς τοῦ φορείου λιθόστρωτον ἔστρωται, ἐξ ὧν ἕκαστος ἑαυτῷ συνάγει λίθων τιμίων ἐποικοδομῶν χρυσὸν ἄργυρον καὶ λίθους τιμίους.

Κυρίλλου. — Ἡ πνευματικὴ δὲ συνάφεια νοείσθω χρυσίον, ἡ τιμία καὶ θεία· καὶ τὴν κατὰ τὴν ἔρημον γὰρ κιβωτὸν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, χρυσίον ὑπείληφεν εἰς ἐμφάνειαν τῆς θείας ἑνώσεως· ἐπιβαίνει δὲ πορφύρα τῷ πλήθει τῶν εἰς βασιλείαν κληθέντων. Ἐπ' ἂν δέ τις πιστεύσῃ, δέχεται τῇ καρδίᾳ Χριστὸν, ὅς ἐστι τίμιος μαργαρίτης· ἀλλὰ καὶ τὸ φορεῖόν φησιν ἐκ τῶν θυγατέρων πεποίηται τῆς Ἱερουσαλὴμ διὰ μόνην ἀγάπην· οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν μονογενῆ αὐτοῦ ἀπέστειλεν Υἱὸν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

ια'. *Ἐξέλθετε καὶ ἴδετε, θυγατέρες Σιὼν, ἐν τῷ βασιλεῖ Σαλομὼν, ἐν τῷ στεφάνῳ ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ νυμφεύσεως αὐτοῦ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ.*

Κυρίλλου. — Ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, φησὶ τὸ, Ἐξέλθετε καὶ ἴδετε· ἡμέραν δὲ νυμφεύσεως, τὴν ἡμέραν τοῦ πάθους καλεῖ· καθ' ἣν ἐνυμφεύσατο τὴν Ἐκκλησίαν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ.

Φίλωνος. — Ἐξέλθετε, φησὶ, τῆς κακίας τοῦ νόμου· ἴδετε Χριστὸν καὶ τὸν ἐξ ἀκανθῶν στέφανον ὃν ἐπέθηκεν αὐτῷ ἡ Συναγωγὴ, ἐξ ἧς τὸ κατὰ σάρκα

A dixit *intimum*, virtutem minime in vulgus publicandam esse significavit. Quin et charitatem simul cum ferculi structura exstructam esse ait · nam sine hac cæterarum virtutum nulla est utilitas. Ex lignis porro Libani est ferculum, ex iis, inquam, qui secundum carnem cognati sunt Israelitarum : hos enim Libanus significat.

Philonis. — Ferculum Salomonis sunt sancti, in quibus Christus requiescit, ligna vero Libani Israelitæ, per figuram. Sed quandoquidem : « Confringet Dominus cedros Libani et comminuet eas tanquam vitulum Libani [61], de iis qui non servant religionem in qua plantati fuerant. De quibus etiam Isaias ait : « Libanus autem cum excelsis Cedar [62]. » Quando autem propter templi fabricam
B dicit ad Chiram Salomon : « Et nunc manda, et cædant mihi ligna de Libano [63], » sermo est de iis quæ ad ædificium spirituale ex vivis lapidibus referentur ligna vivis lapidibus proportionata. Sicut autem ratione ornati argentum dicuntur : quin etiam sunt reclinatorium requiescentis Verbi et habentis ubi caput reclinet : aurum autem mens est. Quando autem forte Paulus ne ab æstu in periculis vinceretur, quasi tinctura quadam imbutus comparat sibi purpuram congruentem ad ascensum eorum quæ in se sunt Regi Verbo delicianti in patientia apostolorum in periculis. Internum autem ferculi lapidibus stratum, e quibus unusquisque congregat sibi ad ædificium au-
C rum, argentum et lapides pretiosos.

Cyrilli. — Spiritalis porro conjunctio aurum intelligatur, utpote pretiosa et divina. Etenim in deserto arcam intus et foris aurum excipiebat, ad manifestationem divinæ unionis. Supervenit vero purpura multitudini eorum qui ad regnum vocati sunt. Quando autem quis credit, corde Christum accipit, qui est margarita pretiosa : sed et ferculum, inquit, ex filiabus factum Jerusalem, per solam charitatem : « Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret ; ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam [64]. »

VERS. 11. *Filiæ Sion, egredimini et intuemini in regem Salomonem, in corona qua coronavit eum*
D *mater ejus, in die desponsationis illius, et in die lætitiæ cordis ejus.*

Cyrilli. — Quæ ex gentibus est Ecclesia ait illud : Egredimini et intuemini, diem autem desponsationis vocat diem passionis, in qua suo sanguine Ecclesiam sibi desponsavit.

Philonis. — Egredimini, inquit, a malitia legis, intuemini Christum ac spineam coronam, quam imposuit ei Synagoga, ex qua secundum carnem

[61] Psal., XXVIII, 6. [62] Isa. X, 34. [63] III, Reg. V, 6. [64] Joan. VII, 16.

NOTÆ.

(48) Φορεῖον Σαλομὼν — λίθους τιμίους sunt Philonis in C. B.

Christus. Dies autem lætitiæ, pascha est quando A dixit: « Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum [65] ».

Gregorii. — Hic sermo continet exhortationem a Sponsa ad filias Sion, ut a carnalibus exeant; quæ intelligi possint animæ salvandorum. Quousque tandem, inquit, intra vitæ speluncam concludimini? Progredimini extra naturæ velamenta, et admirandum hoc spectaculum aspicite, factæ filiæ Sion, ita ut ab excelsa specula (sic enim Sion interpretatur) possitis videre Sponsum gestantem coronam. Est autem corona ipsius Ecclesia vivis et animatis lapidibus caput ejus undique circumdans. Coronam autem hæc charitas connexuit, quam sive quis dilectionem, sive matrem appellet, non aberrabit. « Deus enim est charitas, » ut Joannes B ait [67]. Nullum autem in Deo discrimen dicitur; neque enim masculus, neque femina numen est; quomodo enim? cum nec in nobis hominibus hoc perpetuo permansurum sit? Sed quando in Christo omnes unum efficimur, signa discriminis hujus una cum toto veteri homine exuemus. Atque in Evangelio quidam pater filio nuptias facere dicitur [68]: et propheta dicit, « Quia posuisti super caput ejus coronam [69]; » hic de matre ait quod imposuit Sponso coronam. Quia igitur unæ tantum nuptiæ sunt et una Sponsa, et ab uno corona Sponso imponitur, omnino nihil discriminis est, sive quis Dei Filium unigenam Deum vocet, sive Filium dilectionis ejus, cum eadem potestas utro- C que nomine significata exornet ipsum ut Sponsum ad cohabitationem nostram. Atqui hac ex corona voluptatem eum capere ait Sponsa mirifice gaudentem ornatu illo sponsalitio. Gratia enim revera conjugem suam faciens Ecclesiam, sibique adaptans et virtutibus quæ in ea eximiæ sunt redimitus lætitia afficitur.

Nili. — Quis quidem hæc dicat, non liquet: fortassis autem amici Sponsi: Verum quisquis fuerit, eos qui ex gentibus sunt vocat: Sion enim horum mater est quæ Christi legem germinavit. Prior enim lex a Sina est, posterior vero ex Sion. Cum igitur in tenebris et umbra mortis sederent gentes, invitat illas fortasse qui hæc dixit propheta dicens: « Populus sedens in tene- D bris [70]. » *Exite et videte.* Quid? Subdit admirans audax facinus *in corona qua coronavit ipsum mater sua in die desponsationis suæ.* Dies autem desponsationis Christi et dies lætitiæ cordis sui erat dies crucis in qua Ecclesiam ex gentibus accepit tanquam Sponsam sibi per prophetas desponsatam. Videns igitur propheta Synagogam creberrimis affectam beneficiis justas vices Christo non reddere, sed capiti ejus spineam imponere coronam, tali facinore obstupefactus ait: *Egredimini et intuemini in regem Salomonem in corona qua coronavit eum mater ejus.* Vocat autem Christi matrem,

A Χριστός· Ἡμέρα μία χαρᾶς, τὸ Πάσχα ἐστὶν, ἐν ᾧ ἔφη « Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τὸ πάσχα τοῦτο φαγεῖν μεθ' ὑμῶν. »

Γρηγορίου. — Προτροπὴν ὁ λόγος οὗτος περιέχει πρὸς τὰς θυγατέρας Ἱερουσαλὴμ παρὰ τῆς Νύμφης τῶν σαρκικῶν ἐξελθεῖν, αἵ τινες νοοῖντο ἂν καὶ τῶν σωζομένων ψυχαί. Ἕως πότε, φησὶν, ἐν τῷ σπηλαίῳ τοῦ βίου συγκλείεσθε; ἐξέλθετε τῶν προκαλυμμάτων τῆς φύσεως, καὶ ἴδετε τὸ θαυμαστὸν θέαμα, Σιὼν θυγατέρες γινόμεναι, ὥστε ἀπὸ σκοπιᾶς ὑψηλῆς (οὕτω γὰρ ἡ Σιὼν ἑρμηνεύεται), δυνηθῆναι θεάσασθαι στεφανηφοροῦντα τὸν Νυμφίον. Στέφανος δὲ αὐτῷ ἡ Ἐκκλησία γίνεται, διὰ τῶν ἐμψύχων λίθων τὴν κεφαλὴν ἐν κύκλῳ διαλαμβάνουσα· στεφανηπλόκος δὲ τοῦ τοιούτου στεφάνου ἡ ἀγάπη ἐστίν· ἣν εἴτε ἀγάπην, B εἴτε μητέρα τις λέγει, οὐχ ἁμαρτήσεται· « Θεὸς γάρ ἐστιν ἀγάπη, » κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνήν· οὐδὲν δὲ διαφέρει ἐπὶ Θεοῦ λεγόμενον· οὔτε γὰρ ἄῤῥεν, οὔτε θῆλυ τὸ Θεῖον. Πῶς γὰρ, ὁπόταν οὐδὲ ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις τοῦτο εἰς τὸ διηνεκὲς παραμένῃ, ἀλλ' ὅταν ἐν Χριστῷ ἓν πάντες γενόμεθα, τὰ σημεῖα τῆς διαφορᾶς ταύτης μετὰ ὅλου τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου συνεκδυόμεθα· κἀν τῷ Εὐαγγελίῳ ὁ Πατὴρ λέγεται ποιεῖν τῷ Υἱῷ τοὺς γάμους· καὶ ὁ Προφήτης φησὶν, « Ὅτι ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στέφανον· » ἐνταῦθα δὲ παρὰ τῆς μητρὸς φησὶ ἐπιτεθεῖσθαι τῷ Νυμφίῳ τὸν στέφανον. Ἐπεὶ οὖν εἷς ἐστιν ὁ γάμος καὶ μία ἡ Νύμφη, καὶ παρ' ἑνὸς ἐπιβάλλεται τῷ Νυμφίῳ στέφανος, οὐδὲν διαφέρει ἢ Υἱὸν Θεοῦ τὸν μονογενῆ C λέγειν Θεὸν, ἢ Υἱὸν τῆς ἀγάπης αὐτοῦ· μιᾶς οὔσης καθ' ἑκάτερον ὄνομα τῆς νυμφοστολούσης αὐτὸν ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ συνοικήσει δυνάμεως. Ἐνευφραίνεσθαι δὲ τούτῳ τῷ στεφάνῳ λέγει αὐτὸν ἡ Νύμφη τῷ νυμφικῷ κόσμῳ ἐναγαλλόμενον· χάριτι γὰρ ὡς ἀληθῶς σύνοικον ἑαυτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν ποιησάμενος, ταῖς ἀρεταῖς διαπρεπόντων ἐν αὐτῇ στεφανούμενος εὐφραίνεται.

Νείλου. — Τίς μὲν ὁ ταῦτα λέγων, ἄδηλον· ἴσως δὲ οἱ τοῦ Νυμφίου φίλοι· πλὴν ὃς ἂν ᾖ, τοὺς ἀπὸ ἐθνῶν καλεῖ· Σιὼν γάρ ἐστιν ἡ τούτων μήτηρ ἡ τὸν τοῦ Χριστοῦ νόμον βλαστήσασα. Ὁ μὲν γὰρ πρότερος νόμος, ἀπὸ Σινᾶ, ὁ δὲ δεύτερος ἀπὸ Σιών. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου ἐκάθητο τὰ ἔθνη, προσκαλεῖται αὐτοὺς τάχα ὁ ταῦτα εἰρηκὼς προφή- D της λέγων· « Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, » *ἐξέλθετε καὶ ἴδετε*· τί δὲ, ἐπιφέρει θαυμάζων τὸ τόλμημα. *Ἐν τῷ στεφάνῳ ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ νυμφεύσεως αὐτοῦ.* Ἡμέρα δὲ νυμφεύσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμέρα εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ ἦν, ἡ τοῦ σταυροῦ ἡμέρα, ἐν ᾗ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν ὡς Νύμφην ἔλαβε μεμνηστευμένην αὐτῷ διὰ τῶν προφητῶν. Ὁρῶν οὖν τὴν πολλάκις εὐεργετημένην Συναγωγὴν ὁ προφήτης, οὐ δικαίας ἀμοιβὰς ἀποδιδοῦσαν τῷ Χριστῷ, ἀλλ' ἀκάνθινον ἐπιθεῖσα στέφανον τῇ κεφαλῇ, ἐκπληττόμενος ἐπὶ τῷ τοιούτων παρανομήματι, φησίν· *Ἐξέλθετε καὶ ἴδετε ἐν τῷ βασιλεῖ Σαλομὼν, ἐν τῷ στε-*

[65] Luc. XXII, 15. [66] Reg. 558. [67] I Joan. IX, 6. [68] Matth. XXII, 2 seqq. [69] Psal. XX, 9. [70] Isa. IX, 2; Matth. IV, 16.

φάνῳ ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ· μητέρα δὲ αὐτὴν λέγει Χριστοῦ, ἐπειδὴ ἐξ ἐκείνης κατάγεται καὶ τῇ γενεαλογίᾳ καὶ τῇ κατὰ σάρκα οἰκονομίᾳ.

A quia ex eo deducitur ejus genealogia et secundum carnem dispensatio.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

α'. *Ἰδοὺ εἶ καλὴ, ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ εἶ καλή· οἱ ὀφθαλμοί σου περιστεραὶ, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου.*

Γρηγορίου. — Διὰ τῆς προτροπῆς τῶν προειρημένων τῆς Νύμφης τὴν φιλανθρωπίαν ὁ λόγος ἀποδεξάμενος, ὅτι κατὰ μίμησιν τοῦ Δεσπότου καὶ αὐτὴ θέλει πάντας σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ὅλην ἀποσεμνύνει, καὶ θαυμάζει τὸ κάλλος, ἐμφιλοχωρῶν τῷ λόγῳ τοῖς καθ' ἕκαστον μέλεσιν· ἴδιον ἑκάστῳ μέλει διὰ συγκρίσεώς τε καὶ ὁμοιώσεως χαριζόμενος τὸ ἐγκώμιον· Καλὴ οὖν, φησὶ, πρὸς αὐτὴν ὁ λόγος, τῇ ἀγαθῇ προαιρέσει τῷ καλῷ προσεγγίσασα· πλησίον δὲ αὐτὴν καλεῖ, διὰ τὸ μιμήσασθαι τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ ἐγκελεύσασθαι ταῖς λοιπαῖς ψυχαῖς καταλιπεῖν τὰ πρόσκαιρα, καὶ ἐξελθούσας ἰδεῖν τὸν Νυμφίον στεφανηφοροῦντα· διὰ δὲ τῆς ἐπαναλήψεως τοῦ ἐπαίνου τὸ ἀψευστον τῆς μαρτυρίας ἐνδείκνυται· ἐν γὰρ τῇ διπλῇ μαρτυρίᾳ βεβαιοῦσθαι τὴν ἀλήθειαν ὁ θεῖος ἀποφαίνεται λόγος. Ἐπειδὴ δὲ ἓν σῶμα ἡ Ἐκκλησία, ἐν δὲ τῷ ἑνὶ σώματι μέλη πολλὰ, οὐ τὴν αὐτὴν ἔχοντα πρᾶξιν, τούτου χάριν ὁ ἀκριβὴς τοῦ κάλλους δοκιμαστὴς, τῶν ἀρεσάντων αὐτῷ μελῶν ἐξ ὅλου σώματος, ἴδιόν τε καὶ πρόσφορον ἑκάστου ποιεῖται τὸν ἔπαινον· ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν· οὗτοι δ' ἂν εἶεν, οἷον ὁ Σαμουὴλ, ὁ βλέπων γὰρ ὀνομάζετο· καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ, ὁ σκοπεύειν ὑπὸ Θεοῦ τεταγμένος ἐπὶ τῇ τῶν φυλασσομένων παρ' αὐτοῦ σωτηρίᾳ· καὶ Μιχαίας ὁ ὁρῶν, καὶ Μωσῆς ὁ θεώμενος, καὶ διὰ τοῦτο Θεὸς ὠνομασμένος· ὀφθαλμοὶ πάντες ἐκεῖνοι οἱ εἰς ὁδηγίαν τοῦ λαοῦ τεταγμένοι, οἳ καὶ ὁρῶντες ὠνομάζοντο· καὶ νῦν δὲ οἱ τῆς Ἐκκλησίας προεστῶτες, οἱ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις τρόπον ἐπέχοντες, καὶ πρὸς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας τὸ λοιπὸν σῶμα καθοδηγοῦντες. Περιστεραὶ δὲ, φησὶν, εἴτουν πνευματικοὶ καὶ πρὸς οὐδὲν βλέποντες ὑλικόν· ἢ καὶ τὴν ἀκεραιότητα διὰ τούτων ᾐνίξατο. Ἡ δυὰς τῶν ὀφθαλμῶν ἐπαινεῖται ὡς ἂν ὁ λόγος γένοιτο ἐν ἐπαίνῳ ὁ ἄνθρωπος ὁ φαινόμενός τε καὶ νοούμενος· διὰ γὰρ τοῦτό φησιν, *Ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου*· τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ βίου, τὸ μὲν ἀνθρώποις πρόδηλον, τὸ δὲ μόνῳ Θεῷ· μαρτυρεῖ τοίνυν ὁ τὰ κρυπτὰ βλέπων πλέον εἶναι τοῦ ὁρωμένου τὸ σιωπώμενον.

Νείλου. — Ἐκτὸς τῆς σιωπήσεως προσέθηκε· τὰ γὰρ πνευματικὰ θεωροῦσα, μᾶλλον ἂν ἦν καλὴ καὶ λέγουσα αὐτά· Σιωπῶσα δὲ ἐξ ἡμισείας εἶ καλὴ, τὰ πρὸς ὠφέλειαν τῶν πολλῶν ἡσυχάζουσα, κἂν μετριάζουσα τοῦτο ποιῇς· κρύπτειν μὲν γὰρ ἔργον ἀρετῆς καλὸν, ὅταν ἡ πρόθεσις ῥέπῃ ἐπὶ τὸ φιλόδοξον· λόγον δὲ τοὺς ἀκούοντας οἰκοδομεῖν δυνάμενον, οὐχ ἡσυχαστέον, κἂν πρὸς ἔπαινον οὐ δεόντως ὁ τοῦ λέγοντος βλέπῃ σκοπός.

CAP. IV.

VERS. 1. *Ecce es pulchra, proxima mea, ecce es pulchra : oculi tui columbæ extra taciturnitatem tuam.*

Gregorii.—Per prædictorum exhortationem Sponsæ benignitatem verbum excipiens, quod ea Domini ad imitationem velit etiam omnes salvos fieri et ad cognitionem veritatis pervenire, totam concelebrat et admiratur propter pulchritudinem sermone singulis ejus membris inhærens, et unicuique membro per comparationem ac similitudinem encomium tribuens. B Pulchra igitur, inquit, es, ad ipsam verbum postquam bono animi proposito ad pulchritudinem accessisti. Proximam autem ipsam vocat, quod ipsius erga homines amorem imitatur et jusserit reliquas animas deserere temporalia et egressas videre Sponsum corona redimitum. Per laudis autem repetitionem, minime falsum hoc testimonium esse demonstrat : nam testimonio duplici veritatem confirmari divina lex pronuntiat. Quia vero Ecclesia unum corpus est, et in hoc uno corpore membra multa sunt non eumdem actum habentia, idcirco accuratus illius pulchritudinis explorator membris singulis quæ ex toto corpore illi placuerunt, peculiarem quamdam et convenientem laudem tribuit. Orditur autem C ab oculis. Hi autem fuerint sicut Samuel, videns enim appellabatur, et Ezechiel qui a Deo in specula collocatus erat ob salutem illorum qui ab ipso custodiebantur, et Michæas ille videns, et Moyses ille spectans, et ob eam causam Deus appellatus, oculi omnes illi qui ad populum ducendum ordinati sunt et videntes nominati. Quin et hoc tempore Ecclesiæ præsules qui eumdem cum illis locum obtinent, et ad lumen veritatis corpus reliquum deducent. Columbæ autem, inquit, id est spirituales et ad nihil materiatum aspicientes : vel etiam innocentiam per hoc insinuavit. Ambo autem oculi laudantur, ut nimirum totus homo, tam is qui apparet, quam qui mente concipitur laudis compos exsistat. Idcirco enim ait illud *extra* D *taciturnitatem tuam.* Probæ namque vitæ aliud quidem hominibus patet, aliud vero soli Deo. Testatur ergo is qui occulta videt, id quod tacetur esse plus illo quod videtur.

Nili. —Apposuit illud, *extra taciturnitatem* : nam spiritalia contemplans magis pulchra fuerit etiam; dicens illa : Tacens autem ex media parte pulchra es, ea quæ plurimis utilia sint reticens, tametsi modestiæ causa id facias. Nam abscondere quidem virtutis opus est bonum quando intentio ad vanam gloriam vergit ; sed sermo qui audientes ædificare possit non reticendus, quamvis ad laudem secundum quam deceat dicentis spectet intentio.

Cyrilli. — Silentium ipsius significat obedientiam ad omnia, juxta illud : « Tace et audi, Israel. »

Comæ tuæ sicut greges caprarum quæ sunt reversæ de monte Galaad.

Gregorii. — Per hæc virtuti consentanea vivendi ratio laudatur : nam per crines omnis vitalis sensus expertes, insinuat eos qui rebus spiritalibus dant operam, nullo rerum mundanarum sensu moveri, neque vanam gloriam, neque divitias, neque quidquam aliud hujus vitæ attonitos admirari. Capillitium enim pro velamento mulieribus datum, juxta Apostolum[71-72], et verecundia pudicitiaque intelligitur una cum mortificatione quæ in mundo est. Capillus enim sensus expers est. Quod autem propter capillorum excellentiam, cum gregibus caprarum de Galaad revelatis comparetur, ita statuendum est ex conjectura. Nempe sicut de Libani lignis in aurum et argentum purpuramque commutatis ferculum sibi rex confecit, ita bonum pastorem acceptis caprarum gregibus nosse caprilia montis Galaad in ovilia commutare : atqui hoc exteri montis nomen est talem gratiam revelantis, et illi qui ex gentibus bonum illum pastorem secuti sunt, in ornatu sponsæ capillorum nomine censeantur, per quos pudicitia et pudor, et continentia corporis intelligitur. Fortassis autem et Elias aliquid nobis ad hanc caprarum considerationem conferet, qui longo tempore versatus in monte Galaad insignia vitæ continentis exempla præbuit : forma squalidus, capillis hirsutus, pelle capræ tectus. Itaque omnes quotquot ad exemplum prophetæ illius vitam suam instituunt, ornamentum Ecclesiæ fiunt juxta philosophandi morem qui jam invaluit, virtutem in conversatione mutua colentes. Quod autem de Galaad hujusmodi greges revelentur, id miraculum auget, nimirum quod ex ethnica vita ad veram Dei philosophiam conversi simus. Nec enim a Sion monte sancto ejus factum est hujusmodi vitæ initium, sed addicta simulacris natio tantopere vitam suam immutavit, ut præclaris virtutibus Sponsæ caput exornet.

Nili. — Quod attinet ad litteram, nil commune continet hæc comparatio. Quid enim simile capillitio cum gregibus caprarum? Quoad intelligentiam vero magna est consensio. Sive enim anima sit perfecta ad quam hæc dicuntur, sive Ecclesia gloriosa, quemdam ordinem habet contemplatio textus. Etenim perfectæ animæ quasi rejectamina et superflua quæ sunt res necessariæ quæ corpore peraguntur quando hæ decenter et cum convenienti ornatu fiunt, assimilantur gregi caprarum composito ac bene munito, nihil hiulcum aut intercisum habenti, eo quod cohæreant naturæ rectæ rationis a qua etiam decenter gubernantur. Quando enim incontinens deliciarum luxus ad usum necessita-

A *Κυρίλλου.* — Ἡ σιωπὴ αὐτῆς σημαίνει τὴν εἰς ἅπαν ὑπακοὴν κατὰ τὸ, « Σιώπα καὶ ἄκουε, Ἰσραήλ. »

Τρίχωμά σου ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ Γαλαάδ.

Γρηγορίου. — Διὰ τούτων τὴν ἐνάρετον πολιτείαν ἐν ἐπαίνῳ ποιεῖται ὁ λόγος· διὰ γὰρ τῶν ἀναισθήτων τριχῶν, τὴν πρὸς τὰ κοσμικὰ ἔργα ἀναισθησίαν· τῶν τὴν πνευματικὴν ἐργασίαν μετιόντων τοῦ βίου πεπτοιημένων· τρίχωμα γὰρ, τὸ ἀντὶ περιβολαίου δεδομένον ταῖς γυναιξὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον· αἰδὼς τε καὶ σωφροσύνη νοεῖται μετὰ τῆς ἐν κόσμῳ νεκρώσεως· ἀναίσθητον γὰρ ἡ θρίξ· διὰ δὲ τοῦ πλεονεκτήματος τῶν τριχῶν, ἀγέλαις αἰγῶν παραβάλλεσθαι ταῖς ἀπὸ τοῦ Γαλαὰδ ἀνακαλυφθείσαις· οὕτω B χρὴ στοχάζεσθαι, ὅτι ὥσπερ τὰ ξύλα τοῦ Λιβάνου, εἰς χρυσόν τε καὶ πορφύραν μεταποιήσας, φορεῖον ἑαυτῷ ὁ βασιλεὺς κατεσκεύασεν, οὕτως οἶδεν ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, αἰγῶν ἀγέλας παραλαβὼν, εἰς ποίμνια μεταβαλεῖν τὰ αἰπόλια τοῦ ὄρους Γαλαάδ· ἀλλοφύλου δὲ ὄρους ὄνομα τοῦτο, τοῦ τὴν τοιαύτην χάριν ἀνακαλύπτοντος, ὥστε τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῷ καλῷ ποιμένι ἀκολουθήσαντας, εἰς τὸ τρίχωμα συντελέσαι τοῦ τῆς Νύμφης κάλλους· δι' ὧν σωφροσύνη τε καὶ αἰδὼς, καὶ ἐγκράτεια, καὶ ἡ τοῦ σώματος νέκρωσις διασημαίνεται· ἢ τάχα συμβάλλεταί τι πρὸς τὴν τῶν αἰγῶν θεωρίαν, καὶ ὁ Ἠλίας τῷ ὄρει τῷ Γαλαὰδ ἐμφιλοσοφήσας χρόνον πολὺν, ὃς μάλιστα τοῦ κατ' ἐγκράτειαν καθηγήσατο βίου· αὐχμηρὸς τὸ εἶδος, C λάσιος τὴν τρίχα, δέρματι αἰγὸς σκεπαζόμενος. Πάντες οὖν οἱ κατ' ἐκεῖνον τὸν ἑαυτῶν κατορθοῦντες βίον, κόσμος γίνονται τῆς Ἐκκλησίας, ἀγεληδὸν κατὰ τὸν νῦν ἐπικρατοῦντα τῆς φιλοσοφίας τύπον, τὴν ἀρετὴν μετ' ἀλλήλων ἐμπονοῦντες. Τὸ δὲ ἐκ τοῦ Γαλαὰδ τὰς τοιαύτας ἀποκαλυφθῆναι ἀγέλας, μείζονα τοῦ θαύματος τὴν ὑπερβολὴν ἔχει· ὅτι ἐκ τοῦ ἐθνικοῦ βίου γέγονεν ἡμῖν, ἡ πρὸς τὴν κατὰ Θεὸν φιλοσοφίαν μετάβασις. Οὐ γὰρ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ τῆς τοιαύτης καθηγήσατο πολιτείας, ἀλλὰ τὸ τοῖς εἰδώλοις ἀνακείμενον ἔθνος εἰς τοσαύτην ἦλθε τοῦ βίου μεταβολὴν, ὥστε κοσμῆσαι τὴν κεφαλὴν τῆς Νύμφης τοῖς κατ' ἀρετὴν πλημμελήμασιν.

Νείλου. — Ὡς μὲν πρὸς τὸ ῥητὸν, οὐδὲν ἔχει D κοινὸν ἡ σύγκρισις· τί γὰρ ὅμοιον τρίχωμα καὶ ἀγέλαι αἰγῶν; Ὡς δὲ πρὸς τὴν ἔννοιαν, πολλή τίς ἐστιν ἡ συμφωνία· εἴτε γὰρ ψυχή ἐστι τελεία πρὸς ἣν ταῦτα εἴρηται, εἴτε ἡ ἔνδοξος Ἐκκλησία, ἔχει τινὰ ἀκολουθίαν ἡ θεωρία τῆς λέξεως· καὶ γὰρ τῆς τελείας ψυχῆς τὰ οἱονεὶ ἀποβλήματα καὶ περιττὰ, ἅ τινά ἐστι τὰ διὰ τοῦ σώματος ἐπιτελούμενα χρειώδη πράγματα, ἐπειδὴ καθηκόντως γίνεται, καὶ μετὰ τοῦ πρέποντος κόσμου, ἀγέλῃ αἰγῶν ὁμοιοῦται συντεταγμένῃ καὶ εὖ πεφραγμένῃ καὶ οὐδὲν ἐχούσῃ διατετμημένον, διὰ τὸ ἔχεσθαι τοῦ τῆς φύσεως ὀρθοῦ λόγου, καὶ ἡγεμονεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ δεόντως. Ὅταν γὰρ τὸ κεχυμένον τῆς ἀσώτου τρυφῆς εἰς τὸ χρειώ-

[71-72] I Cor. II, 5 seqq.

δὲς καὶ ἀναγκαῖον στέλλεται, ἔσται ἀγέλη αἰγῶν τὸ λεγόμενον τρίχωμα παραπλήσιον· τὰ τοίνυν σωματικά, ἐν μὲν τοῖς ἀδιαφόροις ἀδιάφορα, ἐν δὲ τοῖς ἐπιμελεστέροις σπουδαῖα καὶ χρήσιμα· ἐὰν δὲ ἡ Ἐκκλησία ἐστὶ πρὸς ἣν λέγεται ταῦτα, τρίχωμα αὐτῆς εἰσιν οἱ μετανοοῦντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι· διὸ καὶ ἀγέλῃ αἰγῶν, ἀλλ' οὐ προβάτων, παραβάλλονται· ἀπεκαλύφθησαν δὲ ἀπὸ τοῦ Γαλαὰδ τοῦ μετοικήσαντος ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τὰ ἔθνη λόγου· Γαλαὰδ γὰρ μετοικία μαρτυρίας ἑρμηνεύεται· ὅτε μὲν γὰρ τῷ Ἰουδαϊκῷ ἔλεγεν ἔθνει· Ὑμεῖς λαός μου καὶ πρόβατα τῆς κληρονομίας μου, ἐκείνων ἦν ἡ μαρτυρία· ὅτε δὲ τὰ ἔθνη λαὸν ἐξελέξατο ἑαυτῷ, τούτῳ γέγονε μαρτύριον, μετοικῆσαν ἀπ' ἐκείνων ἐπὶ τοῦτον.

β'. *Ὀδόντες σου ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ· αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς.*

Γρηγορίου. — Πρῶτον λέγει περὶ ὀδόντων, παραδραμὼν τοῦ στόματος καὶ τῶν χειλέων τὰ ἐγκώμια· καὶ εἶθ' οὕτω περὶ χειλῶν· πρῶτον γάρ τις ἑστιᾶται τὰ πνευματικὰ μαθήματα, καὶ οἷον καταλεαίνει ὥσπερ τὴν τροφὴν τοῖς σωματικοῖς ὀδοῦσι, καὶ τότε λέγει περὶ αὐτῶν· ἅπερ τις ψυχικὴ δύναμις λεπτοποιεῖ ἐπιτήδεια, πρὸς τὸ παραπεμφθῆναι τοῖς οἱονεὶ σπλάγχνοις παρασκευάζουσα· τοὺς τοίνυν κριτικούς τε καὶ διαιρετικοὺς τῶν δογμάτων καθηγητάς, οἳ τὰ θεῖα μυστήρια διὰ σαφεστέρας ἐξηγήσεως λεπτοποιοῦσιν, ὡς εὐπαράδεκτον τὴν πνευματικὴν ταύτην τροφὴν γενέσθαι τῷ σώματι τῆς Ἐκκλησίας, ὀδόντας ἐκάλεσεν ὁ λόγος, οὓς καὶ βούλεται παντὸς ἄχθους ὑλικοῦ γεγυμνωμένους· τοῦτο γὰρ τὸ κεκαρμένον· καὶ λουτρῷ τῆς συνειδήσεως παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καθαρεύοντας· καὶ πρὸς τούτοις ἀεὶ διὰ προκοπῆς ἀναβαίνοντας· καὶ μηδέποτε εἰς τὸ ἔμπαλιν κατασυρομένους εἰς τὸ βάραθρον· καὶ διδυμεύειν τῇ μὲν ψυχῇ τὴν ἀπάθειαν, τῷ δὲ σωματικῷ βίῳ τὴν εὐσχημοσύνην γεννῶντας, καὶ ὅλως ἐν μηδενὶ τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων ἀτονεῖν.

Νείλου. — Ὁμοίως καὶ τοῦτο, κατὰ τὴν λέξιν ἀδιανόητον· πρὸς δὲ διάνοιαν γέγραπται περὶ ψεκτῶν ὀδόντων· « Ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας, » καὶ, « Ἐκεῖ ἔσται ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων· » περὶ δὲ ἐπαινετῶν, « Ὀδόντες αὐτοῦ γάλα· » καὶ τὸ παρὸν ῥητόν· τάχα δ' ἂν εἶεν δυνάμεις ψυχῆς, δι' ὧν προτρέφεται λόγῳ αὕτη, τὴν διάκρισιν τοῦ λόγου πεπιστευμέναι καὶ λεπτοποιοῦσαι, καὶ οἱονεὶ μηρυκιζόμεναι, τὸν τέως ἁδρομερέστερον διὰ τῆς ἀκοῆς παραδεχθέντα λόγον· συντρίβονται δὲ οὗτοι οἱ ὀδόντες, ὅταν αἱρετικῆς διδασκαλίας φάγωσιν ὄμφακας· ὠμοδιάσαντες γάρ, ἄχρηστοι γίνονται τὸ λεᾶναι τὴν ἀληθῆ τροφήν· ἀγέλῃ οὖν κεκαρμένων ὅμοιοι τοὺς ὀδόντας τῆς Νύμφης· διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν τοιοῦτον, οἷον οἱ προειρημένοι εἶχον ὀδόντες τῶν ἀσεβῶν· ἀλλὰ καὶ περιαιρεῖσθαι πάντα ῥύπον διὰ τὸ λουτρὸν,

temque restringitur, tunc dictum capillitium simile erit gregi caprarum. Itaque res corporeæ in indifferentibus quidem indifferentes sunt, in sedulioribus autem bonæ et utiles. Sin Ecclesia sit ad quam hæc dicuntur, capillitium ejus sunt qui pœnitentiam agunt de peccatis, quapropter etiam gregi caprarum et non ovium assimilantur. Revelatæ autem sunt de Galaad, transmigrante a Judæis ad gentes verbo. Galaad enim transmigratio testimonii interpretatur. Quando enim Judaicæ genti dixit, Vos populus meus et oves hæreditatis meæ, ipsorum erat testimonium. Quando autem gentes sibi in populum elegit, tunc ab illis ad has testimonium transmigravit.

VERS. 2. *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro, quæ omnes geminantes et infecunda non est in eis.*

Gregorii. — Primum de dentibus agit, oris ac labiorum encomiis omissis; ac sic deinceps de labiis. Primum enim quis comedit spiritales disciplinas et quasi comminuit non secus ac cibum dentibus corporeis : et tunc ait de iis, quæ animalis quædam vis extenuat idonea reddens, ut quasi ad viscera transmittantur. Illos igitur doctores, qui doctrinas cum judicio tradunt ac partiuntur, ac divina mysteria per clariorem extenuant expositionem, ita ut spiritualis hicce cibus corpori sumptu facilis exsistat, Ecclesiæ dentes appellavit hic sermo. Quos etiam omni materiato pondere nudatos cupit (hoc enim est esse tonsos et lavacro conscientiæ esse puros ab omni inquinamento carnis et spiritus); præterea semper per profectum ascendere, ac nunquam retro trahi ad barathrum, nec non gemellos parere animæ quidem passionum vacuitatem, vitæ autem corporali procreantes honestatem, et in nullo omnino genere bonarum actionum deficere.

Nili. — Similiter et hoc quoad litteram sensum occultum continet : quoad intelligentiam autem scriptum de dentibus vituperio dignis : « Dentes peccatorum contrivisti [73-68]; » et : « Ibi erit stridor dentium [69]. » De laudabilibus vero : « Candidi dentes ejus ut lac [70], » et præsens dictum. Fortassis vero fuerint facultates animæ per quas nutritur ipsa verbo, quibus concredita sit verbi discretio et masticatio, et quasi ruminatio, ejus, inquam, verbi quod tanquam vinum crassum sit auribus exceptum. Conteruntur porro hi dentes quando hæreticæ doctrinæ agrestam comedunt; obstupescentes enim inepti fiunt ad verum cibum comminuendum. Grex igitur tonsarum refert dentes Sponsæ, quia nihil habent eorum quæ prædicti dentes impiorum habebant; sed sordes omnes per lavacrum abster-

[73-68] Psal. III, 8. [69] Matth. XXIII, 42. [70] Gen. XLIX, 12.

serunt, et quod superfluum erat per tonsionem abstulerunt. Hi porro dentes pariunt gemellos quando et præsenti vitæ utilia prospiciunt et futuræ intellectilia geminationi operum adjicientes fecunditatem. Nam infecunda non est in eis, id est, sterilis bonarum actionum nulla est ac sine prole. Quia et hi qui in Ecclesia laborant in verbo ac doctrina et universo corpori alimentum distribuunt propter concordiam et animorum consensionem gregi assimilati sunt, propter levitatem autem et incuriam possessionum omnem divitiarum materiam abradentes tonsi nominantur : a lavacri vero ascensu sunt geminantes, cum minime sterilem sed fecundam virtuosorum operum vulvam habeant, et utrique sæculo, præsenti, inquam, et futuro congruis gemellos pariant meditationibus : fortassis vero dentes ut grex tonsarum gemellos pariunt, quia non amplius supersunt crines, peccatorum onere detonso.

Origenis. — Aliter autem gemellos pariunt propter duplicem cum litteræ tum spiritus intelligentiam.

Philonis. — Vel etiam quod cum solæ in aquam mysticam descenderint, cum Spiritu sancto ascendant.

VERS. 3. *Sicut funiculus coccineus labia tua et eloquium tuum decorum.*

Gregorii. — Coccineum filum est fides per charitatem perfecta. Laudat igitur Ecclesiæ conjunctionem et consensionem, et simul confessionem qua pro se cruci affixum confitetur, secundum quam Ecclesia consentiens, unum fit labium et vox una, ex diversis verbis ejusdem sensus catenæ in morem contexta : coccineum autem dicendo docet ore proferendam esse confessionem ejus qui nos sanguine redemit suo. Nam per utraque hæc labris Ecclesiæ completus constat suus decor, quando et fides prælucet confessioni et charitas cum fide contexitur. Itaque per filum declaravit charitatem, per coccinum autem fidem, et sic loquela Sponsæ speciosa fit per verbum fidei quod prædicamus ut divinus ait Apostolus : « Si confessus fueris ore tuo Dominum Jesum, et credideris in corde tuo quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris [71]. »

Nili. — Labia frequenter sermonem vocat Scriptura juxta illud : « Disperdat universa labia dolosa [72], » et : « Diffusa est gratia in labiis tuis [73]. » Sive igitur anima perfecta, sive hi qui in Ecclesia sunt doctores, quando vivum sermonem habent et qui auditorem sic alligare valeat ut cum semel audierit non amplius possit discedere : labia ejus

A καὶ περίττωμα διὰ τὴν κουράν · διδυμεύουσι δὲ οὗτοι οἱ ὀδόντες, ὅταν καὶ πρὸς τὸν παρόντα βίον χρήσιμα σκέπτονται, καὶ πρὸς τὸν μέλλοντα τῇ πρὸς τὰ νενοημένα διδυμοτοκίᾳ, τὴν αὐτῶν ἔργων προστιθέντες εὐτεκνίαν · ἀτεκνοῦσα γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς · ἀντὶ τοῦ, στεῖρα καλῶν πράξεων καὶ ἄγονος οὐδὲ μία ἐστί · καὶ οἱ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ δὲ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ, καὶ τὴν τροφὴν παντὶ παραπέμποντες τῷ σώματι διὰ τὸ σύμφωνον καὶ ὁμόψυχον, ἀγέλῃ ὁμοιοῦνται · διὰ δὲ τὸ κοῦφον καὶ ἀμέριμνον τῆς ἀκτημοσύνης, πᾶσαν ὕλην πλούτου ἀποκειράμενοι, κεκαρμένοι ὀνομάζονται · καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ λουτροῦ δὲ ἀναβάσεως, εἰσὶ διδυμεύοντες, οὐκ ἄτεκνον, ἀλλὰ καρποφόρον τὴν τῶν ἐναρέτων ἔργων ἐσχηκότες μήτραν, καὶ τοῖς καταλλήλοις ἑκάστῳ B αἰῶνι, τῷ τε παρόντι καὶ τῷ μέλλοντι, θεωρήμασι διδυμεύσαντες · ἴσως δὲ διὰ τοῦτο ὀδόντες, ἀγέλῃ κεκαρμένων παραπλήσιοι, οἱ διδυμεύουσιν · ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔτι εἰσὶ τρίχες, τὸ τῶν ἁμαρτημάτων ἄχθος ἀποκειράμεναι.

Ὠριγένους. — Διδυμεύουσαι δὲ ἄλλως, διὰ τὸ διττὸν τῆς νοήσεως τῆς τε ῥητῆς καὶ πνευματικῆς (49).

Φίλωνος. — Ἢ ὅτι μόναι κατελθοῦσαι εἰς τὸ ὕδωρ τὸ μυστικὸν σὺν ἁγίῳ ἀνέβησαν Πνεύματι.

γ'. *Ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου, καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία.*

Γρηγορίου. — Κόκκινον σπαρτίον ἐστὶ πίστις δι' ἀγάπης ἐπιτελουμένη · ἐπαινεῖ τοίνυν τῆς Ἐκ- C κλησίας τὸν σύνδεσμον, καὶ τὴν ὁμογνωμοσύνην ἅμα καὶ τὴν ὁμολογίαν, δι' ἧς ὁμολογεῖ τὸν ὑπὲρ αὐτῆς σταυρωθέντα · καθ' ἣν ἡ Ἐκκλησία συμφωνοῦσα ἓν γίνεται χεῖλος, καὶ μία φωνὴ ἐκ διαφόρων τοῦ ἐρίου τοῦ νοητοῦ συγκεκλωσμένη καθάπερ σειρά · διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν κοκκίνου διδάσκεται τὴν ὁμολογίαν διὰ στόματος φέρειν, τοῦ ἐξαγοράσαντος ἡμᾶς διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος · δι' ἀμφοτέρων γὰρ ἐστι πληρουμένη τοῖς Ἐκκλησίας χείλεσιν ἡ εὐπρέπεια · ὅταν καὶ ἡ πίστις τῇ ὁμολογίᾳ προλάμπῃ, καὶ ἀγάπη τῇ πίστει συμπλέκηται. Διὰ μὲν οὖν τοῦ σπαρτίου ἐδήλωσε τὴν ἀγάπην · διὰ δὲ τοῦ κοκκίνου τὴν πίστιν · καὶ οὕτως ἡ λαλιὰ τῆς νύμφης γίνεται ὡραία, τοῦ ῥήματος τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν, D ὥς φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος · « Ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. »

Νείλου. — Χείλη πολλάκις τὸν λόγον ὀνομάζει ἡ Γραφή, ὡς τό, « Ἐξολοθρεύσαι Κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια. » Καί, « Ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσί σου. » Εἴτε οὖν ἡ τελεία ψυχή, εἴτε οἱ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ διδάσκαλοι, ὅταν ζῶντα τὸν λόγον ἔχωσι καὶ δεσμεῖν τὸν ἀκροατὴν δυνάμενον, ὡς μηκέτι τὸν ἅπαξ ἀκούοντα ἀναχωρεῖν δύνασθαι, σπαρτίον κόκ-

[71] Rom. x, 8. [72] Psal. xi, 2. [73] Psal. xliv, 3.

NOTÆ.

(49) διδυμεύουσαι — πνεύματι C. B. sancto Nilo tribuit.

κινον ἔχουσι τὰ χείλη· σπαρτίον μὲν διὰ τὸ δεσμεῖν, κόκκινον δὲ διὰ τὸ ζωτικὸν τῆς τούτων δυνάμεως καὶ πεπυρωμένον· τοιαύτη γὰρ καὶ ζῶσα σάρξ, τὴν ἐρυθρότητα μάρτυρα τῆς ζωῆς ἐπιφερομένη· τοῦτο δηλῶν ὁ Κύριος ἔλεγεν· « Οἱ ἐμοὶ λόγοι, πνεῦμά εἰσι καὶ ζωή· » διὰ μὲν τοῦ πνεύματος τὸν δεσμὸν τοῦ σπαρτίου, διὰ δὲ τῆς ζωῆς τὸ κόκκινον σημαίνων· καὶ ἡ λαλιὰ δὲ τούτων ὡραία, πολὺ μετὰ τοῦ ὠφελίμου καὶ τὸ τερπνὸν ἔχουσα.

Ὠριγένους. — Ἤγουν ἔστω διάπυρος ἡ τοῦ λόγου παρασκευή, κ. τ. λ. (50).

Ὡς λέπυρον τῆς ῥόας μῆλόν σου ἐκτὸς σιωπήσεώς σου.

Γρηγορίου (51). — Ἀρέσκεται κατὰ τὴν τοῦ στόματος ὥραν ὁ Νυμφίος, τῷ τῆς παρθενίας ἐρυθήματι, ὅπερ μῆλον καλεῖ ἡ συνήθεια· καὶ προσεικάζει αὐτὸ λέπυρον τῆς ῥόας· αἰδοῖ γὰρ ἐρυθραίνεται καὶ σωφροσύνῃ· ὡς γὰρ τῆς ῥόας ὁ καρπὸς ὑπὸ στρυφνοῦ τε καὶ ἀβρώτου τῆς ἐπιφανείας φυλάττεται, οὕτω καὶ ὁ στύφος τε καὶ ἐγκρατὴς καὶ κατεσκληκὼς βίος, φύλαξ γίνεται τῶν τῆς σωφροσύνης καλῶν· ἐπαινεῖ δὲ καὶ τὴν προφανῆ καὶ τὴν ἔνδον ἁγνείαν· διπλοῦς γὰρ καὶ ἐνταῦθα ἔπαινος διά τε τῶν προφαινομένων κατὰ τὸν εὐσχήμονα βίον, καὶ διὰ τῶν ἐν τῇ τῆς ψυχῆς ἀπαθείᾳ κατορθουμένων· ἃ μόνῳ καθορᾶται τῷ εἰς τὰ κρύφια βλέποντι· διὰ τοῦτο φησίν, *Ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου.*

Νείλου. — Ἐπὶ μὲν τῆς ψυχῆς, τὸ αὐστηρὸν τοῦ βίου καὶ τοῖς πάθεσιν ἀπρόσιτον, μῆλόν ἐστι παρειᾶς λεπύρῳ ῥόας διὰ τὴν στυφότητα παραπλήσιον· τούτῳ γὰρ μάλιστα τῷ μέρει κρίνεται ἡ κατάστασις, τοῦ μὲν σώφρονος σκυθρωπάζουσα, καὶ τοῖς ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς τῷ ἀμειδεῖ σχήματι, τὸ ἄγευστον σημαίνουσα τῆς ὄψεως· τοῦ δὲ διακεχυμένου, ὡσανεὶ ὑπομειδιῶσα καὶ κεχαλασμένη καὶ λίχνους προσκαλουμένη πόῤῥωθεν ὀφθαλμούς· καὶ τὸ τῆς ἡδονῆς αὐτοῖς πάθος εὐαγγελιζομένη, τῇ φαιδρότητι· ἐπὶ δὲ τῆς Ἐκκλησίας τὸ τῶν παρθενευόντων τάγμα καὶ ἀσκουμένων τὴν σεμνότητα, αὐχμηροτέραν καὶ δυσέντευκτον τοῖς αἱρετικοῖς ἐρασταῖς δεικνυόντων τὴν ὄψιν τῆς Νύμφης· καὶ οὐδὲν ἔχουσα τῇ ἐκείνων γεύσει ἐδώδιμον· λέπυρον γὰρ ῥόας, τοὺς μὲν ἔξωθεν γενομένους ἀποσοβεῖ, ἀποτρόπαιον ἔχον τῇ γεύσει ποιότητα· κρύπτει δὲ τὸν ἔσω καρπὸν ἀσφαλῶς· λαώδης δὲ καὶ παραπλήσιος πανηγύρει πλήθους ἀγάπῃ συνδεδεμένου, ὁ τῆς ῥόας καρπός· οὐ μόνον ἕρκει κραταιῷ τῷ ἔξω φλοιῷ φρουρούμενος, ἀλλὰ καὶ ὑμέσι λεπτοῖς εἰς διάφορα διῃρημένος συστήματα· καὶ μιμούμενος τὰ τάγματα τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολούθου τάξεως· τοσοῦτον διῃρημένα, ὅσον μὴ συγκεχῦσθαι τὸν Ἐκκλησίᾳ πρέποντα κόσμον, καὶ λαῷ Θεοῦ καθήκουσαν κατάστασιν φυλάττεσθαι· ἀξιώμασιν ἀρετῆς καὶ λειτουργίας ἱερατικαῖς οἰκονομικῶς μεριζόμενα, καὶ οὐ κεχωρισμένα διαθέσει, ἀλλ' ἀγάπῃ συνδεδεμένα· καὶ ἐντὸς δὲ τῆς σιωπήσεως τοιαύτη ἐστὶν ἡ παρειὰ τῆς Νύμφης, πολὺ τὸ σεμνὸν μετὰ αὐστηρᾶς κατέχουσα τῆς καταστολῆς.

filum habent coccineum; filum quidem quia ligant, coccineum vero propter vivificam eorum et ignitam virtutem. Nam istiusmodi etiam caro viva est, quæ ruborem vitæ testem præ se fert: id quod significans Dominus ait: « Verba mea spiritus et vita sunt[76]; » per spiritum quidem fili vinculum, per vitam vero coccinum designans. Loquela porro illorum decora, cum utilitate delectationem continens.

Origenis. — Nempe ignitus est verbi apparatus, etc.

Sicut cortex mali punici gena tua extra taciturnitatem tuam.

Gregorii. — Post oris venustatem genarum rubore sponsus delectatur, id quod consuetudo malas vocat et assimilat ipsi cortici mali punici. Quemadmodum enim mali punici fructus sub austeritate et acerbitate corticis custoditur, sic etiam gravis et continens et austera vivendi ratio custos fit bonorum continentiæ. Laudat autem publicam et internam castitatem. Duplex namque hinc laus excolit, cum propter vitam in iis quæ apparent bene compositam, tum propter ea quæ in anima passionum experte geruntur recte, quæ soli patent illi qui arcana introspicit. Quamobrem ait illud: *Extra taciturnitatem tuam.*

Nili. — Propter animæ quidem austeritatem vitæ passionibus inaccessam malum sunt genæ cortici mali punici ob austeritatem non absimiles. Hoc namque membro potissimum judicatur animi status temperantis quidem subtristis, et incontinentibus oculis severitate gestus ac vultus indicans displicentiam; effusi vero quasi subridens et effrenis ac lascivos eminus alliciens oculos et affectum voluptatis amœnitate vultus ipsis annuntians. In Ecclesia vero virginitatem colentium ordo est, et austeram gravitatem et inaccessum hæreticis amatoribus vultum Sponsæ ostendentium, et nihil quod ad illorum gustum sit habentem. Cortex enim mali punici deforis quidem ipsum gustantes repellit, quod qualitatem habeat gustui contrariam, sed interiorem fructum secure custodit. Cæterum popularis et panegyri multitudinis non absimilis est mali punici fructus charitate colligatus, non firmo solum septo externo cortice custoditus, verum etiam tenuioribus intermediis in diversas series distributus, ecclesiasticæ distributionis ordines imitatur eatenus divisos, ne decens Ecclesiam ornatus confundatur ac populo Dei conveniens status custodiatur, virtutum dignitatibus et sacerdotalibus ministeriis, dispensatione congrua sic distributis ut affectu minime separentur, sed charitate colligentur. Quin et extra taciturnitatem talis est Sponsæ habitus, qui cum austeritate multum habeat majestatis.

[76] Joan. VI, 64.

NOTÆ.

(50) *Loc. cit.* col. 269-272.

(51) Hoc scholium in C. B. Procopii nomen habet.

Origenis. — Laudi temperantiæ adjungit, etc.

VERS. 4. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est in Thalpioth, mille clypei pendent super eam, omnia jacula potentium.*

Gregorii. — Ex his discimus ea quæ a sanctis fiebant typum quemdam exstitisse ac doctrinam eorum quæ recte fiunt ex virtute, ut nuptiæ quibus virtutum convictus nobis per ænigmata proponitur. Migratio autem virtuosæ vitæ institutionem denotat: ædificiorum exstructiones nos in virtutis structuram studium ac diligentiam impendere jubent bellum adversus alienigenas, docet nos fortiter gerere adversus iniquitates. Sic igitur etiam insignis illa turris David, in qua opima spolia suspendit, ad Ecclesiæ profectum spectat, dum per illam divinos quosdam esse doctores insinuat, qui in populo colli locum obtinent, ac verum caput Christum in semetipsis portant, nutriendi vi præditi, nempe per doctrinam qua corporis Ecclesiæ vires conservantur; cumque spiritus capaces sint qui cor reddit igneum et calefacit, et per sonoram vocem deserviant sermoni et concinnum vertebrarum situm per vinculum pacis in populo efficiant et inclinent se humilibus condescendendo, ac rursus erigant ea quæ sursum sunt sapiendo et ad latera se facile obliquando convertant in declinandis et cavendis variis diaboli insidiis, ostendentes qualis quoque fuerit beatus Paulus, qui Christi nomen portavit cum esset vas electionis et sonora arteria Evangelium prædicaret, et Christum haberet in se loquentem ac disserentem. Tale ergo collum vere fuit a Davide ædificatum. Intellige autem Davidem regis Patrem in conspicuo et excelso quodam loco (hoc enim sibi vult Thalpioth) qui ab initio constituit hominem ut esset turris et non vi caderet, et per gratiam eum rursus ædificavit multis munitum clypeis et hastis potentium, non in terra jacentibus, sed in aere suspensis quæ fuerint angelicæ custodiæ, ut inimicorum insultibus non facile amplius posset invadi, verum etiam terrorem ipsis incuterent, adeo ut ne omnino quidem auderent turrim invadere. Numerus autem millenarius sumitur ad indicandam multitudinem. Per humeros autem quibus hocce collum est adnatum, intellige studia agendi et operandi per quæ nostra brachia suam operantur salutem. Quando igitur turris regis evaserit, conscenderit autem sublimem vivendi rationem, tunc impletur id quod dictum est a Domino: « Non potest abscondi civitas supra montem posita [78] » intellige autem turrim pro civitate.

Nili. — In præcedentibus quidem sponsæ collum

[78] Matth. v, 14.

Ὠριγένους. — Προστίθησι τῷ τῆς σωφροσύνης ἐπαίνῳ, κ. τ. λ. (52).

δ'. *Ὡς πύργος Δαβὶδ τράχηλός σου, ὁ ᾠκοδομημένος ἐν Θαλπιώθ· χίλιοι θυρεοὶ κρέμανται ἐπ' αὐτόν· πᾶσαι βολίδες τῶν δυνατῶν.*

Γρηγορίου. — Ἐκ τούτων μανθάνομεν ὅτι τὰ παρὰ τῶν ἁγίων γινόμενα, τύπος τις καὶ διδασκαλία τῶν εἰς ἀρετὴν κατορθουμένων ἐγίνοντο· οἷον οἱ γάμοι, δι' ὧν τὴν τῶν ἀρετῶν συνοίκησιν ἡμῖν δι' αἰνιγμάτων ὑποτίθενται· ἡ ἀποικία, καὶ γὰρ τοῦ ἐναρέτου βίου τὸν οἰκισμὸν ὑποβάλλει· αἱ τῶν οἰκοδομημάτων κατασκευαί, τὴν γὰρ δι' ἀρετῆς οἰκοδομουμένην ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι διακελεύεται· ὁ κατὰ τῶν ἀλλοφύλων πόλεμος, διδάσκων κατὰ τῆς ἀδικίας ἡμᾶς ἀνδρίζεσθαι· οὕτω τοίνυν καὶ ὁ παρὰ τοῦ Δαβὶδ περιφανὴς πύργος, ἐν ᾧ τὰ ἀκροθίνια τῶν λαφύρων ἀνέθηκε, πρὸς τὴν προκοπὴν τῆς Ἐκκλησίας βλέπει· διὰ τούτου παρεμφαίνων θείους τινὰς εἶναι τοὺς ἐν τῷ λαῷ τὸν τραχήλου τόπον ἔχοντας διδασκάλους, οἵτινες τὴν ἀληθινὴν κεφαλὴν τὸν Χριστὸν βαστάζοιεν ἐφ' ἑαυτῶν· ἔχοντες καὶ τὴν θρεπτικὴν ἐνέργειαν, φημὶ δὴ τὴν διδασκαλίαν· δι' ἧς τῷ σώματι τῆς Ἐκκλησίας συντηρεῖται ἡ δύναμις· δεκτικοί τε τοῦ Πνεύματος ὄντες, τοῦ τὴν καρδίαν πυροειδῆ ποιοῦντος καὶ ἐκθερμαίνοντος, καὶ διὰ τῆς εὐήχου φωνῆς ὑπηρετοῦντες τῷ λόγῳ, καὶ τὴν ἐναρμόνιον τῶν σπονδύλων θέσιν, διὰ τοῦ συνδέσμου τῆς εἰρήνης φέρεσθαι, καὶ ἀνορθούμενον πάλιν ἐν τῷ τὰ ἄνω φρονεῖν, καὶ πρὸς τὰ πλάγια μεταστρεφόμενον εὐκόλως· ἐν ᾧ τὰς ποικίλας τοῦ διαβόλου μεθοδίας ἐκκλίνειν καὶ ἀσφαλίζεσθαι δεικνύντες, οἷος ἦν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, ὃς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἐβάστασε, σκεῦος ἐκλογῆς γενόμενος, καὶ εὐήχῳ ἀρτηρίᾳ κηρύττων τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τὸν Χριστὸν ἔχων λαλοῦντά τε καὶ φθεγγόμενον· ὁ τοιοῦτος οὖν τράχηλος, ὄντως παρὰ τὸν Δαβὶδ ᾠκοδόμηται· νόει δὲ διὰ τοῦ Δαβὶδ, τὸν τοῦ βασιλέως πατέρα, ἐν περιόπτῳ τινὶ τόπῳ καὶ ὑψηλῷ· τοῦτο γὰρ τὸ Θαλπιώθ· ὃς ἐξ ἀρχῆς τὸν ἄνθρωπον κατεσκεύασεν εἶναι πύργον, καὶ οὐχὶ σύμπτωμα· καὶ διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ πάλιν ᾠκοδόμησεν, ἀσφαλισάμενος τοῖς πολλοῖς θυρεοῖς, καὶ ταῖς βολίσι τῶν δυνατῶν, οὐ κειμένοις ἐπὶ γῆς, ἀλλὰ διαερίοις κρεμαμένοις, οἵτινες εἶεν ἀγγελικαὶ φρουραί, ὡς μηκέτι τῶν πολεμίων ἐφόδοις ἐπίδουλον γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ φόβον ταύταις ἐμποιεῖν, τοῦ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγχειρῆσαι καταδραμεῖν· τὸ δὲ, χίλιοι, εἰς ἔνδειξιν πλήθους λαμβάνεται· ὤμους δὲ νοήσεις, οἷς πέφυκεν οὗτος ὁ τράχηλος, τὰς πρακτικάς τε καὶ ἐνεργητικὰς σπονδάς, δι' ὧν οἱ βραχίονες ἡμῶν τὴν σωτηρίαν αὐτῶν κατεργάζονται· ὅταν τοίνυν τις βασιλέως μὲν πύργος ᾖ, ἐπὶ δὲ τῆς ὑψηλῆς πολιτείας βεβηκὼς τύχῃ, τότε πληροῦται τὸ παρὰ τοῦ Κυρίου λεγόμενον· « Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη· » νόει δέ μοι τὸν πύργον ἀντὶ τῆς πόλεως.

Εἰ μὲν τοῖς ὀπίσω ὁ τράχηλος τῆς Νύμφης, ὡς

NOTÆ.

(52) *Patrol.* t. XVII, *cit.* col. 272.

ὁρμίσκος (53) *διὰ τὸ καμπύλον* ἐλέγετο, νῦν δὲ *ὡς* A *πύργος Δαβίδ*, διὰ τὸ ὄρθιον καὶ ἀνεστηκός· ἀλλὰ τῷ μὲν καμπύλῳ τὸ ὄρθιον ἐναντίον· ἡ δὲ ὡς ὁρμίσκος κατάστασις, τῇ ὡς πύργῳ διάφορος μὲν, οὐ μὴν ἐναντία· ὅτε μὲν γὰρ τὸ πρὸς τοὺς ἀσθενεστέρους συγκαταβατικὸν αὐτῆς, καὶ τὴν ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς ταπεινοφροσύνην βούλεται δηλοῦν ὁ λόγος, ὁρμίσκον τὸν τράχηλον αὐτῆς ὀνομάζει, τῷ μετρίῳ κεκαμμένην φρονήματι· ὅτε δὲ τὸ πρὸς τὰ πάθη καὶ τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις ὑπερανέχον καὶ διανεστηκὸς, πύργον Δαβὶδ ἀπρόσιτον δηλαδὴ τοῖς πολεμίοις· *Χίλιοι δὲ θυρεοὶ κρέμανται ἐπ' αὐτὸν, καὶ πᾶσαι βολίδες τῶν δυνατῶν*, αἱ τῶν πρὸς αὐτὴν ἀγωνιζομένων δυνάμεων· ἃς χειρωσαμένη καὶ ἐξόπλους ποιήσασα τοῦ ἑαυτῆς ἐξήρτησε τραχήλου, σημεῖον τοῦ παρ' αὐτῆς νενικημένου πλήθους ἐσομένας· οὐδὲν ὑπολιπομένη τοῖς ἐχθροῖς βέλος, ᾧ πάλιν βαλεῖν δυνήσονται κατ' αὐτῆς· οὐ γὰρ ἀριθμὸν βολίδων, ἀλλὰ πάσας ἔχει λαβοῦσα παρ' ἑαυτῇ· οὕτω καὶ ὁ Νυμφίος αὐτῆς ἐκένωσε τοῦ ἐχθροῦ πολεμοῦντος τὴν δύναμιν· ἔστι δὲ θυρεοὺς καὶ τὰς περικοπὰς τῆς πίστεως εἰπεῖν· τὸ δὲ Θαλπιὼθ, *ἐν ἐπάλξεσιν*, ἑρμηνεύεται· ἐπάνω οὖν τῶν πειρασμῶν ᾠκοδομῆσθαι τὸν πύργον φησίν.

Ὠριγένους. — Ἀκύλας τὸ *Θαλπιὼθ*, *ἐπάλξεις* ἐκδέδωκεν, κ. τ. λ. (54).

ε', ς'. *Δύο μαστοί σου, ὡς δύο νεβροὶ δίδυμοι δορκάδος οἱ νεμόμενοι ἐν τοῖς κρίνοις· ἕως οὗ διαπνεύσῃ ἡ ἡμέρα καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί.*

Γρηγορίου. — Δίδυμός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὅ τε C ἔξωθεν καὶ φαινόμενος, καὶ ὁ ἔσωθεν καὶ κρυπτὸς, κατὰ ταυτὸν ἀλλήλοις συνεπιδημοῦντες τῷ βίῳ· οὔτε γὰρ προϋπάρχει τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, οὔτε προκατασκευάζεται τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα· ἀλλ' ὁμοχρόνως ἐν τῇ ζωῇ γίνονται· τροφὴ δὲ τούτοις, κατὰ φύσιν μὲν ἡ καθαρότης καὶ ἡ εὐωδία, ὧν ἐφορῶσιν αἱ ἀρεταί· ἔστι δὲ ὅτε τὸ δηλητήριόν τισιν, ἀντὶ τοῦ τροφίμου σπουδάζεται, οἳ οὐχὶ τὰ ἄνθη τῶν ἀρετῶν ἐπιβόσκονται, ἀλλ' ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις ἐπιτέρπονται. Ἐπεὶ τοίνυν διακριτικῶς χρεία ὀφθαλμῶν τῶν δυναμένων ἐν ἀκριβείᾳ διαγνῶναι τὸ κρίνον τε καὶ τὴν ἄκανθαν, καὶ τὸ μὲν σωτήριον προελέσθαι, τὸ δὲ φθοροποιὸν ἀποπέμψασθαι, διὰ τοῦτο τὸν καθ' ὁμοιότητα Παύλου μαζὸν τοῖς νηπίοις γινόμενον, καὶ γαλακτοτροφοῦντα τοὺς ἀρτιγενεῖς τῆς Ἐκκλησίας, D διὰ δὲ μαζῶν ἀλλήλοις συγγενηθέντων, τῶν τοῖς νεβροῖς τῆς δορκάδος ὠνομασμένων ὁ λόγος ἀπείκασεν· διὰ πάντων μαρτυρῶν τῷ τοιούτῳ μέλει τῆς Ἐκκλησίας τὸ δόκιμον· ὅτι καθ' ἑκάτερον εὐοδοῦται πρὸς τὴν τῶν καθαρῶν κρίνων νομήν· ὀξὺ δεδορκὼς, καὶ διακρίνων τοῦ τροφίμου τὴν ἄκανθαν· καὶ ὅτι περὶ τὸ ἡγεμονικὸν ἀναστρέφεται· οὗ σύμβολον ἡ καρδία ἐστὶν, ἡ δι' ἑαυτῆς τοὺς μαζοὺς ὑποτρέφουσα· καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, ὅτι οὐχ ἐν ἑαυτῷ κατακλείει τὴν χάριν, ἀλλ' ἐπιχεῖ τοῖς δεομένοις τοῦ λόγου τὴν θηλήν· ἕως, φησὶ, μηκέτι αἱ σκιαὶ κρατῶσι τῆς περὶ τὸν βίον

A propter flexuram *quasi redimiculum* dicebatur, nunc autem *sicut turris David*, propter rectitudinem et erectionem. Atqui flexuræ quidem rectitudo, status autem redimiculo similis sui sicut turri adversatur : diversus quidem non tamen contrarius. Quando enim ipsius erga infirmiores condescensionem et in virtutibus humilitatem declarare sermo cupit, redimiculum et collum ejus moderatione animi inflexum appellat; quando autem contra passiones et adversarias virtutes præminentiam et erectionem, turrim David propter altitudinem inimicis inaccessam. *Mille* autem *clypei pendent super eam et omnia jacula fortium :* quæ sunt virtutum adversus ipsam pugnantium, quas subigens et exarmans, earumdem arma de collo B suo suspendit in signum multitudinis a se devictæ nullum relinquens inimicis telum, quo ipsam iterum impetere valeant; non enim certum jaculorum numerum, sed omnia penes se habet accepta. Sic etiam Sponsus ejus inimici pugnantis virtutem evacuavit Liceat quoque clypeos vocare fidei profectus : illud autem Thalpioth *in propugnaculis* interpretatur, itaque supra mœnia turrim ædificatam ait.

Origenis — Aquila Thalpioth *propugnacula* exposuit, etc.

Vers. 5, 6. *Duo ubera tua sicut gemelli hinnuli capreæ, qui pascuntur in liliis, donec aspiret dies et amoveantur umbræ.*

Gregorii. — Geminus est homo, scilicet exterior seu apparens et interior seu occultus : cum ipsi simul inter se conjuncti veniant in vitam. Nam neque anima est ante corpus neque ante animam corpus construitur, sed eodem tempore in vita simul exsistunt. Alimentum autem eis secundum naturam quidem est puritas et bonus odor quorum fertiles sunt virtutes : quidam autem nonnunquam tenentur majore studio veneni quam nutrimenti, qui virtutum floribus non pascuntur, sed spinis delectantur et tribulis. Cum igitur opus sit oculis discernendi vi præditis qui exacte possint dignoscere lilium et spinam et quod quidem salutare est eligere, quod vero exitiale est amandare; propterea eum qui ad similitudinem Pauli nutricis instar est infantibus, et lacte nutriet eos qui recens nati sunt Ecclesiæ, duo ubera simul congenita, et capreæ hinnulis assimilata hic sermo nominavit, per omnia testificans ejuscemodi membri Ecclesiæ præstantiam quod per utrumque recte deducatur ad pascua purorum liliorum accurate discernens spinam a nutrimento quodque circa partem animæ principalem versetur, cujus symbolum est cor, quod per se alit ubera : atque insuper non in semetipso gratiam concludit, sed indigentibus verbi mamillam porrigit donec, inquit, non amplius umbræ prævaleant ipsi ea quæ ad-

NOTÆ.

(53) Ἐν μὲν τοῖς — πύργον φησίν. Hæc sancto Nilo vindicat C. B; dum in C. V. Gregorii nomen retinet.
(54) *Patrolog.* t. XVII, col. 272.

vitam conducant satagenti, sed luce ubique lucente A irradietur, dum dies sive Spiritus sancti lumen omnia quæcunque voluerit perspirat.

Nili. — Parvulos in Christo et adhuc lactis alumnos ubera vocat caprarum hinnulis similia : quoniam etiam dum Deum colere incipiunt propter fidei nobilitatem acumen hinnulorum obtinentes, perspicaces sunt spe futura et in promissis reposita tanquam præsentia cernentes. Quin et in liliis pascuntur hinnuli, dum possessionibus curisque vacantes floridis Ecclesiæ fructibus aluntur. Ad similem namque zelum pertingere desiderantes, voluptate rei desideratæ nutriuntur, quasi in prelo exsultantes eorum quæ prosunt institutione. Hoc autem faciunt, dum præsentia quæ umbra dicuntur B submota fuerint, aspirante ac illucescere incipiente die qui ex intellectili sole exsistit. Gemelli autem recte dicuntur hinnuli, utpote ex uno eodemque ventre ac partu simul tempore in lucem editi; Ecclesiæ namque parvuli uno partu per gratiam geniti sunt.

Origenis. — Quantum ad sponsam ubera sunt principalis animæ portio, etc.

Cyrilli. Vel etiam duo hinnuli sunt doctrina moralis et dogmatica, quæ sunt duo sponsæ ubera, quibus enutriti acute quid cernunt quoad Deum : lilia vero vocat apostolicorum et evangelicorum sermonum suaveolentiam quibus pascimur usque ad consummationem sæculi.

C

Ibo mihi ad montem myrrhæ et ad collem thuris.

Gregorii. — Cum membratim laudasset Sponsam, deinceps totius corporis laudes prosecuturus et integrum simul facturus encomium, causam inseruit cur talis esset, dicens : *Ibo mihi*, etc.; per myrrham quidem passionem, per thus vero divinitatis gloriam insinuans : cum dixit autem *mihi ipsi*, declaravit quoniam nemo ab ipso tollit animam, sed habet potestatem ponendi eam et habet potestatem rursum accipiendi : per montem autem mysterii magnitudinem sublimitatemque declarat.

Nili. — Deinde subjunxit : quandoquidem tam pulchram vidit esse Sponsam, sive animam, sive D etiam Ecclesiam, festinat deinceps ad mortem ut sibi ipsi hanc sistat non habentem maculam neque rugam nec quid simile, utque ipsam lavacro aquæ in verbo mundaret. Cæterum haud invita sed sponte procedit : mons namque mortem declaravit ; collis vero resurrectionem et ad cœlos ascensionem esse : mons quidem mortem propter horrorem, collis vero resurrectionem, quia mortis gravitatem spe reddit leviorem. Cum autem sigillatim membra Sponsæ collaudavit per id quod subjicitur, totam ipsam celebrat encomiis, immaculatam totamque pulchram appellans.

σπουδαζομένης ἀπάτης· ἀλλ' ἤδη τοῦ φωτὸς πανταχῆ διαλάμψαντος, καταυγασθῇ τὰ πάντα τῆς ἡμέρας τῆς ὅπου θέλει διαπνεούσης, ἤγουν τοῦ παναγίου Πνεύματος τὸ φῶς.

Νείλου. — Τοὺς νηπίους ἐν Χριστῷ καὶ γαλακτοτροφουμένους ἔτι, ἔτι μαζοὺς ὀνομάζει νεβροῖς δορκάδων παραπλησίους· ἐπειδὴ καὶ οἱ ἀρχόμενοι τῆς θεοσεβείας διὰ τὴν τῆς πίστεως εὐγένειαν, τὸ τῶν δορκάδων ἔχοντες ὀξυδερκὲς, διορατικοὶ τυγχάνουσι, τῇ ἐλπίδι βλέποντες ὡς παρόντα τὰ μέλλοντα καὶ ἐν ἐπαγγελίαις κείμενα· καὶ ἐν κρίνοις δὲ νέμονται οἱ νεβροὶ, τῷ τῶν ἀκτημόνων τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἀφροντίδων ἀνθηρῷ τρεφόμενοι· πρὸς γὰρ τὸν ὅμοιον ζῆλον φθάσαι ποθοῦντες, τρέφονται τῇ ἡδονῇ τοῦ ποθουμένου, ὡς ἐν λειμῶνι σκιρτῶντες τῇ τῶν ὠφελούντων πολιτείᾳ· τοῦτο δὲ ποιοῦσιν ἕως τὰ παρόντα σκιὰ εἰρημένα κινηθῇ· διαπνευσάσης καὶ ὑποφαίνειν ἀρξαμένης τῆς ἐκ τοῦ νοητοῦ ἡλίου γινομένης ἡμέρας· δίδυμοι δὲ οἱ νεβροὶ καλῶς εἴρηνται, μιᾶς κοιλίας καὶ ὠδῖνος ὄντες σύγχρονοι· καὶ γὰρ οἱ τῆς Ἐκκλησίας νήπιοι, μιᾷ ὠδῖνι διὰ τῆς χάριτος ἀπεκυήθησαν.

Ὠριγένους. — Τὸ ἡγεμονικὸν, κ. τ. λ. (55).

Κυρίλλου. — Ἢ καὶ δύο νεβροὶ, ἡ ἠθικὴ καὶ δογματικὴ διδασκαλία, οἱ δύο τῆς Νύμφης μαστοί· ἐξ ὧν οἱ τρεφόμενοι ὀξύτητι βλέπουσι πρὸς Θεόν· κρίνα δὲ τῶν ἀποστολικῶν καὶ εὐαγγελικῶν λόγων τὴν εὐωδίαν, ἅπερ νεμόμεθα μέχρι συντελείας.

Πορεύσομαι ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄρος τῆς σμύρνης, καὶ πρὸς τὸν βουνὸν τοῦ Λιβάνου.

Γρηγορίου. — Κατὰ μέρος ἐπαινέσας τὴν Νύμφην, εἶτα μέλλων ὁλοσώματον ποιεῖσθαι τὸν ἔπαινον, καὶ ὅλην ὑφ' ἓν ἐγκωμιάζειν, μεταξὺ τὴν αἰτίαν τοῦ αὐτὴν εἶναι παραβέβληκε λέγων· *Πορεύσομαι ἐμαυτῷ*, καὶ τὰ ἑξῆς· διὰ μὲν οὖν τῆς σμύρνης, τὸ πάθος· διὰ δὲ τοῦ λιβάνου, τὴν δόξαν τῆς θεότητος ἐνδειξάμενος· εἰπὼν δὲ, *ἐμαυτῷ*, παρέστησεν ὅτι οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ· ἀλλ' ἐξουσίαν ἔχει θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχει πάλιν λαβεῖν αὐτήν· διὰ δὲ τοῦ ὄρους, τὸ μέγα δείκνυσι τοῦ μυστηρίου καὶ ὑψηλόν.

Νείλου. — Εἶτα ἐπήγαγεν· ἐπειδὴ οὕτω καλὴν τὴν Νύμφην, εἴτε ψυχὴν, εἴτε καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, σπεύδει λοιπὸν ἐπὶ τὸν θάνατον· ἵνα παραστήσῃ ἑαυτῷ ταύτην, μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα ἢ τοιοῦτον· καὶ ἵνα καθαρίσῃ τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι· πορεύσεται δὲ οὐχ ἄκων, ἀλλ' ἑκών· ὄρος γὰρ τὸν θάνατον ἐδήλωσε· μεθ' ὃν βουνὸν τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν· ὄρος μὲν τὸν θάνατον, διὰ τὸ φοβερόν· βουνὸν δὲ τὴν ἀνάστασιν, διὰ τὸ τῇ ἐλπίδι τοῦ θανάτου τὸ δεινὸν ἐπελαφρίζειν· κατὰ μέρος δὲ ἐπαινέσας τὰ μέλη τῆς Νύμφης, διὰ τοῦ ἐπαγομένου ὅλην αὐτὴν ἐγκωμιάζει, ἄμωμον καὶ ὅλην καλὴν προσαγορεύων.

NOTÆ.

(55) *Patrolog.* t. XVII, col. 272.

ζ'. Ὅλη καλὴ εἶ, ἡ πλησίον μου, καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί.

Γρηγορίου. — Οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως καθαρθῆναι τοῦ μώμου τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, μὴ τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, πᾶσαν δι' ἑαυτοῦ ἐξαφανίσαντος τὴν κακίαν, καταργῆσαι διὰ τοῦ θανάτου τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, καὶ πάλιν ἑαυτὸν ἐπαναγαγεῖν πρὸς τὴν ἰδίαν δόξαν τῆς θεότητος, ἣν εἶχεν ἀπ' ἀρχῆς πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι· διό φησιν· Ἀνέξομαι θάνατον, ὅπως αὐτὴν καθάρω. Ὁ τοίνυν συμμετασχὼν τῆς σμύρνης, εἴτουν τοῦ θανάτου, συμμεθέξει πάντως καὶ τοῦ θανάτου· ὁ γὰρ συμπάσχων, καὶ συνδοξάζεται. Ὁ δὲ ἅπαξ ἐν τῇ θείᾳ δόξῃ γενόμενος, ὅλος γίνεται καλὸς, ἔξω τοῦ ἀντικειμένου μώμου γενόμενος.

η'. Δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου, Νύμφη, δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου· ἐλεύσῃ καὶ διελεύσῃ ἀπ' ἀρχῆς πίστεως· ἀπὸ κεφαλῆς Σανεὶρ καὶ Ἀερμών· ἀπὸ μανδρῶν λεόντων· ἀπὸ ὀρέων παρδάλεων.

Κυρίλλου. — Διδάσκει ἡμᾶς πόθεν ἡ Νύμφη, καὶ ὅτι ἐξ εἰδωλολατρείας ἔρχεται· κατείδωλον γὰρ ὄρος ὁ Λίβανος· ὅθεν, *Ἐλεύσῃ*, φησίν· *διελεύσῃ* δὲ διὰ τοῦ νόμου· ἀγνοοῦσα γὰρ αὐτὸν, τὸ Χριστοῦ κατηχήθης μυστήριον.

Γρηγορίου.—Εἰπὼν γὰρ, ὅτι «Καλὴ εἶ, καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί·» ὡς ἂν μὴ τῇ μαρτυρίᾳ ταύτῃ ἐκχαυνωθεῖσα, πρὸς τὴν τῶν μειζόνων ἄνοδον ἐμποδισθεῖσα, πάλιν διὰ τῆς προτρεπτικῆς ταύτης φωνῆς ἐπὶ τὴν τῶν ὑπερκειμένων ἀναβῆναι παρακελεύεται. Καλῶς, φησὶν ἐν τοῖς φθάσασιν, ἠκολούθησας· ἦλθες μετ' ἐμοῦ πρὸς τὸ ὄρος τῆς σμύρνης· συνετάφης γάρ μοι διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον· συνανῆλθές μοι καὶ ἐπὶ τὸν βουνὸν τοῦ λιβάνου· συνανέστης γὰρ καὶ ὑψώθης ἐν τῇ τῆς θεότητος κοινωνίᾳ· ἀνάβηθι καὶ ἀπὸ τούτων ἐπὶ ἕτερα ὄρη προκόπτουσα καὶ ὑψουμένη διὰ τῆς ἐνεργοῦς γνώσεως· ἀρχὴ γάρ σοι πίστεως καὶ ἐπὶ τῆς πρὸς τὰ ὑψηλὰ πορείας, οὗτος ὁ λίβανος γέγονεν, οὗ μετέσχες διὰ τῆς ἀναστασίως, οὐκ ἔτι μνηστὴ, ἀλλὰ Νύμφη γινομένη· ἀπὸ τοίνυν τῆς ἀρχῆς ταύτης, ἥτις ἐστὶν ἡ πίστις, *Ἐλεύσῃ καὶ διελεύσῃ*· τουτέστι καὶ νῦν ἥξεις, καὶ εἰς ἀεὶ διερχομένη διὰ τῶν τοιούτων ἀνόδων οὐκ ἀπολήξεις. *Ἀπὸ κεφαλῆς Σανεὶρ καὶ Ἀερμών.* Διὰ τούτων δὲ, τὸ τῆς ἄνωθεν γεννήσεως ὑποφαίνει μυστήριον· ἐντεῦθεν γὰρ, φησὶ, τὰς τοῦ Ἰορδάνου πηγὰς, ὧν ὑπέρκειται τοῦτο τὸ ὄρος, δύο λοφιαῖς μεριζόμενον, αἷς ταῦτα ἐπίκειται ὀνόματα· τὸ δὲ ἀπὸ λεόντων τε καὶ παρδάλεων, ἀπὸ διαβολικῶν εἱρκτῶν καὶ ποικίλων ἁμαρτημάτων, ἀφ' ὧν ψυχὴ καταστίζεται· ἀνέμνησε δὲ τῶν λυπηρῶν, διὰ τῶν θηρίων τούτων, ἡδίω ποιῶν τὰ εὐφραίνοντα· καὶ ἵνα μᾶλλον ἐντρυφῶν τοῖς παροῦσι καλοῖς· μανθάνουσα διὰ τῆς παραθέσεως οἷα ἀνθ' οἵων ἠλλάξατο, καὶ ἅμα τῇ ἀποστροφῇ τῶν χειρόνων τὸ ἀκλινές τε καὶ ἀπαράτρεπτον ἐν τοῖς ἀγαθοῖς κατορθώσειεν.

Νείλου. — Πάλιν προσκαλεῖται μέν τις τὴν Νύμφην· ὁ δὲ προσκαλεσάμενος σεσιώπηται· εἴτε δὲ αὐτὸς ὁ Νυμφίος ἐστὶν, εἴτε οἱ τοῦ Νυμφίου φίλοι, ἢ

VERS. 7. *Tota pulchra es, proxima mea, et macula non est in te.*

Gregorii. — Non aliter enim humana natura purgari potest a macula nisi agnus qui tollit peccata mundi, per se omne vitium deleverit, per mortem suam illum qui mortis imperium habet abolendo, ac rursus semetipsum reducendo ad propriam divinitatis gloriam quam habuit ab initio priusquam mundus esset. Propterea, inquit, sustinebo mortem ut ipsam e medio tollam. Qui igitur cum ipso fuerit myrrhæ particeps omnino etiam erit particeps thuris; qui enim compatitur, etiam conglorificabitur; qui autem semel fuerit in gloria divina, totus fit pulcher, remotus ab omni macula adversa.

VERS. 8. *Veni a Libano, Sponsa, veni a Libano: venies et transibis a principio fidei, a capite Sanir et Ermon, a latibulis leonum, a montibus pardorum.*

Cyrilli. — Docet nos unde sponsa, nempe ab idololatria veniat. Libanus enim mons idololatricus, unde, inquit; *venies, transibis* autem per legem, cum enim Christum ignoraret ejus mysterium edocta es.

Gregorii. — Cum dixisset quoniam pulchra es et macula non est in te, ne hoc testimonio elata et facta insolentior impediretur quominus ascenderet ad majora, per hanc adhortandi vocem ad rerum supernarum desiderium ascendere admonetur. Recte secuta es, inquit in præcedentibus, venisti mecum in montem myrrhæ: consepulta enim fuisti mecum per baptismum in mortem, simul mecum etiam ascendisti in collem thuris; nam consurrexisti et in altum fuisti sublata in communione divinitatis: ascende etiam ab his ad alios montes proficiens et in altum evecta per evidentem cognitionem. Fidei namque tibi et ad sublimiora profectionis principium fuit hocce thus, cujus per resurrectionem particeps exstitisti, non amplius ad nuptias petita sed jam sponsa effecta: ab hoc ergo principio, quod est fides, *venies et transibis*: hoc est, et nunc venies et non cessabis semper transire per hujusmodi ascensiones *a capite Sanir et Ermon.* Per hoc autem subindicat mysterium supernæ nativitatis: hinc enim dicent manare fontes Jordanis, super quos situs est hic mons; qui dividitur in duo cacumina quibus imposita sunt hæc nomina: a leonibus et pardis, a diabolicis carceribus et variis peccatis a quibus anima suffocatur. Meminit autem tristium per feras hasce ut suaviora redderet ea quæ delectant et ut in præsentibus bonis majorem capiat voluptatem, discens per comparationem quænam quibuscum mutavit: et simul ut per aversionem ab iis quæ sunt deteriora, in bonis stabilitatem et immutabilitatem obtineret.

Nili. — Rursum adhortatur quis Sponsam, monitor autem siletur, sive ipsemet Sponsus sit, sive hujus amici qui a profano loco ipsum avocant vel

τα τὴν πόλιν, ἥτις ἐστὶ ψυχὴ, τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκητήριον, ὑπὸ λῃστῶν κλαπῆναι οὐ δύναται· ἡ δὲ θεία ῥάβδος ἡ διὰ τοῦ πατάσσειν ἐνεργοῦσα τὴν ἴασιν, τὸ πνεῦμά ἐστιν, οὗ καρπὸς καὶ ἡ παιδαγωγία τῆς ἐναρέτου πολιτείας ἐγκρατής. Ἐπεὶ δὲ ταῖς τοιαύταις πληγαῖς καὶ Παῦλος ἐγκαυχώμενος ἔλεγε· « *Τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ σώματί μου περιφέρω*· δεικνὺς τὴν ἐν παντὶ κακῷ ἀσθένειαν· διὸ καὶ λέγειν εἶχεν· Ἡ γὰρ κατὰ Χριστὸν δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, εἴτ' οὖν ἐν ἀρετῇ, διὰ τοῦ τοιούτου τραύματος, ἡ τοῦ θερίστρου γέγονεν αὐτῇ ἀφαίρεσις· ἥτις νοοῖτο ἂν πᾶσα διστάζουσά τε καὶ κραδαινομένη διάνοια, ὡς ἀνακαλυφθῆναι τῆς ψυχῆς τὸ κάλλος, μὴ ἐπισκοτοῦντος ἔτι τοῦ ἐπιβλήματος, ἀλλὰ καθαρῶς πρὸς τὴν ἀλήθειαν βλέπειν. Πόθεν δὲ τὸ θέριστρον τῇ ἀποβαλούσῃ τὸν παλαιὸν ἤδη χιτῶνα, πρὸς τῶν ἐπιτηρούντων τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς τὰς διόδους; δῆλον ὡς ἀπὸ τῆς προκοπῆς. Καθῄρηθη γὰρ τοσοῦτον, ὡς πρὸ τούτου δοκεῖν, οὔπως ἀποδεδύσθαι τὸν παλαιὸν χιτῶνα· τοῦ γὰρ κατὰ Θεὸν ἀναβαίνοντος ἀεὶ πρὸ τοῦ παχύτερον. Τὸ δὲ θέριστρον, περιβόλαιον νυμφικὸν, συγκαλύπτον αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ πρόσωπον· τουτὶ γὰρ καὶ περὶ Ῥεβέκκας ἱστόρηται· τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἀφαιρεθῆναι αὐτῆς, ἔδειξε λέγων ὁ Παῦλος· *Ὅταν δὲ ἐπιστραφῇ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα.* Καλὸν δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ καλοῦ ποιμένος πρόβατον· καὶ ἡ δραχμὴ ἐπὶ τοῦ λύχνου, ἐφ' ᾗ χαίρουσι πάντες οἱ φίλοι καὶ γείτονες. Εἴποις δ' ἂν καὶ οὕτως, ὡς ζητοῦσα ὃν οὐχ εὗρε καὶ καλοῦσα τὸν ἄῤῥητον, διδάσκεται διὰ τῶν φυλάκων, ὡς τοῦ ἀνεφίκτου ἐρᾷ· δι' ὧν πλήσσεται καὶ τραυματίζεται τῇ τοῦ ποθουμένου ἀνελπιστίᾳ. Ἀλλὰ περιαιρεῖται τῆς λύπης τὸ θέριστρον τῷ μαθεῖν ὅτι προκόπτει ἀεὶ διὰ τοῦ ζητεῖν· καὶ τὸ μηδέποτε τῆς ἀνόδου παύεσθαι, τουτό ἐστιν ἡ ἀληθὴς τοῦ ποθουμένου ἀπόλαυσις. Ὡς οὖν περιείλατο τῆς ἀνελπιστίας τὸ θέριστρον, καὶ εἶδε τὸ ἀόριστόν τε καὶ ἀπερίγραπτον τοῦ ἠγαπημένου κάλλος, ἐν πάσῃ τῇ ἀϊδιότητι τῶν ἀνθρώπων κρεῖττον ἀεὶ εὑρισκόμενον, σφοδροτέρῳ γίνεται πόθῳ καὶ μηνύει τῷ ἀγαπωμένῳ διὰ τῶν τῆς Ἱερουσαλὴμ θυγατέρων, τὴν τῆς καρδίας διάθεσιν, καί φησιν·

η'. *Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ· ἐὰν εὕρητε τὸν ἀδελφιδόν μου, τί ἀπαγγείλητε αὐτῷ; ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ εἰμι.*

Γρηγορίου. — Ὅτι οὐχ ἕτερα παρὰ τὰ ἐν Εὐαγγελίοις εἰρημένα τὸ, «Μὴ ὀμόσαι ὅλως, ἀλλὰ τὸ, Ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ, Οὒ, οὔ·» δῆλον ἂν γένοιτο ἐκ τούτων· ἐν ἑτέρᾳ γὰρ ἐκδόσει, «Ὥρκισα ὑμᾶς κατὰ τῶν δορκάδων καὶ τῶν ἐλάφων, » εὑρέθη· καὶ διδασκόμεθα διὰ τούτων, ἐν τίσιν ἡ τοῦ κόσμου τούτου ἰσχύς τε καὶ δύναμις· ἃ πρὸς βεβαίωσιν τῆς ἀληθείας δι' ὅρκου παρείληπται· δύο τοίνυν ἡμᾶς οἰκεῖοι τῷ Θεῷ, πίστις ὀρθὴ καὶ τρόπος ζωῆς· δορκὰς μὲν γὰρ

[87] II Cor. IV, 10. [88] II Cor. III, 15. [89] Matth. V, 34.

ἀπλανῶς ὁρᾷ, ἔλαφος δὲ τῶν ἰοβόλων ἐστὶν ἀναιρετική· ὑποτίθεται τοίνυν ταῖς νεάνισιν ἡ Νύμφη κάθαρσιν καὶ ἀλήθειαν· οὕτω γὰρ τὸ ἀμετάθετον ἡμῖν βεβαιοῦται ὁ καὶ τὴν ἀλήθειαν πιστούμενος ὅρκος, ἐν ᾧ πᾶς ὁ ὀμνύων ἐπαινεῖται κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Ἀληθῶς γὰρ ὁ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις, τὸ ἀσφαλὲς ἐν ἑαυτῷ κατορθώσας, ἔν τε τῷ λόγῳ τῆς πίστεως, ὅταν ἀπλανῶς πρὸς τὴν ἀλήθειαν βλέπῃ, καὶ ἐν τῷ τρόπῳ τῆς ζωῆς, ὅταν παντὸς καθαρεύῃ τοῦ ἐκ πονηρίας μολύσματος· οὗτος ὄμνυσι τῷ Κυρίῳ μὴ ἀναβῆναι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς, μὴ δοῦναι ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἕως οὗ εὕρῃ τόπον τῷ Κυρίῳ, σκηνώματα τῷ ἐν αὐτῷ οἰκοῦντι γενόμενος. Μάθωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς νύμφης, εἰ τέκνα τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐσμεν, ὅπως ἔστιν ἰδεῖν τὸν ποθούμενον· B ἐὰν γὰρ ὅρκιον ἑαυτῆς ποιήσωμεν τόν τε πρακτικὸν καὶ θεωρητικὸν βίον, ὀψόμεθα καθαρῶς τὸν Νυμφίον τῆς ἀγάπης τοξότην· ὃς διὰ βάθους ἐντίθησι τὸ ἑαυτοῦ βέλος, τὴν τῆς θεότητος, φημὶ, κοινωνίαν τῇ ψυχῇ διὰ τῆς κατὰ τὴν πίστιν ἀκίδος γινομένην.

Νείλου. — Εἶδε τὸ σφάλμα ἑαυτῆς, καὶ τὴν ἀγανάκτησιν ἐπέγνω τοῦ ποθουμένου ἐκ πολλῆς ἀποστροφῆς, καὶ ζητεῖ ὅτῳ δήποτε τρόπῳ γνωσθῆναι τούτῳ, ποθοῦσα καὶ τὴν ὀδύνην οὐ φέρουσα τοῦ χωρισμοῦ· ὅθεν ἐκείνης ἀντιλαβοῦσα παρακαλεῖ πρεσβεῦσαι πρὸς τὸν Νυμφίον, καὶ δηλῶσαι τὰ παρ' αὐτῆς ἐκείνῳ· αἷς πρὸ ὀλίγου σεμνυνομένη τῷ ἀξιώματι, ἔλεγεν· *Εἰσήγαγέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ*, δεικνὺς πῶς μέγα συνείδησις πεπαρC ῥησιασμένη, καὶ πῶς πάλιν ταπεινὸν παῤῥησίας ἀφαίρεσις.

Φίλωνος. — Παῤῥησιάζεται ἡ ἁγία Ἐκκλησία ἐν τοῖς ἑαυτοῖς τέκνοις τοῖς μάρτυσι, δι' ὧν ἐτρώθη· καί φησιν τοῖς ἀποστόλοις ταῦτα καὶ προφήταις.

Θ'. Τί ἀδελφιδός σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ, ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν;

Νείλου. — Ἀποροῦσιν αἱ νεάνιδες ὁρκισθεῖσαι, τίς ἄρα εἴη καὶ ποταπὸς ὁ ἀγαπώμενος, ὅτι τοιούτῳ ὡρκίσθησαν ὅρκῳ· ὅθεν καὶ οὕτως ἀναπτερωθείσας αὐτὰς ἰδοῦσα ἡ Νύμφη, διαγράφει τὸν ζητούμενον χωρίζουσα τὸ κάλλος αὐτοῦ τῆς τῶν ἄλλων κοινωνίας, ἵνα μὴ τῶν πολλῶν εἷς λογίζεται ἁγίων, δεικνύουσα τὴν διαφορὰν τοῦ ἑαυτῆς ἀδελφιδοῦ, καὶ D τῶν ἀδελφιδῶν τῶν νεανίδων.

Κυρίλλου. — Ἤγουν τί πεποίηκεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἢ τί ἀπὸ ἀδελφιδοῦ σου ἔχεις;

Τί ἀδελφιδός σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ, ὅτι οὕτως ὥρκισας ἡμᾶς;

Γρηγορίου. — Αἱ ὁρκισθεῖσαι θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, πυνθάνονται ὁποῖος ὁ χαρακτὴρ τοῦ Νυμφίου, ὡς εἰ περιτύχωσιν αὐτῷ ἐπίγνωσιν αὐτὸν ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ δοθησομένων σημείων. Διὸ καὶ χαρακτῆρα παραδίδωσιν· οὐχ ὃ ἦν ἀρχῇ· ἄῤῥητος γὰρ οὐχ οἷός τε δυνάμει λόγων φανερωθῆναι· ἀλλὰ πρὸς τὴν διὰ σαρκὸς ἐπιφάνειαν χειραγωγεῖ τὰς παρθένους, ὥσπερ καὶ πεποίηκεν Ἰωάννης· «Ὃ μὲν ἦν ἀπ' ἀρχῆς,» σιωπήσας· «Ὃ δὲ ἑωράκαμεν καὶ

A cervus autem bestias venenatas e medio tollit. Itaque sponsa juvenculis proponit purgationem ac veritatem. Sic enim firmitas in nobis stabilitur et juramentum fidem astruit veritati, in quo omnis qui jurat laudatur juxta prophetæ vocem. Vero enim is qui in duobus his certitudinem sibi comparat, nimirum in verbo fidei quando sine errore respicit ad veritatem, et in ratione vivendi, quando ab omni pravitatis inquinatione purus est; hic vero jurat Domino se non ascensurum in lectum sibi stratum neque somnum oculis suis concessurum, donec inveniat locum Domino, factus tabernaculum ipsi in se habitanti. Discamus igitur et nos ex Sponsa, si filii Jerusalem sumus, qui desideratum cernere possimus; nam si hoc jurando nosmetipsi astrinxerimus tam ad vitam quæ in actione quam quæ in contemplatione versatur, videbimus pure Sponsum qui dilectionem ejaculatur et profunde telum, divinitatis inquam, suæ communionem animæ infigit acumine fidei exacutum.

Nili. — Novit errorem suum, dilecti sui indignationem ex multa aversione agnovit et quærit quocunque tandem modo desiderans ab ipso cognosci, separationis dolorem minime ferens unde illas rogans hortatur ut pro se legationem obeant ad Sponsum; eique ex parte sua significent quanto affecta fuerit honore, cum dixit: *Introduxit me rex in cubiculum suum*, ostendens quam sit res magna conscientiæ fiducia, et quantum humiliet fiduciæ ablatio.

Philonis. — Fiducialiter agit Ecclesia sancta in filiis suis martyribus, in quibus vulnerata est, atque hæc dicit apostolis et prophetis.

VERS. 9. *Quid fratruelis tuus a fratrueli, pulchra in mulieribus?*

Nili. — Quærunt adolescentulæ adjuratæ quis tandem et qualis sit dilectus, quia tali jurejurando adactæ sunt: unde etiam sic alatas ipsas videns sponsa describit quæsitum, illius pulchritudinem ab aliorum communione segregans, ne unus e multis sanctis censeretur, declarans differentiam fratruelis sui a cæteris fratruelibus et adolescentulis.

Cyrilli. — Nimirum quid fecit fratruelis tuus? vel quid a fratrueli habes?

Quid fratruelis tuus a fratrueli, quia sic adjurasti nos?

Gregorii. — Filiæ Jerusalem adjuratæ sciscitantur quale sit signum distinctivum Sponsi, ut si in ipsum inciderint, in notitiam ejus ex signis de ipso traditis pervenire valeant. Quare et signum tradit non quod erat in principio, hoc enim ineffabile, nec vi orationis manifestari potest; sed virgines ad apparitionem in carne manuducit, prout etiam Joannes fecit silens quidem «Quod erat ab initio,» commemorans vero studiose illud «quod

vidimus et audivimus, et manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ [**]. »

VERS. 10. *Fratruelis meus candidus et rubicundus, electus ex millibus.*

Philonis. — Candidus quidem propter impeccantiam, rubicundus vero propter sanguinem pro Ecclesia fusum.

Origenis. — Vel *candidus* quoniam Deus verus, rubicundus vero propter incarnationem.

Gregorii. — Anima perfecta etiam animabus virginibus desiderati et quæsiti indicia describit, per ea quæ pro salute nostra patefacta sunt nobis, et universam Ecclesiam quasi unum Sponsi corpus efficiens, peculiarem quemdam sensum, de quolibet membro in pulchritudinis descriptione ostendit : quibus universis singulatim consideratis, elegantia corporis tota conformatur et absolvitur. Itaque a corpore instructionem auspicatur, quemadmodum et Matthæus fecit. Ne quis autem secundum carnem nativitatem audiens in naturæ affectiones cogitatione impingat, idcirco illum qui carne et sanguine nobiscum communicavit, corpore quidem candidum et rubicundum esse dicit, per utraque naturam insinuans, non tamen consimili prorsus ratione in lucem editum, qua communiter homines gignuntur. Habere enim hoc eximium quod non ex concubitu natus sit, ideoque *electus, ex millibus* autem ex quibus homines orti sunt, et quousque veluti fluendo natura succedentium sibi per partum progredietur. Neque enim proprie partitudinis vocabulum usurpari potest de illa quæ conjugium non est experta, cujus conceptio quidem a conjunctione duorum profecta non est, partus vero minime inquinatus, parturigo doloris expers, thalamus Altissimi virtus, quasi quædam nubes virginitatem inumbrans : fax nuptialis Spiritus sancti splendor, cubile vero impatibilitas, et nuptiæ incorruptio, hujus generatio sine partitudine est, sicut et consistentia sine conjugio. Cui ad nascendum natura minime cooperata est, sed subservit. Quinimo nec ex aqua generatio partitudinis passionem excepit, neque illa ex mortuis regeneratio, neque divinæ hujus creationis primogenitura, sed in hisce omnibus purus est a partitudine partus.

Nili. — Superius quidem membra Sponsæ descripsit, quæ diversis Ecclesiæ ordinibus congruunt: nunc autem illa Sponsi delineat, quæ nullum habent obscuritatis, siquidem Deus Verbum in his describitur. Divinæ virtutes erunt omnino in istis membris delineatæ ; neque enim membrorum compositione figuratur id quod incorporeum est ; sed spiritalibus actionibus quodam modo corporatum ; quia sensus humanus non aliter capere divina potest. Nam quis Dei oculos aliud esse cogitet quam intuendi vim ; et manus, quam creandi et efficiendi

A ἀκηκόαμεν, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς, » τοῦτο μετ' ἐπιμελείας διηγησάμενος.

ι'. *Ἀδελφιδός μου λευκὸς καὶ πυῤῥός, ἐκλελοχισμένος ἀπὸ μυριάδων.*

Φίλωνος. — Λευκὸς μὲν, διὰ τὸ ἀναμάρτητον· πυῤῥὸς δὲ, διὰ τὸ αἷμα τὸ ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας χυθέν.

Ὠριγένους. —Ἢ *λευκός*, ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἀληθινὸς, *πυῤῥὸς* δὲ διὰ τὴν σάρκωσιν.

Γρηγορίου. — Ἡ τελεία ψυχὴ ταῖς παρθένοις ὑπογράφει ψυχαῖς, τοῦ ποθουμένου καὶ ζητουμένου τὰ γνωρίσματα, διὰ τῶν ἐπὶ σωτηρίᾳ φανερωθέντων ἡμῖν· καὶ πᾶσαν τὴν Ἐκκλησίαν ἓν σῶμα τοῦ Νυμφίου ποθήσασα, ἴδιόν τι νόημα δι' ἑκάστου τῶν μελῶν ἐν τῇ ὑπογραφῇ τοῦ κάλλους ἐνδείκνυται· δι' B ὧν ὅλος ἐκ τῶν κατὰ μέρος θεωρουμένων τὸ τοῦ σώματος κάλλος συμπαρεικάζεται. Ἐκ τοῦ σώματος τοίνυν τῆς κατηχήσεως ἄρχεται, καθὰ καὶ Ματθαῖος πεποίηκεν. Ἵνα δὲ μή τὴν κατὰ σάρκα τις ἀκούων γένεσιν, πρὸς τὰ τῆς φύσεως πάθη κατολισθήσειε τῇ διανοίᾳ, τούτου χάριν τὸν κοινωνήσαντα ἡμῖν σαρκὸς καὶ αἵματος, λευκὸν μὲν εἶναί φησι καὶ πυῤῥὸν, τὴν τοῦ σώματος δι' ἀμφοτέρων φύσιν αἰνιττομένη· οὐ μὴν ὁμοιότροπον αὐτοῦ τὴν λοχείαν τῷ κοινῷ τόκῳ· ἔχειν γὰρ κατ' ἐξαίρετον τὸ μὴ ἐκ λόχους γεγενῆσθαι· τοῦτο γὰρ τὸ *ἐκλελοχισμένος*· ἀπὸ μυριάδων δὲ τῶν ἀφ' ὧν γεγόνασιν ἄνθρωποι, καὶ εἰς ὃ προελεύσεται ῥέουσα, διὰ τοῦ τόκου τῶν C ἐπιγενομένων ἡ φύσις. Ἐπὶ γὰρ τῆς ἀπειρογάμου τὸ τῆς λοχείας ὄνομα, οὐκ ἔστι κυρίως εἰπεῖν· οὐ γὰρ ἀσυνδύαστος μὲν ἡ κυοφορία, ἀμόλυντος δὲ ἡ λοχεία, ἀνώδινος δὲ ἡ ὠδὶν, θάλαμος δὲ ἡ τοῦ Ὑψίστου δύναμις, οἷόν τις νεφέλη τὴν παρθενίαν ἐπισκιάζουσα· πυρσὸς δὲ γαμήλιος, ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔλλαμψις· κλίνη δὲ ἡ ἀπάθεια, καὶ γάμος ἡ ἀφθαρσία· τούτου χωρὶς λοχείας ἡ γένεσις ὥσπερ καὶ χωρὶς γάμου ἡ σύστασις· ᾧ οὐχὶ συνήργησε πρὸς τὸ γενέσθαι ἡ φύσις, ἀλλ' ὑπηρέτησεν· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκ τοῦ ὕδατος γένεσις τὸ τῆς λοχείας πάθος οὐ παρεδέξατο· καὶ ἡ ἐκ τῶν νεκρῶν παλιγγενεσία, καὶ ἡ τῆς θείας ταύτης κτίσεως πρωτοτοκία, ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις καθαρεύει τῆς λόχου ὁ τόκος.

D

Νείλου. — Ἀνωτέρω μὲν τὰ μέλη τῆς Νύμφης προέγραψεν, ἅτινα τοῖς τῆς Ἐκκλησίας ἐφήρμοσται διαφόροις τάγμασι· νῦν δὲ τὰ τοῦ Νυμφίου σκιαγραφεῖ, πολλὴν ἔχοντα τὴν ἀσφάλειαν. Εἰ μὲν οὖν ὁ Θεὸς Λόγος ἐν τούτοις διαγράφεται, θεῖαι δυνάμεις ἔσονται πάντως ἐν τοῖς μέλεσιν ἐκείνοις χαρακτηριζόμεναι· οὐ γὰρ μελῶν συνθέσει σχηματίζεται τὸ ἀσώματον· ἐνεργείαις δὲ νοηταῖς ὡσανεὶ σῶμα τὸ ποιούμενον, διὰ τὸ ἄλλως τὰ περὶ Θεοῦ παραδέχεσθαι, τὴν ἀνθρωπίνην οὐ πεφυκέναι αἴσθησιν. Ὀφθαλμοὺς γὰρ, τί ἄλλο ὑπολάβοι Θεοῦ, ἢ τὴν ἐποπ-

[**] I Joan. I, 1.

τικὴν δύναμιν; καὶ κοιλίαν ἣν λέγει γεννᾷν, τὸ γνήσιον τῆς ὠδῖνος; πόδας καὶ πορείαν ἐπίσημον, τὴν προνοητικὴν ἐνέργειαν; ὡς ἐν ἴχνεσι τρανῶς τοῖς κηδεμονικῶς συμβαίνουσιν ἑκάστῳ κατ' οἰκονομίαν τοῦ κρείττονος θεωρουμένην· ὁμοίως ἐπὶ τῶν λοιπῶν· εἰ δὲ ὁ Κυριακὸς ἄνθρωπος σημαίνοιτο, εἴη ἂν κεφαλὴ, χρυσίῳ Κεφὰζ παρεικασμένη, ὅπερ ἑρμηνεύεται πέτρα, ὁ κορυφαιότατος τῶν ἀποστόλων Πέτρος· καὶ τὴν οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως οἰκοδομηθῆναι παρασκευάσας· κοιλία ὁ Παῦλος, ὁ τοὺς ἐν Χριστῷ μορφουμένους ὠδίνων· στύλοι μαρμάρινοι περὶ ὧν φησι Παῦλος, « Οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι· » καὶ ἕκαστος κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν λοιπῶν χαρισμάτων· ὁ μὲν σιαγόνων ἐπέχει τόπον φυουσῶν μυρεψικὰ, ὁ δὲ χειλέων κρίνοις ὁμοιουμένων στάζουσι τὴν σμύρναν πλήρη· οἳ τὸ χρειῶδες καὶ ἐγκρατὲς παραινοῦντες τοῖς ὑπηκόοις, καὶ νεκροῦν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Εἶεν δ' ἂν βόστρυχοι, οἱ τὸν ὀνειδισμὸν φέροντες τῶν Χριστοῦ παθημάτων· καὶ ὀφθαλμοὶ πάλιν οἱ τὸ τοῦ βαπτίσματος φυλάσσοντες δώρημα, καὶ ἐπὶ τὸ πλήρωμα τῶν ὑδάτων ἀγρύπνως καθήμενοι· νηπιάζουσι δὲ, παιδικὴ ἡλικία. Λελουμένοι γάρ εἰσιν ἐν γάλακτι καὶ καθήμενοι ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων· καὶ τὸ ἀκέραιον τῆς περιστερᾶς, καὶ τὸ ἄκακον τῆς γαλακτοτροφουμένης ἔχοντες ἡλικίας· λευκὸς δέ ἐστι διὰ τὸν ἐν ἀρχῇ Θεὸν Λόγον φῶς λεγόμενον τοῦ κόσμου· πυῤῥὸς δὲ δι' ὃν ἀνείληφεν ἄνθρωπον, ἐκ γῆς πλασθέντα πυῤῥᾶς· εἶδος δὲ ὑποφαίνων, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως φανερὰν τοῖς ἀποστόλοις δεικνύων τοῖς τύποις τῶν ἥλων καὶ τῇ τῆς λόγχης ὀπῇ· καὶ ἐκλεκτός ἐστιν ὡς κέδρος· περὶ ὧν ἔλεγε· « Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, ὡσεὶ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται· » τὸν γὰρ φάρυγγα ἔχει γλυκασμὸν οὐ γλυκαινόμενον, ἀλλὰ γλυκαίνοντα· οὐ γὰρ ποιοῦται, ἀλλ' αὐτὸ ποιότης ἐστίν· ἐπὶ πᾶσι δέ ἐστιν ὅλος ἐπιθυμία, οὐ μετέχων τῆς ἕξεως, ἀλλ' αὐτὸ ἕξις τυγχάνων. Ταῦτα δέ φησιν ἡ Νύμφη, ἵνα δείξῃ δικαίως ἐρῶσαν ἑαυτήν· ἀπολογίαν τοῦ πάθους, τὸ κάλλος τοῦ ἀγαπωμένου προβαλλομένη.

ια'. *Κεφαλὴ αὐτοῦ, χρυσίον κεφάζ· βόστρυχοι αὐτοῦ, ἐλάται, μέλανες ὡς κόραξ.*

Γρηγορίου. — Ἡ μὲν κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας, ἡ πάσης τῆς φύσεως ἡμῶν ἀπαρχὴ Χριστὸς, τὸ καθαρόν τε καὶ πάσης ἀμιγὲς κακίας χρυσίον ἐστί· τοῦτο γὰρ τὸ Κεφάζ· βόστρυχοι δὲ οἵ ποτε ζοφώδεις κατὰ τοὺς κόρακας· οἷς ἔργον ἐστὶ τὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόπτειν, ὡς ἡ Παροιμία φησίν· οὗτοι ἐλάται, τὰ ὑψηλά τε καὶ οὐρανομήκη δένδρα γενόμενοι, διὰ τοῦ ἀναδραμεῖν ἐκ γῆς πρὸς τὸ οὐράνιον ὕψος, προσθήκη τοῦ κάλλους γίνονται τοῦ Νυμφίου τῆς θείας κεφαλῆς ἐξαρτήσαντες ἑαυτοὺς, καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος ἄρα περισοβούμενοι· δι' ὧν οἶμαι δηλοῦσθαι τοὺς ἀποστόλους, ὧν τινες ζοφώδεις ἐν οἷς ἔπραττον ἦσαν, ὁ τελώνης, ὁ λῃστής,

A potentiam; et ventrem, partus sinceritatem; pedes et incessum, insignem Providentiæ operationem, quasi in vestigiis perspicue sedulitatem significantibus; unicuique secundum dispensationem ejus quod melius est contemplandam. Similiter etiam in cæteris. Si autem Dominicus homo significetur, caput auro assimilatum fuerit Cephas, quod petra interpretatur, summus apostolorum Petrus qui et Cephas nominatur, et Ecclesiæ ædificium in confessione fidei ædificare paravit. Venter, Paulus qui in Christo formatos parturiebat, columnæ marmoreæ de quibus Paulus ait: « Qui videbantur columnæ esse [91]. » Et unusquisque secundum reliquarum gratiarum differentiam, alius quidem locum tenet maxillarum gignentium unguentaria: alii

B vero labiorum liliis assimilatorum stillant myrrham plenam, qui nimirum ad id quod utile et continens est hortantur auditores, atque mortificent membra quæ sunt super terram. Fuerint autem cincinni qui opprobrium ferunt passionum Christi; et rursum oculi qui baptismatis donum custodiunt, et super plenitudinem aquarum vigilanter sedentium ætas infantilis ac puerilis. Nam in lacte loti sunt et sedent super plenitudinem aquarum, atque columbæ simplicitatem, et ætatis quæ adhuc lacte nutritur innocentiam obtinent. Candidus porro est propter Verbum quod in principio erat apud Deum, et lux mundi appellatur: rubicundus vero, in quantum assumpsit hominem de terra rufa formatum.

C Species autem insinuat odorem cognitionis manifestum cum apostolis ostendit loca clavorum, et lanceæ foramen. Et electus est sicut cedri, de quibus dixit: *Justus sicut palma florebit et sicut cedrus quæ in Libano est multiplicabitur.* Guttur ejus habet dulcedinem, non dulcoratam sed dulcorantem; non enim qualificatur, sed ipsa per se qualitas est: in omnibus autem est totum desiderium, non particeps habitus, sed ipsemet per se habitus exsistens. Hæc autem Sponsa dicit, ut ostendat se jure merito amare, excusationem affectui ipsam dilecti pulchritudinem prætexens.

VERS. 11. *Caput ejus aurum cephas, cincinni eius elatæ, nigri tanquam corvus.*

D *Gregorii.* — Caput corporis Ecclesiæ, totius naturæ nostræ primitiæ, Christus, purum et nulla malitia mistum aurum est. Hoc enim est illud *Cephas.* Cincinni vero tenebricosi aliquando nigri instar corvorum, quorum opus est oculos eruere, ut in Proverbio est, hi elatæ facti, id est sublimes et in cœlum tendentes arbores, sic dictæ quod e terra ad cœli celsitudinem pergant. Venustatem Sponsi accessione quadam augent, dum divino ejus capiti sese adaptant, et spiritus aura circumaguntur, per quos existimo apostolos significari quorum nonnulli ob instituta vitæ suæ caliginosi erant, ut publicanus, latro, persecutor, consimi-

[91] Galat. II, 9.

lis nigro et carnivoro atque oculorum vastatori, principi potestatis tenebrarum.

Origenis. — Cincinni propter densitatem, etc.

VERS. 12. *Oculi ejus sicut columbæ super plenitudines aquarum lotæ in lacte, sedentes super plenitudines.*

Gregorii. — Oculi sint Ecclesiæ duces. Hujusmodi autem oculorum pulchritudo ac laus est expers malitiæ simplicitas, quæ in illos cadit qui nondum a vita carnali polluti sunt, sed vivunt et ambulant spiritu. Etenim spiritualis et immunis a rebus crassis vita, per columbæ speciem exprimitur, eo quod Spiritus sanctus in specie columbæ apparuerit in Jordane. Quare illum qui a Deo ordinatus est, ut Ecclesiæ corporis sit oculi loco, siquidem pure speculatoris et inspectoris munere fungi velit, omnem vitiositatis glumam aqua abluere oportet. Multas autem esse ait plenitudines aquarum, quibus istiusmodi sordes expurgentur. Quot enim virtutes, totidem sunt expiantium aquarum fontes, qui oculos semper reddant puriores, verbi gratia, temperantia lustralis aquæ fons quidam est: alius fons est humilitas, et veritas, et justitia, et fortitudo, atque istiusmodi aquæ, ex uno quidem illo fonte, sed diversis quasi fluentis in unum collectis quædam sunt plenitudo, per quam oculi ab omni vitiosa lippitudine repurgantur. Cæterum illi oculi, qui ob simplicitatem et innocentiam columbis comparantur, sunt super aquarum plenitudines: sed earum lavacrum lac esse dicit, quia solum hoc inter res humidas simulacrum aliquod et similitudinem non recipit. Neque enim Ecclesia præter veritatem vanum quid et erroneum quodque minime subsistat, in semetipsa repræsentat. Quod vero subjungitur, quasi lex quædam est auditoribus in quas res oculos oporteat habere intentos. Nimirum perpetuam velut assiduitatem attentionis circa disciplinas denotat illud: *Sedentes super plenitudines aquarum;* juxta similitudinem ligni « quod plantatum est secus decursus aquarum [92]. » Sic enim quando fructus in tempore suo producetur, etiam ramus semper germinans conservabitur. Tales hic sermo vult esse inspectores ac speculatores, quos quidem munitos esse oportet divinorum dogmatum certitudine; tegere autem humilitate, veluti quodam vallo vitæ suæ puritatem ac splendorem, ne trabs arrogantiæ in pupillæ puritatem illapsa visui sit impedimento.

Philonis. — Si corpus Christi sit Ecclesia, utique quodlibet ejus membrum erit quilibet ordo qui est in Ecclesia. Ac primum quidem patriarchæ ex quibus secundum carnem Christus est, fide illorum propter fortitudinem valido cuidam auro

A ὁ διώκτης, κατὰ τὸ μέλαν τε καὶ σαρκοβόρον· καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφανιστικὸν, τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους.

Ὠριγένους. — Οἱ βόστρυχοι διὰ τὴν πυκνότητα, κ. τ. λ. (70).

ιβ'. *Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς περιστεραὶ ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων, λελουμέναι ἐν γάλακτι, καθήμεναι ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων.*

Γρηγορίου. — Εἶεν ἂν ὀφθαλμοὶ οἱ τῆς Ἐκκλησίας καθηγούμενοι· καὶ ὅς δὲ τῶν τοιούτων ὀφθαλμῶν καὶ ἔπαινος ἡ ἀκακία· ἣν κατορθοῦσι, μηκέτι τῷ σαρκώδει βίῳ ἐμμολυνόμενοι, ἀλλὰ ζῶντες καὶ στοιχοῦντες τῷ πνεύματι. Ὁ γὰρ πνευματικός τε καὶ ἄϋλος βίος, τῷ τῆς περιστερᾶς εἴδει χαρακτηρίζεται, διὰ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐν εἴδει ὀφθῆναι περι-
B στερᾶς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ. Χρὴ τοίνυν τὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ τῷ σώματι τῆς Ἐκκλησίας ὑπὸ Θεοῦ τεταγμένον, εἰ μέλλοι καθαρῶς ἐπισκοπεῖν καὶ ἐφορᾷν πᾶσαν τὴν ἀπὸ τῆς κακίας λύμην ἀποκλύζειν τῷ ὕδατι· πολλὰ δὲ τῶν ῥυπτικῶν ὑδάτων εἶναι, φησὶ, τὰ πληρώματα. Ὅσαι γὰρ ἀρεταὶ, τοσαῦται καθαρσίων ὑδάτων πηγαὶ, καὶ καθαρωτέρους ἀεὶ ποιοῦσαι τοὺς ὀφθαλμούς· οἷον πηγὴ καθαρσίων ὑδάτων, ἡ σωφροσύνη· ἄλλη πηγὴ ταπεινοφροσύνης, ἡ ἀλήθειά τε καὶ δικαιοσύνη καὶ ἀνδρεία, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἅτινα ὕδατά ἐστιν, ἐκ μιᾶς μὲν πηγῆς, διαφόρων δὲ ῥείθρων εἰς ἓν ἀθροιζόμενα πλήρωμα· δι' ὧν πάσης ἐμπαθοῦς λύπης γίνεται τοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ καθάρσια· Ἀλλ' εἰσὶ μὲν ἐπὶ τὰ πληρώματα τῶν ὑδάτων οἱ ὀφθαλμοὶ, διὰ τῆς ἀκεραιότητός τε καὶ ἀκακίας,
C ταῖς περιστεραῖς ὡμοιωμένοι· τὸ δὲ γάλα τούτων εἶναι λουτρόν φησι, ὅτι μόνον ἐν ὑγροῖς τοῦτο εἰδώλου τινὸς ἀνεπίδεκτον καὶ ὁμοιώματος. Οὐδὲ γὰρ ἡ Ἐκκλησία μάταιόν τι καὶ πεπλανημένον καὶ ἀνυπόστατον ἐν ἑαυτῇ σκιαγραφεῖ παρὰ τὴν ἀλήθειαν· τὸ δὲ ἐπαγόμενον, νόμος ἐστὶ τοῖς ἐπαΐουσι· περὶ ἃ χρὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχειν. Τὴν διηνεκῆ γὰρ προσεδρείαν τῆς περὶ τὰ μαθήματα προσοχῆς, τὸ, *Καθήμεναι ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων*, δηλοῖ· καθ' ὁμοιότητα τοῦ ξύλου τοῦ *παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων πεφυτευμένου*· οὕτω γὰρ ὅ τε καρπὸς ἐπὶ τοῦ ἰδίου καιροῦ προβληθήσεται, καὶ ὁ κλάδος ἀειθαλὴς φυλαχθήσεται· τοιούτους εἶναι βούλεται τοὺς ὁρῶντας καὶ ἐπισκοποῦντας ὁ λόγος· ὧν χρὴ προβε-
D βλῆσθαι μὲν τὴν τῶν θείων δογμάτων ἀσφάλειαν, ἐπικαλύπτεσθαι δὲ τῇ ταπεινοφροσύνῃ, καθάπερ τινὶ περιβολῇ τὸ καθαρόν τε καὶ στίλβον τῆς πολιτείας· μήποτε ἡ τῆς οἰήσεως δοκὸς ἐμπεσοῦσα τῷ καθαρῷ τῆς κόρης, ἐμποδὼν γένηται πρὸς τὴν ὅρασιν.

Φίλωνος. — Εἰ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἡ Ἐκκλησία, εἴη ἂν αὐτοῦ ἕκαστον μέλος, ἕκαστον τάγμα τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ· καὶ πρῶτόν γε οἱ πατριάρχαι, ἐξ ὧν τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸς, τῆς πίστεως αὐτῶν διὰ τὸ ἰσχυρὸν, ἀπεικαζόμενοι χρυσίῳ τινὶ ἰσχυρῷ· κεφαλ

[92] Psal. I, 3.

NOTÆ.

(70) *Patrol.* t. XVII, col. 273, 276.

γὰρ, *πέτρα* ἑρμηνεύεται. Εἶτα τοὺς ἀποστόλους, A ἐλάτας λέγων καὶ μέλανας, τὴν κακοπάθειαν αὐτῶν σημαίνων· καὶ ἑπταόφθαλμος δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δύναμις ἐφορῶσα τὴν Ἐκκλησίαν, ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἴρηνται· πληρώματα δὲ τῶν ὑδάτων τούτων ἡ ἀγάπη· ἢ ἵνα τὸ πλήρωμα τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας δείξῃ καὶ ἐν τῇ τῆς κακίας λευκότητι, ἐπὶ πληρώμασι τῶν Ἐκκλησιῶν καθεζομένους τοὺς ἱερεῖς.

ιγ'. *Σιαγόνες αὐτοῦ, ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος, φύουσαι μυρεψικά.*

Γρηγορίου. — Ἀκολούθως ἐπαινοῦνται μετὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς αἱ σιαγόνες· ὧν ἔργον ἐστὶ, τὸ λεπτύνειν τὴν θείαν Γραφήν· δι' ἧς ἡ τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας συντηρεῖται δύναμις· ὡς εἶναι πάντα τηλαυγῆ καὶ νηπίοις κατάδηλα, καὶ δίχα τινὸς δολε- B ρᾶς κοιλότητος. Τοῦτο γὰρ ἡ φιάλη αἰνίττεται· μήτε ἄγαν βαθυνομένου τοῦ σχήματος αὐτῆς, μήτε δι' εὐθείας ἐξυπτιάζοντος· ὡς μήτε κοῖλον ἀκριβῶς εἶναι δοκεῖν, μήτε ἐπίπεδον. Εἰ οὖν τοιαῦταί εἰσιν αἱ φιάλαι τοῦ λόγου, οὐκ ἐκ γηΐνης ὕλης δηλονότι συστήσονται, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀρώματος αὐτῆς ἔσται ἡ φύσις ἐκείνου τοῦ ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα, καθὼς ἐν προοιμίοις φησὶν ἡ Νύμφη.

Ὠριγένους. — Σιαγόνας Χριστοῦ τοὺς διακονουμένους λόγῳ Θεοῦ καὶ τροφῇ πνευματικῇ νοητέον, κ. τ. λ. (71).

Χείλη αὐτοῦ, κρίνα στάζοντα σμύρναν.

Γρηγορίου. — Ἐπαινεῖται μετὰ τὰς σιαγόνας τὰ χείλη, δι' ὧν ὁ λόγος ἀρωματίζων προέρχεται. Δύο C δὲ κατὰ ταυτὸν μαρτυρεῖ ἀρετὰς τῷ λόγῳ διὰ τοῦ διπλοῦ ὑποδείγματος· ὧν μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια λαμπροτέρα τε καὶ φωτοειδὴς, ἐν τοῖς λεγομένοις θεωρουμένη ὥσπερ κρίνον, ἑτέρων δὲ, τὸ μόνην τὴν νοητὴν καὶ ἄϋλον ζωὴν ὑπὸ τῆς διδασκαλίας προδείκνυσθαι, διὰ τῆς τῶν νοητῶν θεωρίας, ἀπονεκρουμένης τῆς κάτω ζωῆς, τῆς διὰ σαρκός τε καὶ αἵματος ἐνεργουμένης. Ἡ γὰρ ἀποῤῥέουσα τοῦ στόματος σμύρνα, καὶ τὴν δεχομένην πληροῦσα ψυχὴν, ἐμφαίνει τὴν τοῦ σώματος νέκρωσιν· ὁ τοίνυν τέλειος καὶ καθαρὸς ὀφθαλμὸς ὁ τὴν σιαγόνα φιάλην ποιῶν τὴν τὰ μύρα ἐξ ἑαυτῆς πηγάζουσαν, οὗτος ἀνθεῖ τὰ κρίνα τῶν λόγων διὰ τοῦ στόματος, τῶν τῇ θείᾳ κεκαλλωπισμένων λαμπρότητι· οὕτω γὰρ τοὺς δι' ἀρετῆς εὐποροῦντας ὀνομάζει ὁ λόγος· ἀφ' ὧν γίνε- D ται ἡ τῆς σμύρνης σταγὼν, ἀνελλιπῶς πληροῦσα τὴν τῶν δεχομένων διάνοιαν· ὅπερ ἐστὶν ἡ τῆς ὑλικῆς ὑπεροψία, διὰ τὴν τῶν ὑπερκειμένων ἀγαθῶν ἐπιθυμίαν, ἀνενεργήτων τε καὶ νεκρῶν γενομένων.

Κυρίλλου. — (72) Τὰ στάζοντα σμύρναν λέγει, τὰ ὁμολογοῦντα χείλη τὸν θάνατον.

Ἀπολιναρίου. — Αὐτὸς μὲν οἷα κρίνον ἀκμάζει, ἡμῖν δὲ τὴν διὰ θανάτου πρὸς ζωὴν εἰσηγεῖται μετάθεσιν.

ιδ'. *Χεῖρες αὐτοῦ τορευταὶ, χρυσαῖ, πεπληρωμέναι Θαρσεῖς.*

A assimilata. Cephas enim *petra* interpretatur. Deinde apostolos vocat elatos et nigros afflictionem eorum significans. Cæterum septoculata Spiritus sancti virtus Ecclesiam aspiciens, oculi ejus dicuntur; plenitudines autem aquarum, horum dilectio : vel ut plenitudinem lavacri regenerationis ostendat, et in candore innocentiæ super plenitudinibus Ecclesiarum sedentes sacerdotes.

VERS. 13. *Maxillæ ejus sicut phialæ aromatis germinantes unguentaria.*

Gregorii. — Consequenter post oculos laudantur maxillæ quarum munus est divinam communire Scripturam, per quam corporis Ecclesiæ vires conservantur, ut sint omnia perspicua et infantibus B manifesta absque ulla fraudulenta concavitate. Hoc enim phiala insinuat cum figura ipsius non nimis profunda sit, neque se in rectum quasi resupinet, ne accurate concava videatur, neque plana. Si ergo istiusmodi sint verbi phialæ, nequaquam utique terrena constabunt materia, sed natura illis erit ex aromate, quod excellet omnia aromata ut sub initium Sponsa dicit.

Origenis. — Maxillæ intelligi debent hi qui verbo Dei ac cibo spiritali ministrant, etc.

Labia ejus lilia stillantia myrrham plenam.

Gregorii. — Post maxillas laudantur labia, per C quæ verbum aromatizans profertur. Duas autem virtutes verbo simul tribuet gemino exemplo, quorum alterum quidem veritas est, quæ in dictis et splendida et illustris conspicitur instar lilii : alterum vero quod sola intelligibilis est immaterialis vita explicetur a doctrina per contemplationem rerum quæ mente intelliguntur, exstincta vita hac inferiori, cujus in carne ac sanguine vis sese exerit. Etenim ex ore distillans myrrha quæ recipientem animum replet, mortificationem carnis clare denotat. Quare perfectus ac purus oculus, qui de maxilla phialam efficit, unguenta ex eo scaturientem, hic sermonum lilia profert per os illorum qui divino splendore sunt ornati. Nam sic appellat illos qui ex virtute fragrantiam quamdam spirant, qui- D que myrrham distillant quæ sine defectu mentem recipientium eam replet : estque vitæ hujus corporeæ contemptus propter supernorum bonorum cupiditatem.

Apollinarii. — Stillantia myrrham vocat labia mortem confitentia : ipse quidem liliorum instar floret, nobis autem per mortem ad vitam adducit translationem.

VERS. 14. — *Manus ejus tornatæ, aureæ, impletæ Tharsis.*

NOTÆ.

(71) *Patrol.* t. XVII, col. 276.

(72) In C. B. hæc sub nomine Apollinarii inscribuntur cum sequente scholio.

Philonis. — Tornatæ ac perforatæ manus aureæ sunt propter impeccantiam repletæ conversione gentium : Tharsis enim est *conversio gaudii*.

A *Φίλωνος.* — Τορευταὶ αἱ διατρηθεῖσαι χεῖρες· χρυσαῖ διὰ τὸ ἀναμάρτητον· πεπληρωμέναι τῆς ἐπιστροφῆς τῶν ἐθνῶν· Θαρσεὶς γὰρ ἐπιστροφὴ χαρᾶς.

Gregorii. — Esse quidem oculi beneficium imperfectum in Ecclesiæ corpore, si manuum ab eo ministerium sit disjunctum, ab Apostolo clare didicimus, qui ait : *Non potest oculus dicere manui : Opera tua non indigeo* [92]. Nam tum maxime vis oculorum conspicitur, cum ipsa opera oculorum acumini testimonium perhibent ; per studium præclararum rerum egregie se duci declarantium, a quibus igitur capitis forma laudatur; per eadem quoque manuum laus absolvitur. Caput autem Christum intelleximus, aurum a sacro sermone nominatum, propterea quod extra omne peccatum sit. Itaque aureas quoque manus dicit, per quas puritatem et impeccantiam et ab omni vitiositate alienationem ac remotionem insinuat. Manum autem intelligimus omnino eam quæ communia Ecclesiæ bona, ad usus præceptorum administrat ; cujus hæc propria laus est, ut capitis naturæ similis fiat, secundum puritatem et peccati vacuitatem. Tum enim manus fit pura, cum tornando totum illud abraserit quod elegantiæ impedimento est : v. gr. studium placendi hominibus, sui ipsius amorem inordinatum, avaritiam atque similia. Cæterum cum vox *Tharsis* aliquando quidem in malum sumatur, juxta illud : « Conteret naves Tharsis [93], » aliquando autem ad id quod beatum ac bonum est, ut in Ezechiele : « Et species ejus sicut species Tharsis [94], » in meliori usurpatum est significatione, voce illa indicante, id quod colorum corporisque sit expers, ac mentis intelligentia percipiatur. Tunc igitur fiunt manus aureæ plenæ Tharsis , quando a semetipsis omne supervacaneum atque corporeum sponte sua quasi tornando deterentes, ad sortem divinam ac spiritalem transeunt, omni crassa et gravi erga res vitæ hujus affectione excussa.

Γρηγορίου. — Ὅτι μὲν ἀτελής ἐστιν ἐπὶ τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ χάρις, τῆς τῶν χειρῶν ὑπουργίας διαζευγμένη, σαφῶς παρὰ τοῦ Ἀποστόλου μαμαθήκαμεν λέγοντος· *Οὐ δύναται ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρὶ, Χρείαν σου οὐκ ἔχω·* Τότε γὰρ μάλιστα τῶν ὀφθαλμῶν ἡ ἐνέργεια δείκνυται, ὅταν τὰ ἔργα μαρτυρεῖ τὴν ὀξυοπίαν τῷ ὄμματι, διὰ τῆς ἐπὶ τὰ καλὰ σπουδῆς τὴν ὁδηγίαν ἐπισημαίνοντα· οἷστισιν οὖν τὸ τῆς κεφαλῆς εἶδος ἐγκωμιάζεται, διὰ τῶν αὐτῶν καὶ ταῖς χερσί· κεφαλὴν δὲ τὸν Χριστὸν ἐνοήσαμεν, χρυσίον παρὰ τοῦ λόγου κατονομασθέντα, διὰ τὸ πάσης ἁμαρτίας ἐκτὸς B εἶναι· χρυσᾶς οὖν καὶ τὰς χεῖρας δι' ὧν τὸ καθαρόν τε καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάσης κακίας ἀμιγές τε καὶ ἀπαράδεκτον ἐμφαίνει. Χεῖρα δὲ νοοῦμεν πάντως, τὴν τὰ κοινὰ τῆς Ἐκκλησίας εἰς τὰς τῶν ἐντολῶν χεῖρας διαχειρίζουσαν· ἧς ἔπαινος τὸ ὁμοιωθῆναι τῇ τῆς κεφαλῆς φύσει κατὰ τὸ καθαρόν τε καὶ ἀναμάρτητον· καθαρὰ γίνεται ἡ χεὶρ ὅταν διὰ τῆς τορείας ἀποξύσηται τὸ ἐμποδίζον ἅπαν τῷ κάλλει· οἷον τὸ ἀνθρωπάρεσκον, τὸ φίλαυτον, τὸ φιλοκερδὲς, καὶ τὰ ὅμοια· τῆς δὲ Θαρσεὶς λέξεως, ποτὲ μὲν λαμβανομένης ἐπὶ κακοῦ, ὡς τό· « Συντρίψει πλοῖα Θαρσείς· » ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ μεμακαρισμένου καὶ ἀγαθοῦ, ὡς τὸ ἐν Ἡσαΐᾳ [Ἰεζεκιὴλ] καὶ τό· « Εἶδος αὐτοῦ, ὡς εἶδος Θαρσείς· » τῇ τοῦ ἐπὶ τοῦ κρείττονος ἐχρήσατο σημασίᾳ, δηλούσης τῆς λέξεως τὸ ἀχρωμάτιστον C καὶ νοητὸν καὶ ἀσώματον. Τότε οὖν γίνονται αἱ χεῖρες χρυσαῖ πλήρεις Θαρσεὶς, ὅταν ἀκριβῶς ἀφ' ἑαυτῶν πᾶν τὸ περιττὸν καὶ σωματοειδὲς ἀποτορεύσασαι ἐκ προαιρέσεως, πρὸς τὸ θεῖόν τε καὶ νοητὸν μεταβαίνουσι, τὴν ὑλώδη πᾶσαν καὶ βαρεῖαν περὶ τὰ πράγματα σχέσιν ἐκτιναξάμεναι.

Venter ejus pyxis eburnea super lapidem sapphirum.

Κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον, ἐπὶ λίθου σαπφείρου.

Gregorii. — Venter est cogitandi et ratiocinandi vis animæ in qua, utpote pura, et lævis, et fulgida, reponitur tanquam pyxide eburnea, ut ei clara minimeque confusa divinorum oraculorum Scriptura imprimatur. Cæruleus autem sapphirus symbolum est cordis nostri disciplinas hasce excipientis, ut ea quæ sursum sunt sapiat et ubi thesaurus reponitur istic etiam spe quietis oculos oblectet, ita ut divina præcepta attendendo non fatigetur ; spe cœlesti eam quæ animi oculis inest cernendi facultatem recreante. Quemadmodum tradunt hunc lapidem per cæruleum colorem fatigatum oculum recreare.

Γρηγορίου. — Κοιλία, τὸ διανοητικὸν καὶ λογιστικὸν τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ ἀποτίθεται καθαρῷ τε ὄντι καὶ λείῳ καὶ στίλβοντι· καθάπερ τὸ πυξίον τὸ ἐλεφάντινον· ὥστε τρανήν τε καὶ ἀσύγχυτον τὴν τῶν θείων λογίων ἐντυποῦσθαι Γραφήν. Ὁ οὐρανοειδὴς δὲ σάπφειρος, σύμβολον τοῦ τὴν καρδίαν ἡμῶν ταῦτα D δεξαμένην τὰ μαθήματα τὰ ἄνω φρονεῖν, ὅπου τὸν θησαυρὸν ἐναποτίθεται· κἀκεῖ τὰς ὄψεις τῇ ἐλπίδι προσαναπαύειν· ὥστε μὴ κάμνειν ἐν τῇ προσοχῇ τῶν θείων παραγγελμάτων· τῆς οὐρανίας ἐλπίδος τὸ ὀπτικὸν τῶν τῆς ψυχῆς ὀμμάτων ἀναπαυούσης· ὥσπερ φασὶ τὴν λίθον ταύτην διὰ τοῦ κυανέου χρώματος προσαναπαύειν τὸν ὀφθαλμὸν κάμνοντα.

Origenis. — Venter sunt illi qui capaces sunt Verbi mysteriorum, etc.

Ὠριγένους. — Κοιλία ἐστὶ τοῦ λόγου, οἱ χωρητικοὶ τῶν μυστηρίων, κ. τ. λ. (73).

[92] I Cor. XII, 21. [93] Psal. XLVII, 8. [94] Ezech. I, 16.

NOTÆ.

(73) *Patrol.* t. XVII, col. 276.

Κυρίλλου. — Εἶεν δ' ἂν οὗτοι καὶ βάσεις· οἱ γὰρ οἰκοδομούμενοι ἐποικοδομοῦνται τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν.

ιε'. ***Κνῆμαι αὐτοῦ, στύλοι μαρμάρινοι, τεθεμελιωμένοι ἐπὶ βάσεις χρυσᾶς.***

(74) Ἀκολούθως τὰς κνήμας μετὰ τὴν κοιλίαν ἐπαινεῖ, ἅς φησι στύλους εἶναι μαρμαρίνους τεθεμελιωμένους ἐπὶ βάσεις χρυσᾶς· στύλοι δὲ τῆς Ἐκκλησίας, οἷον Πέτρος καὶ Ἰωάννης, οἳ θεμέλιον τὸν Χριστὸν χρυσὸν λεχθέντες· μαρμάρινοι δὲ, οὕσπερ εἶπε Παῦλος ἑδραίωμα· διὰ τὸ ἑδραῖον καὶ ἀσάλευτον, καὶ τῷ λαμπρῷ βίῳ καὶ τῷ ὑγιαίνοντι λόγῳ τὸ κοινὸν σῶμα τῆς Ἐκκλησίας βαστάζοντές τε· καὶ τὸ τὸν Θεὸν ἀγαπᾶν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, ὡς διὰ στύλων μαρμαρίνων, τὸ κοινὸν σῶμα τῆς Ἐκκλησίας βαστάζειν. Ὁ γὰρ ἐν ταῖς δυσὶ ταύταις τελειωθεὶς ἐντολαῖς, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς Ἐκκλησίας κατασκευάζεται· ὥστε τοῖς δυσὶ τούτοις κατορθώμασιν, ὅλον τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας, καθάπερ κνήμαις τισὶν ἐπερείδεσθαι τοῦ χρυσοῦ θεμελίου τῆς κατὰ πίστιν βάσεως τὸ ἀκλινὲς καὶ ἀμετάθετον· καὶ τῷ ἐν παντὶ ἀγαθῷ πάγιον τοῖς λογισμοῖς ἐμποιοῦντος.

ις'. ***Εἶδος αὐτοῦ ὡς Λίβανος ἐκλεκτὸς, ὡς κέδροι· φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμὸς καὶ ὅλος ἐπιθυμία· οὗτος ἀδελφιδός μου, καὶ οὗτος πλησίον μου, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ.***

Γρηγορίου. — Μετὰ τοὺς κατὰ τὸ μέρος ἐπαίνους, καθάπερ κεφαλαιουμένη ὅλον τοῦ Νυμφίου τὸ κάλλος, ταῦτά φησι· δηλοῦσα, ὡς οἶμαι, ὅτι περὶ τὸ βλεπόμενον κάλλος τοῦ Νυμφίου ἐστὶν ὁ ἔπαινος· ἐκεῖνό φημι τὸ βλεπόμενον· ὃ διὰ τὸν καθ' ἕκαστον μελῶν τῶν συμπληρούντων τὴν Ἐκκλησίαν σωματοποιεῖ ὁ Ἀπόστολος. Ἓν γὰρ εἶδος αὐτοῦ, φησὶν εἶναι τὰς μυριάδας τῶν κέδρων, αἷς διείληπται πανταχόθεν ὁ Λίβανος· δηλοῦσα διὰ τῶν λεγομένων ὅτι οὐδὲν ταπεινὸν καὶ χαμαίζηλον συντελεῖ πρὸς τὴν εὐμορφίαν τοῦ σώματος, ἐὰν μή τι κατὰ τὴν κέδρον ὑψηλὸν ᾖ καὶ πρὸς τὰ ἄνω τῇ ἀρετῇ ἐπειγόμενον. Ὁ Λίβανος δὲ ὄρος ἐστὶ περιφανές τε καὶ λάσιον· καὶ ἐπειδὴ πολλάκις καὶ ὁ διάβολος Λίβανος ὀνομάζεται, καὶ κέδροι οἱ δαίμονες, ὡς τό· « Καὶ συντρίψει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· » νῦν ἡ Νύμφη τῷ ἐκλεκτῷ Λιβάνῳ τὸ εἶδος τοῦ Νυμφίου παρείκασεν, ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐκλαμβάνουσα τὴν ὀνομασίαν· ὡς ἐν τῷ, « Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, ὡσεὶ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται. » Διὰ τί δέ ποτε μὲν ἐπὶ καλοῦ λαμβάνεται ὁ Λίβανος ἅμα τοῖς κέδροις, ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ ἐναντίου; Ἐπειδὴ πέφυκε παρυφίστασθαι τῇ ἀρετῇ ἡ κακία, καὶ ἐξομοιοῦσθαι αὐτῇ· ὅθεν καὶ, *Ὡς Λίβανος ἐκλεκτὸς*, φησίν· ἐκλογὴ δὲ πάντως διὰ τῆς τοῦ ἐναντίου παραθέσεως γίνεται· διὸ ὁμώνυμόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ἐπί τε τοῦ ὄντως ὄντος τοιοῦτον, καὶ ἐπὶ τοῦ ὄντος μὲν, ὑποκρινομένου δὲ δι' ἀπάτης καὶ δοκοῦντος εἶναι ὃ οὐκ ἔστιν. Ὁ μὴ δια-

Cyrilli. — Utique hi fuerint etiam bases. Nam ædificantes ædificant supra fundamentum apostolorum et prophetarum.

VERS. 15. *Crura ejus columnæ marmoreæ super aureas.*

Gregorii. — Consequenter post ventrem laudat crura, quæ dicit columnas esse marmoreas fundatas super bases aureas. Columnæ autem Ecclesiæ sunt, v. gr., Petrus et Joannes, qui fundamentum habebant Christum aurum dictum; marmoreæ vero (quas Paulus vocavit firmamentum propter firmitatem quæ commoveri non possit), ut qui illustri vita et sana doctrina commune corpus Ecclesiæ gestent atque fulciant. Sed et hoc, nempe Deum diligere ex toto corde et proximum sicut seipsum, tanquam per duas columnas marmoreas, commune corpus Ecclesiæ sustentat. Qui enim in duobus istis præceptis perfectus est columna et firmamentum veritatis efficitur : adeo ut duobus istis præclare gestis universum Ecclesiæ corpus quasi quibusdam cruribus innitatur aureo basis illius fundamento, quæ fides est, immobilitatem non mutabilem et constantiam in omni bono animis indente.

VERS. 16. *Species ejus ut Libanus, electus sicut cedri : guttur ejus dulcedines et totus desiderium. Hic fratruelis meus et hic proximus meus, filiæ Jerusalem.*

Gregorii. — Post laudes particulares, quasi ad caput revocans, universam Sponsi pulchritudinem ista dicit, significans, ut arbitror, versari hoc encomium ipsius in ea Sponsi pulchritudine quæ sub aspectum cadit. Id autem intelligo per hoc quod sub oculos cadit, de quo quasi quoddam corpus constituit Apostolus, collectis membris singulis quæ integram Ecclesiam absolvunt. Ait enim unam ipsius speciem esse infinitas illas cedros, quibus undique cinctus est Libanus ; istis verbis significans nihil humile neque abjectum ad venustatem corporis illius conferre, nisi sublime sit instar cedri ac vertice suo sursum tendat. Cæterum mons Libanus illustris est ac densus, et quia sæpenumero etiam diabolus vocatur Libanus et cedri dæmones, ut in isto : « Et conteret Dominus cedros Libani [95]; » modo sponsa electo Libano sponsi speciem assimilavit in meliorem partem accipiens denominationem, ut in isto : « Justus ut palma florebit, sicut cedrus quæ in Libano est multiplicabitur [96]. » Cur autem aliquando quidem in bonum Libanus una cum cedris, aliquando vero in contrarium accipitur? Quia nimirum virtuti vitium a propinquo adnasci, ipsique assimilari solet. Unde etiam *sicut Libanus electus* ait. Electio autem omnino fit per contrarii collationem. Itaque cum una boni appellatio diversa significet ac simul de eo usurpetur, quod revera bonum est, et quod tale

[95] Psal. XXVIII, 5. [96] Psal. XCI, 13.

NOTÆ.

(74) Hæc in C. B. Gregorii nomen præ se ferunt.

non est, sed per fraudem esse se bonum simulat : idque videtur esse quod non est. Qui in boni dijudicatione non fallitur, quod eximie selecteque bonum est erroneo et fallaci præfert. Quare cum Christi corpus per membra singula fiat integrum et membra multa corpus unum sint, secundum Apostolum [97], eam ipsam ob causam totam Sponsi venustatem Libanum electum appellavit, discrimen hujus et ejus qui reficitur per vocem electi constituens. Cæterum cum favus mellis sint boni sermones, vocis autem ortus sit ex gutture in quo spiritus sonat, per hoc ministros et interpretes sermonis in quibus Deus loquitur significare videtur mel divinum e gutture suo, velut e quodam fonte promentes. Propriis porro quibus foverat nobis desideratum designans, tunc demonstrando ait : Hic est ille qui quod frater noster factus sit ex Juda nobis exortus proximus exstitit.

Vers. 17. *Quo abiit fratruelis tuus, pulchra in mulieribus? quo respexit fratruelis tuus, et quæremus eum tecum.*

Primum quidem de eo quidnam esset instituunt sermones hæ virgines animæ, id quod didicerunt ex indiciis quibus ipsam descripserat. Idcirco statim de eo ubi sit interrogant, ut cognito quidem ubi sit adorent in loco ubi steterunt pedes ejus [98]; ubi autem respexerit, sic semetipsas constituant, ut et ab ipsis ejus gloria conspiciatur, cujus apparitio salutem affert aspicientibus. Præbet igitur se ducem illis, ut quem quærebant assequantur, quemadmodum Philippus cum Nathanaeli dixit : « Veni et vide [99], pro isto *vide* locum indicans in quo sit is qui quæritur et quo respiciat.

Nili. — Sponsa persuasit illis exponens Sponsi pulchritudinem et posuit prout voluit, unde quoque verbo suffragatæ fuerunt amori Sponsæ et rebus ipsis desiderium confirmant, et amanti compatiuntur, et ex narratione erga ipsum amatorio quodam motu afficiuntur. Istius modi enim a revera pulchra et conspecta in sui rapiunt desiderium, et audita trahunt in affectum, quare in posterum una cum illa student ipsum quærere.

Apollinarii. — Ubique quidem adest Sponsus Verbum, in paratum autem vires exerit et operatur, uti prius in Israel, ita nunc in Ecclesia totum præstat, præsentia Salvatoris, excellenter autem in sanctis. Hic igitur per symbola ostendit, ipsum conversantem, tempus insinuans quo dixerat cæsum ac vulneratum et amictu spoliatum iri.

CAP. VI.

I. *Fratruelis meus descendit in hortum suum ad phialas aromatis pascere in hortis et colligere lilia.*

Utique hæc quasi quædam corporea et externa

A μαρτάνων τοίνυν τῆς τοῦ καλοῦ κρίσεως, τὸ ἐξειλεγμένον ἀγαθὸν, ἀντὶ τοῦ ἠπατημένου προσείλετο. Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ σῶμα Χριστοῦ διὰ τῶν καθ' ἕκαστον πληροῦται μελῶν, καὶ τὰ πολλὰ μέλη ἓν σῶμα γίνεται κατὰ τὸν Ἀπόστολον, τούτου χάριν ὅλον τοῦ Νυμφίου τὸ κάλλος τὸν ἐκλεκτὸν ὠνόμασε Λίβανον, τὴν πρὸς τὸν ἀπόβλητον διαφορὰν τῷ ἐκλεκτῷ διαστείλασα· ἐπειδὴ δὲ κηρία μέλιτος οἱ καλοί εἰσι λόγοι, ἡ δὲ τῆς φωνῆς γέννησις ἐκ τοῦ φάρυγγος, ἐν ᾧ τὸ πνεῦμα προσπῖπτον ἐκ τῆς ἀρτηρίας ἠχεῖ· ἔοικε δὲ διὰ ταύτης τοὺς ὑπηρέτας τοῦ λόγου δηλοῦν, ἐν οἷς λαλεῖ ὁ Θεὸς, τὸ μέλι, τὸ λεῖον διὰ τοῦ φάρυγγος τοῦ ἰδίου πηγάζοντας· χαρακτηρίσασα δὲ δι' ὧν ἠδύνατο τὸν ποθούμενον, τότε δεικτικῶς, Οὗτός ἐστι, φησὶν, ὃς διὰ τοῦ ἀδελφὸς γενέσθαι ἐξ Ἰούδα
B ἡμῖν ἀνατείλας πλησίον ἐγένετο.

ιζ'. *Ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; ποῦ ἀπέβλεψεν ὁ ἀδελφιδός σου; καὶ ζητήσομεν αὐτὸν μετὰ σοῦ.*

Γρηγορίου (75). — Πρῶτον μὲν περὶ τοῦ, τί ἐστιν, ἐποιήσαντο τὸν λόγον αἱ παρθένοι ψυχαὶ, ὅπερ ἐδιδάχθησαν δι' ὧν αὐτὸν ὑπέγραψε. Διὸ ἀρτίως περὶ τοῦ ποῦ πυνθάνονται, ἵνα ὅπου μὲν ἐστι μαθοῦσαι, προσκυνήσωσιν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ· ὅπου δὲ ἀπέβλεψεν, οὕτως ἑαυτὰς στήσωσιν, ὥστε καὶ αὐταῖς ἐποφθῆναι τὴν δόξαν αὐτοῦ, οὗ ἡ ἐπιφάνεια σωτηρία τῶν ἐποφθέντων γίνεται· καθηγεῖται τοίνυν αὐτῶν πρὸς τὴν τοῦ ζητουμένου κατά-
C ληψιν· καθάπερ Φίλιππός ποτε τῷ Ναθαναὴλ, « Ἔρχου καὶ ἴδε· » ἀντὶ τοῦ, Ἴδε, τὸν τόπον ὑποδεικνύουσα ἐν ᾧ ἐστιν ὁ ζητούμενος, καὶ ὅπου βλέπει.

Νείλου. — Ἔπεισεν αὐτὰς ἐξηγουμένη τὸ κάλλος τοῦ Νυμφίου, καὶ διέθηκεν ὡς ἐβούλετο· ὅθεν καὶ τῷ λόγῳ συνεψηφίσαντο τῷ τῆς Νύμφης ἔρωτι, καὶ τοῖς ἔργοις βεβαιοῦσι τὸν πόθον· καὶ τῇ ἐρώσῃ συμπάσχουσαι, καὶ ἐρωτικὸν παθοῦσαί τι πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς διηγήσεως. Τοιαῦτα γὰρ τὰ ὄντως καλὰ, καὶ ὁρώμενα χειροῦται πρὸς πόθον, καὶ ἀκουόμενα ἐφέλκεται πρὸς διάθεσιν· διὸ καὶ ζητεῖν αὐτὸν μετ' αὐτῆς λοιπὸν σπουδάζουσιν.

Ἀπολλιναρίου. — Πανταχῆ μὲν πάρεστιν ὁ Νυμφίος Λόγος· πρὸς δὲ τὸ ἐπιτήδειον ποιεῖται τὰς ἐνερ-
D γείας, ὡς ἐν τῷ Ἰσραὴλ πρότερον, καὶ νῦν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τὸ ὅλον τοῦ Σωτῆρος ἡ παρουσία, ἐξαιρέτως δὲ ἐν τοῖς ἁγίοις· ἐνταῦθα τοίνυν διὰ τῶν συμβόλων δείκνυσιν αὐτὸν διατρίβοντα· τὸν καιρὸν αἰνιξαμένη καθ' ὃν ἔφη πατάσσεσθαι, καὶ τραυματίζεσθαι, καὶ τὴν περιβολὴν ἀφαιρεῖσθαι.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

α'. *Ἀδελφιδός μου κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ· εἰς φιάλας τοῦ ἀρώματος ποιμαίνει ἐν κήποις, συλλέγειν κρίνα.*

Γρηγορίου. — (76) Αὕτη μὲν ἡ σημαντικὴ τοῦ

[97] I Cor. XII, 12. [98] Psal. CXXXI, 7. [99] Joan. I, 26.

NOTÆ.

(75) Anonyma in C. B.

(76) Anonyma in C. B.

λόγου πρὸς τὰς νεάνιδάς ἐστιν ὁδηγία· δι' ὧν μανθάνουσι καὶ ὅπου ἐστὶ, καὶ ὅπου βλέπει· διὰ τούτων δὲ τὸ εὐαγγελικὸν μυστήριον μανθάνομεν. Ἀδελφιδὸς γὰρ παρ' αὐτῆς ὀνομάζεται, διὰ τὸ ἀδελφιδοὺς ὑπάρχειν τῶν τε ἐξ ἐθνῶν λαῶν, καὶ τῶν ἐξ Ἰουδαίων· τὸ δὲ κατέβη διὰ τὸν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼ καταβάντα, καὶ γενόμενον ἐν λῃσταῖς. Κατέβη γὰρ ἐκ τῆς ἀφράστου μακαριότητος φανερωθὲν ἐν σαρκὶ, τοῦ ποιῆσαι πάλιν κῆπον τὴν ἔρημον, τῇ τῶν ἀρετῶν φυτείᾳ καλλωπιζόμενον. Ἀναφυτεύει γὰρ τὸ ἑαυτοῦ γεώργιον ὁ ἀληθινὸς γεωργὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν αὐτοῦ γεώργιον· αἱ δὲ τοῦ ἀρώματος φιάλαι, ἐν μὲν τῇ τοῦ κάλλους ὑπογραφῇ πρὸς τὸ τῶν σιαγόνων ἐγκώμιον παρελήφθησαν· ἐνταῦθα δὲ τόπος εἶναι τοῦ Νυμφίου καὶ ἐνδιαίτημα παρὰ τοῦ Λόγου μηνύεται· τοῦτο μανθανόντων ἡμῶν, ὅτι οὔτε ἐν ἐρήμῳ τῶν ἀρετῶν ψυχῇ ὁ Νυμφίος λόγος αὐλίζεται· ἀλλ' εἴ τις φιάλη ἀρώματος γένοιτο φύουσα μυρεψικὰ, ὁ τοιοῦτος κρατὴρ τῆς σοφίας γενόμενος, δέχεται ἐν ἑαυτῷ τὸν θεῖον ἀκήρατον οἶνον· δι' ὧν γίνεται τῷ δεξαμένῳ εὐφροσύνη. Νομὴν δὲ νέμεται τοῦ Νυμφίου τὸ ποίμνιον, οὐκ ἐν ἐρήμοις ἀκάνθας, οὐδὲ πόαν χορτώδη, τὰ δὲ ἐκ τῶν κήπων ἀρώματά τε καὶ κρίνα, ἅτινά ἐστιν ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα· εἴ τις ἀρετὴ καὶ εἴ τις ἔπαινος· ἅπερ εἰς τροφὴν αὐτῆς ὁ καλὸς συλλέγει ποιμήν· τὰ μὲν γὰρ κρίνα τοῦ λαμπροῦ καὶ καθαροῦ τῆς διανοίας αἴνιγμα γίνεται, ἡ διὰ τῶν ἀρωμάτων εὔπνοια, τοῦ πάσης ἁμαρτιῶν δυσωδίας ἀλλοτρίως ἔχειν.

Νείλου. — Ὅσην μὲν ἐπὶ τῇ λέξει ζηλοτυπίαν ἔχει τὸ ῥητόν· διακρούεται γὰρ τὰς μετ' αὐτὴν ζητεῖν βουλομένας, ἀπεληλυθέναι λέγουσα αὐτὸν, ὅπου δυσχερὲς ἢ ἀδύνατον ἐκείνας καταβῆναι· ἡ δὲ διάνοια δηλοῖ, ὅτι καταβέβηκεν ὁ Νυμφίος εἰς κῆπον οἰστικὸν λαχάνων, ἅ ἐστι ἀσθενῶν τροφὴ καὶ ὀλιγοπίστων ἔδεσμα· τάχα οὐκ ἂν καταβὰς, εἰ παράδεισος ὁ κῆπος ἐτύγχανεν ὤν. Εἰσέρχεται γὰρ εἰς τὰ τελειότερα· ὡς ἐπιπέδοις ὁμαλῶς ἐπιβαίνων τοῖς ἰσοτίμοις· καταβαίνει δὲ εἰς τὰ ὑποδεέστερα, τὴν τῆς συγκαταβάσεως οἰκονομίαν ὀνομάζων κατάβασιν· καὶ τοῦ ποιμαίνειν δὲ ἐν κήποις τὴν πρὸς τοὺς ποιμαινομένους συγκατάβασιν δηλοῖ· οὐ δυνηθέντας προβῆναι δι' ἀσθένειαν τοῖς ὄρεσι τῆς φυσικῆς καὶ ἀρχαίας εὐδιαγώγου νομῆς, πρὶν ὁ ποιμὴν πρὸς αὐτοὺς καταβῇ· ἐκεῖ διὰ φιλανθρωπίαν γενόμενος, ὅπου αὐτοὶ κατέπεσον δι' ἀμέλειαν· ποιμαίνων δὲ τοὺς ἀσθενεστέρους, ἐν τοῖς τῆς συγκαταβάσεως κήποις, εἴπου εὕρῃ κρίνα ἀνθεῖν ἀρξαμένους τὸ τῆς ἐπὶ Θεὸν πεποιθήσεως ἄνθος· καὶ τὴν μέριμναν τῆς σωματικῆς ἀνάγκης ἐπιῤῥίψαντα ἐπ' αὐτόν. Συλλέγει δὲ ταῦτα μεταφυτεύων ἐν ἐπιτηδειοτέρῳ τόπῳ πάντως καὶ τάγματι· κρίνων γὰρ ἐπιτήδειον τούτοις τὴν ἐν κήποις διαγωγήν· ἵνα μὴ καὶ τοῦ ἔθνους ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ἕλκοντος κατάστασιν, καὶ τῆς πρὸς τοὺς τοιούτους πολλῆς κοινωνίας ἐρεθιζούσης πρὸς ζῆλον μιμήσεως, ἐπὶ τὴν παλαιὰν κατενεχθῶσι συνήθειαν.

A est pro adolescentulis manuductio, unde intelligunt et ubi sit et quo respiciat : per hæc autem Evangelii mysterium discimus. *Fratruelis* enim ab ipsa nominatur, quia populus ex gentibus et ex Judæis fratres sunt. Illud autem *descendit*, significat illum qui a Jerusalem in Jericho descendit et incidit in latrones. Descendit enim ab ineffabili beatitudine, quando apparuit in carne, ut ex deserto iterum faceret hortum virtutum plantatione ornatum. Verus enim agricola de integro plantat arvum suum, nempe nos homines. Etenim nos arvum ipsius sumus. Phialæ autem aromatis hactenus in descriptione pulchritudinis Sponsi, ad maxillarum encomium fuerunt accommodatæ : hic autem a Verbo insinuantur esse

B locus in quo Sponsus degat, discentibus ex eo nobis, non versari Sponsum in ea anima ubi virtutum quædam sit solitudo ; sed si quis aromatis sit phiala et unguenta proferat, is deinceps sapientiæ crater factus divinum et incorruptum vinum in se recipit, quo bibens exhilaratur. Pascuum porro Sponsi grex pascit, non in desertis spinas, neque herbam gramineam, sed ex hortis aromata liliaque quæ sunt quæcunque honesta, quæcunque justa, quæcunque amabilia, quæcunque boni nominis : si qua virtus et si qua laus, hæc in alimentum ipsius pastor bonus colligit : nam lilia quidem splendoris et puritatis mentalis quoddam symbolum sunt ; aromatum vero fragrantia significat affectionem ab omni fetore peccatorum abhorren-

C tem.

Nili. — Quantum quidem ad textum litteræ attinet, zelotypiam continet hæc sententia : repellit enim secum quærere volentes, dicens ipsum eo abivisse, quo illas descendere difficile sit aut impossibile. Sensus autem significat Sponsum descendisse in hortum fertilem olerum, quæ sunt cibus infirmorum, et edulium eorum qui modicæ sunt fidei, forte non descensurum, si hortus iste fuisset paradisus. Ingreditur enim in ea quæ perfectiora sunt, quasi cum æqualibus de plano æqualiter incedens : ad inferiora vero descendit, condescensionis dispensationem nominans descensum : sed et pascere in hortis erga eos qui pascuntur condescensionem

D denotat, utpote qui præ infirmitate ad montes naturalis pascuæ et antiquæ bonæ deductionis, pervenire non valeant, priusquam pastor ad ipsos descendat, ibi per humanitatem exsistens, ubi ipsi per socordiam corruerant. Cæterum infirmiores in condescensionis hortis pascens sicubi lilia reperiat, id est eos qui fiduciæ in Deum florem producere incipiant et corporeæ necessitatis sollicitudinem in ipsum projiciant. Hæc utique colligit in opportuniorem omnino locum, ordinemque transplantans, quod iis in hortis commorationem judicet ipsis minime consentaneam, ne assuetudine ad pristinum statum trahente, ac multa cum similibus communicatione ad zelum imitationis irritante, ad veterem consuetudinem reducantur.

Cyrilli. — Descendit in infernum ad animas justorum : hæ namque phialæ sunt aromatis, si quidem patriarchæ primi spirarunt fidem in Christum, et post resurrectionem pascit singulas ecclesias ; colligit vero lilia, nempe viros probos, sive sermonem confessionis ipsorum. A

VERS. 2. *Ego fratrueli meo, et fratruelis meus mihi qui pascit inter lilia.*

Hic canon et terminus est perfectionis in virtute. Nam ex his discimus nihil oportere nos habere præter Deum, neque animæ purificatæ ad quidquam aliud respiciendum esse, sed ita semetipsam ab omni crassa re et cogitatione expurgare debere, ut omnino tota transformata ad spiritalem et immaterialem primævæ pulchritudinis imaginem quam exactissime ipsa se componat. B Profert igitur hanc vocem Sponsa quasi speculum voluntatis electione præditum et animatum, quasi dicat : Cum ego toto orbe mei fratruelis faciem intueor, per hoc ipsum tota formæ ipsius pulchritudo in me conspicitur. Talis erat Paulus cum diceret : « Mihi vivere Christus est [1]. » Nihil nempe materialium et humanarum affectionum in ipso vivebat, non tristitia, non ira, non timor, non trepidatio, non fastus, non audacia, non vana gloria, non aliud quidquam eorum quæ animam quadam erga se affectione polluunt, sed solus ille mihi super est qui nihil est horum, sed sanctificatio et puritas, et incorruptio, et lumen, et veritas, et hujusmodi alia quæ animam meam pascunt, non in graminibus vel virgultis, sed in splendoribus sanctorum. C Et sicut in vas vitreum quodcunque injicitur pellucidum fit : sic nutritur anima liliis, id est virtutibus, quibus qui recta vivendi ratione satiatus est, is vita sua conspicuum se reddit, dum moribus suis cujuslibet virtutis speciem exprimit.

Nili. — Adhuc zelotypiam hic textus formatus est : ne enim existimarent ipsum omnibus esse communem, etiam iis qui necdum tali amore digni sunt, se solum soli illi attribuit. Quomodo autem nunc in liliis pascet, qui prius pascebat in hortis, nisi omnino proficientibus iis qui pascebantur :

Sicut « corpus non fornicationi, sed Domino [2] ; » sic et Sponsa Sponso. D Et vice versa, si quis autem flos speciosus in animabus hominum, illum colligens, tanquam cura pastorali sua dignum, pascit.

Philonis. — Scilicet ego ipsi opera, et ipse mihi mercedem.

Apollinarii. — Ne quis autem existimet hortum ipsius differre a Sponsi in eo conversatione, ostendit semetipsam esse quæ ab ipso pascatur, eamdemque esse lilia. Hæc cum dixisset, Sponsus

Φίλωνος (77). — Κατέβη πρὸς τὰς ἐξ ᾅδου τῶν δικαίων ψυχάς· φιάλαι γὰρ αὗται τοῦ ἀρώματος· πρῶτον γὰρ οἱ πατριάρχαι τὴν εἰς Χριστὸν ἔπνευσαν πίστιν· καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὰς κατὰ τόπον ἐκκλησίας ποιμαίνειν· συλλέγειν δὲ κρίνα τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἢ τὸν λόγον τῆς ὁμολογίας αὐτῶν.

β'. Ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου· ἀδελφιδός μου ἐμοὶ ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις.

Γρηγορίου (78). — Κανὼν καὶ ὅρος τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητός ἐστιν οὗτος. Μανθάνομεν γὰρ διὰ τούτων τὸ μὴ δεῖν πλὴν τοῦ Θεοῦ μηδὲν ἔχειν, μηδὲ πρὸς ἄλλο τι βλέπειν τὴν κεκαθαρμένην ψυχήν, ἀλλ' οὕτως ἑαυτὴν ἐκκαθᾶραι παντὸς ὑλικοῦ πράγματός τε καὶ νοήματος, ὡς ὅλην δι' ὅλου μετατεθεῖσαν πρὸς τὸν νοητόν τε καὶ ἄϋλον, ἐναργεστάτην εἰκόνα τοῦ ἀρχετύπου κάλλους ἑαυτὴν ἀπεργάσασθαι. Λέγει οὖν τὴν φωνὴν ταύτην ἡ Νύμφη τὸ προαιρετικόν τε καὶ ἔμψυχον κάτοπτρον· ὅτι Ἐπειδὴ ὅλῳ τῷ κύκλῳ ἐγὼ τὸ τοῦ ἀδελφιδοῦ πρόσωπον βλέπω, διὰ τοῦ ὅλον τῆς ἐκείνου μορφῆς τὸ κάλλος ἐν ἐμοὶ καθορᾶσθαι· οἷος ἦν Παῦλος ὁ εἰπών· « Ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστός. » Οὐδὲν γὰρ τῶν ὑλικῶν καὶ ἀνθρωπίνων μαθημάτων ἐν αὐτῷ ζῇ, οὐ λύπη, οὐ θυμός, οὐ φόβος, οὐ δειλία, οὐ τῦφος, οὐ θράσος, οὐ φιλοδοξία, οὐκ ἄλλο τι τῶν τὴν ψυχὴν διά τινος σχέσεως κηλιδούντων· ἀλλ' ἐκεῖνός μοι μόνος ἐστίν, ὃς οὐδὲν τούτων ἐστίν, ἀλλ' ἢ ἁγιασμὸς καὶ ἀφθαρσία, καὶ φῶς, καὶ ἀλήθεια, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα ποιμαίνει ψυχήν, οὐκ ἐν χόρτοις ἢ φρυγάνοις, ἀλλ' ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ ὑελίνου σκεύους, οἷον ἂν ᾖ τὸ ἐμβαλλόμενον, διαφανὲς γίνεται· οὕτω τρέφεται μὲν ψυχὴ τοῖς κρίνοις, εἴτ' οὖν ταῖς ἀρεταῖς· ὧν ὁ τῆς ἀγαθῆς πολιτείας ἐμφορηθεὶς, ἐπίδηλον ποιεῖ διὰ τοῦ βίου ἑκάστης ἀρετῆς τὸ εἶδος, διὰ τοῦ ἤθους ἐπιδεικνύμενος.

Νείλου. — Ὅτι ζηλοτύπως ἡ λέξις ἐσχημάτισται· ἵνα γὰρ μὴ νομίσωσι κοινὸν εἶναι πασῶν, καὶ οὕπω τέως ἀξίων τὸν πρὸς τῶν τοιούτων ἔρωτα, μόνην μόνῳ ἑαυτῷ ἀνατίθησι. Πῶς δὲ νῦν ἐν κρίνοις ποιμαίνει; ποιμαίνων ἐν κήποις πρότερον ἢ πάντων προκοψάντων τῶν ποιμαινομένων.

(79) Ὥσπερ « τὸ σῶμα, οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ, » οὕτω καὶ ἡ Νύμφη τῷ Κυρίῳ· (80) καὶ ἔμπαλιν· εἰ δέ τι ἄνθος ὡραῖον ἐν ἀνθρωπίναις ψυχαῖς, ἐκεῖνο συλλέγων ὡς ἄξιον τοῖς ἑαυτοῦ ποιμέσι ποιμαντικῆς.

Φίλωνος. — Ἤγουν ἐγὼ τὰ ἔργα αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἐμοὶ τὸν μισθόν.

Ἀπολιναρίου. — Ὡς ἂν μή τις νομίσῃ διεστάναι τὸν κῆπον αὐτῆς, καὶ τὴν ἐκεῖ τοῦ Νυμφίου διατριβήν, δείκνυσιν ἑαυτὴν εἶναι τὴν ὑπ' αὐτοῦ νεμομένην· καὶ αὐτὴν εἶναι τὰ κρίνα. Ταῦτα εἰπούσης, ὁ Νυμ-

[1] Philipp. I, 21. [2] I Cor. VI, 13.

NOTÆ.

(77) Scholium hoc in C. B. Cyrillo ascribitur.
(78) Anonyma in C. B.
(79) Hæc in C. B. ut verba Nili continuantur.
(80) Quæ sequuntur Origeni dat C. B.

φίος ἐπιφαίνεται, ἐγκώμιά τε λέγων αὐτῆς, καὶ τὸ εὐδοκεῖν ἐν αὐτῇ, κατὰ τὸ « Ἐγὼ τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ. »

Κυρίλλου. — Ἐγὼ αὐτῷ τὴν πίστιν, καὶ αὐτὸς ἐμοὶ τὴν βασιλείαν· ποιμαίνει δὲ ἐν τῇ καθαρότητι τῶν Γραφῶν καὶ τῶν ἁγίων δογμάτων.

γ'. *Καλὴ εἶ ἡ πλησίον μου, ὡς εὐδοκία· ὡραία, ὡς Ἱερουσαλήμ· θάμβος, ὡς τεταγμέναι.*

Γρηγορίου. — (81) Ἀναθεῖσα ἑαυτὴν τῷ ἀδελφιδῷ, καὶ δεξαμένη τοῦ ἀγαπηθέντος τὸ κάλλος ἐν τῇ ἰδίᾳ μορφῇ, οἵων ἀξιοῦται παρ' αὐτοῦ; Τί δέ ἐστιν ὅ φησιν, ἐνδείκνυται ὁ λόγος τὸ διὰ τῆς κατορθουμένης ἀνόδου μέχρις ἐκείνου τὴν ψυχὴν ὑψωθῆναι, ὡς πρὸς τὰ τοῦ Δεσπότου θαύματα ἑαυτὴν ἀποκλῖναι. B Εἰ γὰρ ὁ ἐν κόλποις τοῦ Πατρὸς ὑπὲρ τῆς ἡμῶν ἐνηνθρώπησεν εὐδοκίας, ἵνα γένηται ἐπὶ γῆς εἰρήνη, δηλονότι τὸ κάλλος ἑαυτῆς πρὸς τὴν εὐδοκίαν ὁμοιώσασα τὴν αὐτοῦ, Χριστὸν μιμουμένη τοῖς κατορθώμασι, γίνεται τοῖς ἄλλοις ὅπερ ὁ Χριστὸς τῇ ἀνθρώπων γέγονε φύσει. Καὶ λέγεται Ἱερουσαλὴμ πόλις τοῦ μεγάλου Θεοῦ εἰς οἴκησιν καὶ περίπατον· χωρήσασα τὸν ἀχώρητον, καὶ τῇ τοῦ ἐνοικοῦντος ὡραιότητι καλλωπιζομένη, καὶ πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν ποιοῦσα κατὰ μίμησιν τῶν ἄνω δυνάμεων, αἵ τινες ὑπὸ Θεοῦ εἰσι τεταγμέναι, μηδὲ μιᾶς κακίας ἀνατρεπούσης αὐτῶν τὴν εὐταξίαν· ὡς κοινῶν ἐφ' ἑαυτῆς τὸ θαῦμα καὶ τὴν ἔκπληξιν. Τοῦτό γὰρ ἑρμηνεύει τὸ θάμβος τοιοῦτον· οἷον ἐν ταῖς τεταγμέναις ἐστίν.

C *Ὠριγένους.* — Ὅσον πλησίον γίνεται τοῦ Νυμφίου, κ. τ. λ. (82).

δ'. *Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς σου ἀπεναντίον μου, ὅτι αὐτοὶ ἀνεπτέρωσάν με.*

Γρηγορίου (83). — Τινὲς μὲν παρὰ τοῦ Δεσπότου πρὸς τὴν καθαρὰν ταῦτα εἰρῆσθαι ψυχὴν λέγουσιν, ἐγὼ παρὰ τῆς Νύμφης τοῦτο οἶμαι εἰρῆσθαι. Ἐπεὶ γὰρ ἀποῤῥήτως τῇ Γραφῇ πτέρυγας εἶναι περὶ τὴν θείαν εἴρηται φύσιν, κατὰ τὸ ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με· καὶ διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐδέξατο αὐτούς· ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐγένετο κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν· πτερωτὴν συμβαίνει λέγεσθαι καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὴν φύσιν, ἐν ᾧ τὸ κατ' εἰκόνα ἐφυλάττετο. Ἀπεγύμνωσε δὲ αὐτὸν τῶν τοιούτων πτερῶν ἡ κακία δυνάμεώς τε, φημὶ, καὶ μακαριότη- D τος, καὶ ἀφθαρσίας τούτων νοουμένων· ἀλλ' ἐπεφάνη ὁ Χριστὸς ἵνα δι' ὁσιότητος καὶ δικαιοσύνης αὖθις πτεροφυήσωμεν· ὁμοῦ τε γὰρ φιλανθρώποις ἡμᾶς οἶδεν ὀφθαλμοῖς ὁ Θεὸς, καὶ κατὰ τὴν ἀρχαίαν φύσιν ἀνεπτερώθημεν. Ὅταν οὖν οἱ ὀφθαλμοί σου ἐπ' ἐμὲ ἐπιβλέπωσιν, ἀποστρέφονται ἀπὸ τοῦ ἐναντίου· οὐ γὰρ ὄψονταί τι ἐν ἐμοὶ τῶν ἐναντιουμένων τῷ πτέρυγας περιστερᾶς ἀναλαβεῖν διὰ τῶν ἀρετῶν, καὶ πετασθῆναι καὶ καταπαῦσαι.

A apparet, encomia ipsius recensens, sibique in ea complacere dicens, juxta illud : « Ego diligentes me diligo [a]. »

Cyrilli. — Ego illi fidem, et ipse mihi regnum : pascit autem in puritate Scripturarum et dogmatum sanctorum.

VERS. 3. *Pulchra es proxima mea, sicut beneplacitum, decora sicut Jerusalem ; pavor, ut ordinatæ acies.*

Quæ semetipsam fratrueli tradidit ac dilecti pulchritudinem in sua forma recepit, qualia consequitur ab illo? Quid autem est quod dicit : declarat hoc verbum nempe animam præclaro conscendendi conatu usque adeo in sublime evectam esse, ut jam ad ipsa Domini miracula enitatur. Nam si is qui est in sinu Patris, pro suo in nos beneplacito factus est homo, ut in terra pax oriretur, planum est illa quæ ad hoc beneplacitum præclaris operibus Christum imitando suam pulchritudinem conformavit, aliis id fieri quod Christus humanæ factus est naturæ. Et dicitur Jerusalem civitas magni Dei ad inhabitandum et inambulandum capiens eum qui capi non potest, et inhabitantis pulchritudine exornata et omnia decenter et secundum imitationem virtutum supernarum, quæ sub Deo sunt ordinatæ, nulla malitia pulchrum earum ordinem evertente, ita ut ad sui moveat admirationem ac stuporem. Hoc enim sibi vult illud pavor sive stupor qualis nimirum in virtutibus istis ordinatis exsistit.

Origenis. — Quanto proximior fit Sponso, etc.

VERS. 4. *Averte oculos tuos e regione mei, quia ipsi avolare fecerunt me.* Nonnulli quidem hæc a Domino ad puram animam dici aiunt ; ego vero existimo hoc a Sponsa dictum. Cum enim arcano sensu a Scriptura divinæ naturæ alæ tribuantur juxta illud : « In tegmine alarum tuarum proteges me [b]. » Et : « *Expandens alas suas suscepit eos* [c]. » Homo autem factus est ad imaginem Dei et similitudinem ; itaque alatam dicere convenit humanam naturam, in quo id quod secundum imaginem est servabatur. Nudavit autem ipsum malitia istiusmodi alis virtutisne dicam an beatitatis et incorruptionis, his ita intellectis ; sed apparuit Christus, ut per sanctitatem et justitiam iterum alis instrueremur ; nam simul etiam nos benignis oculis aspexit Deus, et juxta primævam naturam alati evasimus. Quando igitur oculi tui super me respiciunt, avertuntur a contrario. Non enim videbunt quidquam eorum in me quæ mihi adversantur, eo quod alas columbæ assumpserim per virtutes et evolem et requiescam.

[a] Prov. VIII, 17. [b] Psal. XVI, 8. [c] Deut. XXXII, 11.

NOTÆ.

(81) Anonymi sunt in C. B.
(82) *Patrol.* t. XVII, col. 276.
(83) Anonyma in C. B.

Ecclesia specie sua, etc. A

Nili. — Magnam Sponsæ fiduciam ac libertatem declarat ex eo quod intrepide Sponsum intueatur. Si vero Verbum sit Sponsus, alas induit, et ita magis ascendit in altum contemplationis procedens, ubi reperit animam contemplationi deditam quæ ipsum intelligendo assequi possit, et ut sic dicam, sine verecundia ad res omnes contemplandas fixos oculos intendere. Cæterum sollicite hortatur ne semper istiusmodi fixum oculum habeamus, et aliquando ipsum avertamus et conniveamus, ne dum multis alis instruitur et fixe tuetur, ad consensum non sufficiat, dumque supra vires quid attentat, ad reliqua etiam intelligenda fiat obtusior.

B

Philonis. — Id est custodiantur oculi qui vias meas avertunt : nam hoc in me tui excitat desiderium.

Cyrilli. — A non parentibus tibi averte oculos tuos et ad me illos inclina : nam illi, inquit, dilectionem tui excitaverunt.

VERS. 5. *Capillamentum tuum sicut greges caprarum quæ apparuerunt e Galaad. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro omnes geminantes, et sterilis non est in eis.*

Soli corporis capilli sensus expertes sunt, quos mulieribus ornamento esse dixit Paulus, capiti decorem afferentes. Docet nimirum illos qui in capite C Sponsæ esse intelliguntur per quos Ecclesiæ gloria accedit, habere sensus in potestate sua per sapientiam occultando sensum, juxta illud Proverbiorum : « Quoniam sapientes abscondunt sensum [a], » qui non ex aspectu de bono judicium faciunt, non gustatu bonum explorant, non odoratui, non tactui, non alterius sensus organo æstimationem boni permittunt : sed mortificatis, inquit, sensibus, per solum animum oblata menti bona amplectuntur et expetunt : atque hoc modo mulierem illam quæ est Ecclesia, gloria quadam exornant, non honoribus intumescentes, neque per abjectionem animi rebus tristibus in angustum coacti, sed in adversis casibus capillorum instar se sensus expertes declarantes. Capras autem adduxit in exemplum, vel D quod a natura hirsutæ sint, vel quod hoc animal summa cacumina conscendens non impingat in petras, id quod apte quadrat in eos qui præclare asperam virtutis viam conficiunt ; vel quia hoc animal ad multa legalia sacrificia assumptum fuit, ad capitis encomium conducit. Sed et in Proverbiis inter quatuor illa quæ bene incedunt numeratus est hircus ducens caprarum gregem. Dicendum itaque quemadmodum aliquod vitæ institutum ab aliquo inventum per multos deinde propagatum,

[a] Prov. x, 14.

Ὠριγένους. — Ἡ Ἐκκλησία τῇ ὡραιότητι, κ. τ. λ. (84).

Νείλου. — Πολλὴν τῆς Νύμφης παῤῥησίαν δηλοῖ, ἐκ τοῦ ἐνατενίζειν ἀδεῶς τῷ Νυμφίῳ (85). Εἰ δὲ ὁ Λόγος ἐστὶν ὁ Νυμφίος, ἀναπτεροῦται καὶ ἐπὶ πλεῖον οὗτος ἀναβαίνει πρὸς ὕψος θεωρίας χωρῶν, ὅταν εὕρῃ θεωρητικὴν ψυχὴν, τῇ νοήσει παρακολουθῆσαι δυναμένην, ἵν' οὕτως εἴπω, ἀναιδῶς πᾶσιν ἐνατενίζειν τοῖς θεωρουμένοις. Ἀλλὰ παραινῶν κηδεμονικῶς, μὴ ἀτενὲς ἔχειν πάντοτε τὸ τοιοῦτον ὄμμα· καί ποτε δὲ ἀποστρέφειν αὐτὸ καὶ καμμύειν· ἵνα μὴ πολὺ πτερωθέντας τοῦ ἀτενιζομένου ἀτενίσῃ πρὸς τὴν συνανάβασιν καὶ τῶν ὑπὲρ φύσιν ἐφιεμένη· καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ νοήματα, ἀμβλυωπέστερα γένηται.

Φίλωνος. — Ἤγουν τὰς ἐμὰς ὁδοὺς οἱ μεταστραφέντες τηρείτωσαν ὀφθαλμοί· τὸν σὸν γάρ μοι τοῦτο πόθον ἐργάζεται.

Κυρίλλου. — Ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων σοι τοὺς σοὺς ἀπόστρεψον ὀφθαλμοὺς, καὶ εἰς ἐμὲ κλῖνον· αὐτοὶ γὰρ, φησὶν, τὴν ἀγάπην ἐξήγειράν σε.

ε'. *Τρίχωμά σου ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ Γαλαάδ· ὀδόντες σου, ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ· αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς.*

Γρηγορίου (86). — Μόναι τοῦ σώματος αἱ τρίχες ἀμοιροῦσιν αἰσθήσεως· ἃς γυναιξὶν εἶναι κόσμον εἶπεν ὁ Παῦλος, ὡραΐζούσας τὴν κεφαλήν. Διδάσκει τοίνυν ὅτι χρὴ τοὺς περὶ τὴν κεφαλὴν τῆς Νύμφης θεωρουμένους, δι' ὧν ἡ Ἐκκλησία δοξάζεται, κρείττους τῶν αἰσθήσεων εἶναι· κρύπτοντας διὰ τῆς σοφίας τὴν αἴσθησιν κατὰ τὴν Παροιμίαν· « Ὅτι σοφοὶ κρύπτουσιν αἴσθησιν· » οἷς οὐχ ὅρασις τοῦ καλοῦ κριτήριον γίνεται, οὐ γεύσει τὸ ἀγαθὸν δοκιμάζεται, οὐχ ὀσφρήσει, οὐχ ἀφῇ· νεκρώσαντες γὰρ, φησὶ, τὰς αἰσθήσεις, ἐφάπτονται διὰ μόνης τῆς ψυχῆς τῶν κατ' ἔννοιαν ἀγαθῶν ὀρεγόμενοι· καὶ οὕτω δοξάζουσι γυναῖκα τὴν Ἐκκλησίαν, οὔτε τιμαῖς διογκούμενοι, οὔτε μικροψυχίαις πρὸς τὰ λυπηρὰ συστελλόμενοι, ἀλλ' ἐν τῇ πείρᾳ τῶν τριχῶν ἀναισθησίαν ὑποκρινόμενοι. Εἴληφε δὲ τὰς αἶγας εἰς παραβολὴν, ἢ διὰ τὸ φύσει δασὺ, ἢ ὅτι τῶν ἄκρων ἐπιβαῖνον τὸ ζῶον, οὐ περιολισθαίνει ταῖς πέτραις· ὅπερ τοῖς τὴν τραχεῖαν τῶν ἀρετῶν ὁδὸν κατορθοῦσι, προσφυῶς ἁρμόζεται· ἢ διὰ τὸ πρὸς πολλὰ τῆς νομικῆς ἱερουργίας παρειλῆφθαι συντελεῖν πρὸς ἐγκώμιον τῇ κεφαλῇ· κἂν ταῖς Παροιμίαις δὲ ἐν τοῖς τέσσαρσι τοῖς εὐοδουμένοις, ὁ τράγος ἠρίθμηται, τοῦ αἰπολίου ἡγούμενος. Λεκτέον οὖν ὥσπερ εὑρεθὲν ἐπιτήδευμα, διὰ πολλῶν τῶν ἐφεξῆς διατρέχον, ἐπὶ τὸν εὑρετὴν ἀναφέρεται· ὡς ἐπὶ τὸν Θοβὲλ ἡ χαλκευτικὴ, καὶ ἡ ποιμαντικὴ ἐπὶ τὸν Ἄβελ, καὶ ἡ γεωργικὴ ἐπὶ τὸν Κάϊν, καὶ ἡ ἀμπελουργικὴ ἐπὶ τὸν Νῶε· οὕτως

NOTÆ.

(84) Hæc in C. B. anonymi sunt, C. V. ea Origeni vindicat, exstant *Patrol.* t. XCVII, col. 276, 277.

(85) Πολλὴν — τῷ νυμφίῳ anonyma sunt in C. B.

(86) Anonyma in C. B.

ἐπειδὴ τοῦ θείου ζήλου διαφερόντως Ἠλίας καθηγήσατο, ὅσοι μετ' ἐκεῖνον τοῖς ἑαυτοῦ ἴχνεσιν ἐπηκολούθησαν, τὸν ἐκείνου μιμησάμενοι βίον, αἰπόλιον γέγονασι τοῦ ἡγησαμένου τῆς τοιαύτης ζωῆς· οἵ τινες δόξα καὶ ἔπαινος τῆς Ἐκκλησίας γίνονται, εἰς τὸν τῶν τριχῶν καταγέντες κόσμον, ὃν ἡ αἰσθητικὴ ζωὴ κεχώρισταί τε καὶ ἠλλοτρίωται· διὰ δὲ τῶν αὐτῶν, καὶ τοὺς τρέφοντας τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας ὀδόντας ἐπαινεῖ, οὓς εἶναι βούλεται διὰ παντὸς, ὡς ἀπὸ λουτροῦ καθαροὺς, καὶ τὰς τρίχας ἔχειν ἀπερίττους ὡς ἀπὸ προσφάτου κουρᾶς· καὶ κατὰ τὸν τόκον τῶν ἀρετῶν διδυμεύοντας, τῆς διπλῆς καθαρότητος γίνεσθαι πατέρας· τῆς τε κατὰ ψυχὴν καὶ τῆς κατὰ σῶμα θεωρουμένης· καὶ μηδὲν ἔχει ἀγονοῦν ἐν τῷ κρείττονι.

A inventori primo acceptum refertur, ut ars ferraria Thobelo et pastoritia Abelo, agricultura Caino, vitium cultura Noemo. Ita cum in divino zelo excellenter quasi dux aliis præluxerit Elias, quicunque post illum vestigia ejus secuti sunt per vitæ imitationem veluti quidam grex caprarius illius facti sunt qui princeps talis vitæ auctor exstitit. Iidem laus et gloria fiunt Ecclesiæ, selecti ut capillorum sint ornamentum, cum sensuum vita locum in eis nullum habeat. Propterea quoque dentes laudat, qui scilicet Ecclesiæ corpus alunt. Hos vult semper tanquam a lavacro esse puros, et minime superfluos habere crines quasi recens tonsos, et virtutum interim fecunditate geminis fœtibus insignes et duplicis puritatis parentes fiant, tum quæ in animo tum quæ in corpore conspiciatur: et nihil habeant sterile in boni fetificatione.

Ὠριγένους. — Εἴρηται δεύτερον ταῦτα τῇ B Νύμφῃ, κ. τ. λ. (87).

B *Origenis*. — Secundo hæc dicta sunt ipsi Sponsæ, etc.

ς'. *Ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου· καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία· ὡς λέπυρον τῆς ῥόας, μῆλόν σου· ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου.*

VERS. 6. *Sicut funiculus coccineus labia tua, et eloquium tuum decorum: sicut cortex mali punici gena tua, extra taciturnitatem tuam.*

Γρηγορίου (88). — Μέτρου ὄνομα τὸ σπαρτίον· τὴν μὲν οὖν μεμετρημένην τοῦ λόγου διακονίαν δηλοῖ, ἣν ὁ ψαλμῳδὸς φυλακὴν καὶ θύραν περιοχῆς ὠνόμασε· τότε δὲ μάλιστα τυγχάνει τοῦ μέτρου ὁ λόγος, ὅταν τῷ τοῦ Σωτῆρος περιχέχρηται αἵματι· ὁ τοίνυν λαλοῦντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν, αὐτὸς ἔχει τὸ σχοινίον ἐπὶ τοῦ σώματος τὸ γεωμετρικὸν, τῷ τοῦ λυτρωτοῦ καλλωπιζόμενον αἵματι· λαλιὰν δὲ ὡραίαν ὀνομάζει τὸ σπαρτίον τὸ κόκκινον, δι' οὗ πάλιν σημαίνει τὸ καθαρὸν καὶ ἔμμετρον· τὸ γὰρ ἀκριβῶς ὡραῖον ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ τῆς ἀκμῆς προσφερόμενον, C οὔτε ἄωρόν ἐστιν, οὔτε ἐξέωρον· τῷ δὲ λεπύρῳ τῆς ῥόας τὸ μῆλον τῆς παρειᾶς ὡραΐζων, μεγάλην τινὰ προσμαρτυρεῖ τῇ Νύμφῃ τὴν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τελειότητα· σημαίνει γὰρ μὴ ἐν ἄλλῳ τινὶ τὸν θησαυρὸν αὐτῇ παρασκευάσθαι, ἀλλ' αὐτὴν εἶναι θησαυρὸν ἑαυτῆς, παντὸς ἀγαθοῦ παρασκευὴν ἐν ἑαυτῇ περιέχουσαν. Ὡς γὰρ τῷ λεπύρῳ περιέχεται τῆς ῥόας τὸ ἐδώδιμον, οὕτως ἐνδείκνυται τῷ φαινομένῳ κάλλει τοῦ βίου, τὸν ἔνδον αὐτῆς θησαυρὸν περιέχεσθαι. Οὗτος οὖν ἐστιν ὁ κρυπτὸς θησαυρὸς τῶν ἐλπίδων, ὁ ἴδιος καρπὸς τῆς ψυχῆς, τῷ ἐναρέτῳ βίῳ καθάπερ τινὶ ῥόας λεπύρῳ κρατούμενος· τὸ δὲ *ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου* τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ὁ ἔπαινος οὐκ ἐκ τῶν φαινομένων τοσοῦτόν ἐστι ὅσα τῷ λόγῳ μηνύεται, ἀλλὰ μᾶλλον ὅσα τῇ σιωπῇ ἀποκρύπτεται, D τὴν τοῦ λόγου διαφεύγοντα μήνυσιν· ὥσπερ γὰρ τὸ ἐκτὸς τοῦ λόγου σιωπὴ νοεῖται, οὕτω καὶ τὸ ἐκτὸς σιωπήσεως, τὸν λόγον νοήσεις. Ἐκεῖνο γὰρ σιωπῶμεν ὃ διὰ τῶν λόγων ἐξαγγέλλειν ἀδυνατοῦμεν· φησὶν οὖν ὅτι καλὰ μὲν καὶ μεγάλα τῷ λόγῳ φανῆναι δυνάμενα ὁ ἐκτός ἐστι τῆς σιωπήσεως· τὰ δὲ τοῦ λόγου ἐκτὸς τὰ τῇ σιωπῇ καλυπτόμενα, τὰ ἄρρητά τε καὶ ἀνεκφώνητα, μείζω πάντως καὶ θαυμασιώτερα τῶν ἐκφαινομένων ἐστίν.

Funiculus mensuræ nomen est: itaque mensura quadam circumscriptam sermonis usurpationem designat: quam Psalmista[7] custodiam et ostium circumstantiæ nominavit. Tunc autem potissimum sermo mensura circumscribitur quando tingitur sanguine Servatoris. Qui igitur habet Christum in se loquentem, is etiam funiculum illum geometricum habet in ore Salvatoris sanguine decoratum. Eloquium porro decorum nominat funiculum coccineum. Nam quod vere elegans nunquam indecorum est, cum vero deinde per mali punici corticem genas ornat, insignem quamdam in bonis perfectionem Sponsæ tribuit. Significat enim non in alio quopiam ipsi situm esse thesaurum ipsius, sed ipsam sui ipsius thesaurum esse, quippe quæ omnis boni apparatum in se contineat. Nam ut cortice continetur id quod in malo punico esculentum est; sic etiam demonstrat contineri thesaurum ejus interiorem pulchritudine illa vitæ quæ sub aspectum cadit. Hic igitur est occultus ille spei thesaurus proprius animæ fructus, qui vita virtuti consentanea quasi quodam mali punici cortice continetur: quod autem additur. *Extra taciturnitatem tuam* est ejusmodi: scilicet laudem hanc non tam ex apparentibus quæ sermone indicantur æstimandam quam ex iis quæcunque silentio teguntur ut verbis indicari nequeunt. Sicut enim id quod extra sermonem est, silentium intelligitur, sic id quod est extra taciturnitatem, sermonem intelliges. Nam id reticemus, quod verbis enuntiare non possumus. Ait igitur præclara quidem et magna quæ indicari oratione possint, esse extra silentium. Quæ vero extra sermonem silentio tecta et ineffabilia sunt omnibus modis majora et admirabiliora esse iis quæ oratione proferantur.

[7] Psal. CXL, 3.

NOTÆ.

(87) *Patrol.* t. XVII, col. 277.

(88) Anonyma in C. B.

VERS. 7, 8. *Sexaginta sunt reginæ et octoginta concubinæ et adolescentulæ quarum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ; electa est ei quæ peperit ipsam. Viderunt eam filiæ et beatificabunt eam reginæ et concubinæ, et laudabunt eam.*

Dogma quoddam cultioris philosophiæ in hisce verbis per laudes Sponsæ proponitur, nempe non eadem ratione atque ordine ea quæ sunt creari ac recreari. Nam cum a principio per divinam virtutem producta est creatura, in re qualibet una cum principio absque mora finis etiam perfectioque rei conjungebatur, quando universa de nihilo producta simul cum principio perfectionem etiam suam consequebantur. Est autem humana quoque natura in prima sui exstantia perfectioni conformata. Ad imaginem enim Dei et similitudinem factus est homo, quibus verbis id quod summum et perfectissimum est significatur. Quid enim Dei similitudine perfectius? Itaque in prima creatione sine ullo temporis intervallo una cum principio finis etiam apparuit, et a perfectione cœpit naturam suum esse. Postquam autem, propter vitiositatem, morti tradita fuit, non derepente iterum recuperat perfectionem, sed via quadam et ordine ad majus progreditur, dum paulatim affectionem ad contraria proclivem exstinguit, per honestius vitæ institutum, cognatam circumradens pravitatem. Unde multas etiam mansiones apud Patrem illum esse accepimus, dum pro ratione propensionis ad bonum, et abscessus a malo, cuique merces parata est. Alius enim est adhuc in primo melioris vitæ initio, ut qui recens a fundo vitæ vitiosæ ad veritatis fruitionem emerserit: alius studioso conatu jam boni quadam accessione et incremento auctus est; alius quasi medium iter conscensionis ad illa sublimia confecit: alius etiam medium hoc cursu præteriit. Nonnulli et hos superarunt, quos rursus alii sunt prætergressi. Contendentibus item aliis supra hos quoque ad celsiora. Denique Deus omnino pro varietate industriæ singulorum suo quemlibet ordine recipit, cuique vices retribuens. Hanc propositis in verbis philosophiam tradi existimamus, quæ discrimen animarum Sponsum intuentium in jam dictis designet. Illi enim qui non ita pridem velut ex alvo quodam in imo siti erroris prodierunt, et quasi recens nati necdum sermonis articulati capaces sunt, propter dilatationem fidei non satis a ratione confirmatam numero cernuntur infinito: qui salutarem quidem sermonem mysterii sacri esse crediderunt, non tamen per scientiam quamdam et certitudinem ab ipso sermone, quasi solido nixam fundamento veritatem in se habent. Atque hæ sunt illæ nominatæ adolescentulæ, quod

A *ζ', η'. Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Μία ἐστὶ περιστερά μου τελεία μου· μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς· ἐκλεκτή ἐστι τῇ τεκούσῃ αὐτήν· εἴδοσαν αὐτὴν θυγατέρες, καὶ μακαριοῦσι· βασίλισσαι καὶ παλλακαὶ, καὶ αἰνέσουσιν αὐτήν.*

Γρηγορίου (89). — Δόγμα ἐστὶ τῶν ἀστειοτέρων ἐν τοῖς ῥητοῖς τούτοις, φιλοσοφίαν διὰ τῶν ἐπαίνων τῆς Νύμφης παρατίθεται· ὅτι οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς τάξεως καὶ ἀκολουθίας κτίζεται τὰ ὄντα καὶ ἀνακτίζεται. Ὅτε μὲν γὰρ κατ' ἀρχὰς διὰ τῆς θείας δυνάμεως παρήχθη ἡ κτίσις, ἐφ' ἑκάστου τῶν ὄντων ἀδιαστάτως τῇ ἀρχῇ συναπηρτίσθη τὸ πέρας· πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγενομένοις, ὁμοῦ B τῇ ἀρχῇ συνανισχούσης τῆς τελειότητος· ἓν δὲ τῶν κτισθέντων καὶ ἀνθρωπίνη φύσις ἀπὸ τῆς πρώτης ὑπάρξεως συμπλασθεῖσα τῇ τελειότητι. Κατ' εἰκόνα γὰρ Θεοῦ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος καὶ ὁμοίωσιν· δεικνύντος τοῦ λόγου τὸ ἀκρότατον καὶ τελειότατον· τί γὰρ ὑπέρτερον τῆς πρὸς Θεὸν ὁμοιότητος; ἐπὶ μὲν οὖν τῆς πρώτης κτίσεως ἀδιαστάτως τῇ ἀρχῇ συνανεφάνη τὸ πέρας, καὶ ἀπὸ τῆς τελειότητος ἡ φύσις τοῦ εἶναι ἤρξατο, ἐπεὶ δὲ διὰ κακίας θανάτῳ παρεδόθη, οὐχ ἀθρόαν πάλιν ἐπαναλαμβάνει τὴν τελειότητα, ἀλλ' ὁδῷ τινὶ καὶ τάξει πρόεισιν ἐπὶ τὸ μεῖζον, κατ' ὀλίγον ἀποσκευαζομένη τὴν πρὸς τὰ ἐναντία προσπάθειαν, δι' ἀστειοτέρας διαγωγῆς περιξυομένη τὴν συμφυΐαν τοῦ χείρονος· ὅθεν καὶ πολλὰς μονὰς εἶναι παρὰ τῷ Πατρὶ μεμαθήκαμεν, κατὰ ἀναλογίαν C τῆς ἑκάστῳ πρὸς τὸ καλὸν σχέσεως καὶ τῆς τοῦ χείρονος ἀποστάσεως, ἑτοιμαζομένης πᾶσι τῆς ἀντιδόσεως. Ὁ μὲν γάρ τις ἐν ἀρχῇ τῆς τοῦ βελτίονός ἐστι βιώσεως· ἄρτι καθάπερ ἐκ βυθοῦ τινος τοῦ κατὰ κακίαν βίου, πρὸς τὴν μετουσίαν τῆς ἀληθείας ἀνανηξάμενος· τῷ δέ τις γέγονεν ἤδη δι' ἐπιμελείας καὶ προσθήκη τοῦ κρείττονος· ἄλλος ἐπὶ πλεῖον διὰ τῆς ἐπιθυμίας τῶν ἀγαθῶν ἐπηυξήθη· ὁ δὲ μέσως ἔχει τῆς τῶν ὑψηλῶν ἀναβάσεως· ἕτερος καὶ τὸ μήπου παρέδραμεν. Εἰσὶ δέ τινες οἱ καὶ τούτων ὑπεράραντες· ἄλλοι κἀκείνους παρήλασαν· καὶ ὑπὲρ τούτους ἕτεροι πρὸς τὸν ἄνω δρόμον συντείνονται· καὶ ὅλως κατὰ τὴν ποικίλην τῶν προαιρέσεων διαφορὰν ἕκαστον ὁ Θεὸς ἐν τῷ ἰδίῳ προσδέχεται τάγματι, τὰς D οἰκείας ἑκάστῳ ἀμοιβὰς ἀποδιδούς. Ταῦτα διὰ τῶν προκειμένων ῥητῶν φιλοσοφεῖν τὸν λόγον ὑπενοήσαμεν, τὴν διαφορὰν τῶν ψυχῶν, οἳ πρὸς τὸν Νυμφίον ὁρῶσιν, ἐν τοῖς εἰρημένοις ἡμῖν διαστείλαντα· οἱ μὲν γὰρ ἄρτι καθάπερ νηδύος τινὸς, τῆς ἐν βάθει κειμένης ἀπάτης ἔξω γινόμενοι, ἀρτιγενεῖς ὄντες, καὶ οὔπω διηρθρωμένον τὸν λόγον ἐν ἑαυτοῖς χωρήσαντα, τῇ ἀλογωτέρᾳ συγκαταθέσει τῆς πίστεως ἐν ἀπείρῳ θεωροῦντες πλήθει· σωτήριον μὲν εἶναι πεπιστευκότες τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον· οὐ μὴν ἐπιστήμῃ τινὶ καὶ τῇ διὰ τοῦ λόγου πληροφορίᾳ

NOTÆ.

(89) Anonyma in C. B.

καθυδριμένην ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἀλήθειαν. Αὗ- A ταί εἰσιν αἱ ὀνομασθεῖσαι νεάνιδες, διὰ τὸ ἔτι νέαν ἄγειν τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν· αἱ γεννηθεῖσαι μὲν τῷ λόγῳ τῆς πίστεως, οὔπω δὲ διὰ τῆς προσηκούσης αὐξήσεως τοιαῦται γεγόνασιν ὡς ἐπὶ γάμον ἀκμὴν προελθεῖν, καὶ φθάσαι εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον γαμικῆς ἡλικίας, ὥστε τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου δύνασθαι κυοφορῆσαι, καὶ Πνεῦμα σωτηρίας παιδοποιήσασθαι. Πλὴν καὶ οὗτοι τῶν σωζομένων· τῶν δὲ διὰ τῆς καθηκούσης ἐπιμελείας αὐξηθέντων τῇ διανοίᾳ, καὶ καταλελοιπότων ἤδη τὴν νηπιότητα, διπλῆν ὑπὸ τοῦ Λόγου τὴν διαφορὰν διδασκόμεθα. Γίνονται μὲν γὰρ αἱ ψυχαὶ σύσσωμοι τῷ Λόγῳ, καὶ αὗται κἀκεῖναι· ἀλλ' αἱ μὲν ἐρωτικαὶ, τινὶ διαθέσει προσκολλῶνται· αἵ τινες διὰ τῆς τελειοτέρας διαθέσεως ἀνακραθεῖσαι τῇ τοῦ Θεοῦ καθαρότητι, βασί- B λισσαι ὀνομάζονται, διὰ τὴν τῆς βασιλείας κοινωνίαν· οἵα ἦν ἡ τοῦ Δαβὶδ λέγουσα· « Ἐμοὶ δὲ τῷ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ ἀγαθόν ἐστι· » καὶ ἡ τοῦ Παύλου· « Οὐδεὶς ἡμᾶς χωρήσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ. » Αἱ δὲ φόβῳ κολάσεως τὰς μοιχικὰς ἀποφεύγουσαι πείρας, μένουσαι καὶ αὗται ἐν ἀφθαρσίᾳ καὶ ἁγιασμῷ, ἀλλὰ φόβῳ μᾶλλον ἢ πόθῳ παιδαγωγούμεναι, αἵ τινες παλλακαὶ ἀπὸ τοῦ λόγου κατονομάζονται· οὔπω γάρ τις αὐτῶν μήτηρ βασιλέως, καὶ κοινωνὸς τῆς ἀξίας δυνατῶς ἔχει· διὰ τὸ μὴ ἀναλαβέσθαι τὸ ἀδέσποτον καὶ αὐτοκρατὲς τοῦ ἐναρέτου φρονήματος· ἡ δὲ κατὰ τὸν ἀριθμὸν διαφορὰ τῆς τῶν δύο ταγμάτων διαστολῆς, τοιοῦτόν μοι δοκεῖ νοῦν ἔχειν.

Γρηγορίου. — Ἓξ εἰσιν ἐντολαὶ δι' ὧν ἡ βασι- C λεία τοῖς δεξιοῖς ὀνομάζεται. Λογισώμεθα τούτων ἑκάστην, τὸ δεσποτικὸν εἶναι τάλαντον· προσήκει δεκαπλασιασθῆναι παρὰ τοῦ πιστοῦ οἰκέτου παρὰ τῆς ἐργασίας. Εἰ τοίνυν διὰ τῶν ἓξ τούτων ἐντολῶν, ἡ τῆς βασιλείας γίνεται κοινωνία τῇ ψυχῇ· τὸ δὲ τέλειον τῆς ἐργασίας ἐφ' ἑκάστης ἐστὶ, τὸ δεκαπλασιάσαι τὴν ἐντολὴν, καθώς φησιν ὁ ἀγαθὸς δοῦλος ἐκεῖνος, ὅτι Ἰδὲ δέκα τάλαντα τὸ ἕν σου τάλαντον ἐποίησεν, εὑρίσκομεν ἐκ τοῦ ἀκολούθου τὴν μίαν βασίλισσαν εἰς ἑξήκοντα πλατυνομένην· τὴν διὰ τοῦ δεκαπλασιασμοῦ τῶν ἑξήκοντα ἐντολῶν εἰς κοινωνίαν τῆς βασιλείας παραδεχθεῖσαν· ὡς πολλὰς εἶναι τὴν μίαν, τῷ πολυτρόπῳ χαρακτῆρι τῶν ἐντολῶν ἐμμερισθεῖσαν, καὶ ἑκάστῳ τῶν κατορθωμά- D των ἰδιαζόντως ἐμμορφωθεῖσαν· ἀκολούθως καὶ διὰ τῶν ὀγδοήκοντα, τὸ τῆς ὀγδόης μυστήριον παραδηλοῦσθαί φαμεν· πρὸς ἣν βλέποντες οἱ φόβῳ παιδαγωγούμενοι, τῆς τῶν κακῶν κοινωνίας ἀπείργονται. Οὕτω γὰρ ἐν ταῖς ψαλμῳδίαις ἐμάθομεν, ἐν αἷς προτέτακται διὰ τῆς ἐπιγραφῆς ἡ ὀγδόη. Μαστιγουμένων γὰρ ἄντικρυς αἱ φωναὶ τῷ φόβῳ τῶν ἐλπιζομένων εἰς ἔλεον ἐπικάμπτουσαι τὴν ἀκοήν· φησὶ γὰρ πρὸς τὸν κριτὴν ὁ πρὸς τὴν ὀγδόην βλέπων· « Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με· ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι. » Ἔσται τοίνυν καὶ ἐπὶ τοῦτο ἀναλόγως τῆς ἐντολῆς, ἡ

primam adhuc ætatem spiritualem agant, quæ per fidei quidem sermonem genitæ sed necdum conveniente incremento ejusmodi factæ sunt, ut ætatem nuptiis maturam attigerint, et ex Dei metu ferre uterum possint et spiritum salutis gignere. Verumtamen et hi sunt de numero salvandorum juxta illud : « Homines et jumenta salvabis, Domine [8], » jumenta vocans eorum qui servantur partem propius nonnihil accedentem ad bruta. Cæterum illorum, in quibus conveniente studio mens aucta est, quique infantiam reliquerunt, duplex hic discrimen discimus. Etenim animæ quidem illæ concorporantur Verbo, tam hæ quam illæ : verum aliquæ quidem per amatoriam quamdam affectionem cum eo conglutinantur, quæ propter perfectiorem illam affectionem Dei puritate attemperatæ, ob regni societatem reginæ nominantur : qualis erat Davidis anima dicens : « Mihi autem adhærere Deo bonum est [9]; » et Pauli : « Nemo nos separabit a charitate Christi [10]. » Aliæ autem supplicii metu adulterii tentationes vitant, quæ et ipsæ manent in incorruptione ac sanctificatione ; sed metu magis quam desiderio adductæ, concubinæ in hoc sermone nominantur ; neque enim illarum ulla mater regis ac dignitatis particeps fieri potest, quia necdum hoc consecuta est, ut nullius dominio subjecta sit. Neque virtute præditi sensus, tenent principatum. Hæc autem secundum numerum differentia distinctionis ordinum duorum talem mihi videtur habere sensum :

Sex omnino sunt præcepta per quæ regnum paratur iis qui ad dexteram collocantur. Statuamus apud animam quodlibet horum esse talentum illud herile, quod negotiando effici a bono ac fideli servo decuplo amplius convenit. Si ergo per hæc sex præcepta regni anima fit particeps, et in quolibet horum quæstus ac negotiatio perfecta est, mandatum ipsum quasi decuplicare, quemadmodum bonus ille servus ait, unum heri sui habentem decem aliorum talentorum lucrum acquisivisse ; consentanea ratione quadam reperimus, in sexaginta reginas unam illam excrescere, per decuplationem sex mandatorum in regni societatem venerit ; ita ut multæ sint, una illa per multiplicem mandatorum characterem divisa et in quolibet opere præclaro peculiariter velut expressa. Consimiliter etiam per octoginta mysterium octavæ dicimus declarari, ad quam respicientes illi qui metu ducti, a malorum societate arcentur. Hoc enim in psalmis animadvertimus, quibus præfigitur in inscriptione vox *octava*. Voces autem ipsæ sunt prorsus eorum qui metu futurorum malorum quasi flagellantur ad commiserationem aures flectunt. Ait enim ad judicem is qui ad octavam respicit : « Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum [11]. » Erunt igitur etiam in his pro ratione præcepti de-

[8] Psal. xxxv, 7. [9] Psal. lxxii, 28. [10] Rom. viii, 39. [11] Psal. vi, 2, 3.

cuplo incremento aucti octoginta concubinæ, quæ secundum a regina ordinem obtinent, quod metu servili et non amore sponsali ad bonum accedant. Verumtamen si dilectio plane tandem metum ejiciat, mutatusque metus dilectio fiat : tum demum unitas reperitur id quod salutem consequitur, omnibus inter se unitis in conglutinatione cum uno soloque bono, per illam quæ in columba est perfectionem, ut sicut in Evangelio ait : « Unum sint, sicut nos unum sumus [12]. » Hujus autem unitatis nexus est Spiritus sanctus. Quamobrem is qui de puero in virum perfectum augescendo evasit, ad mensuram ætatis spiritualis pervenit, e mancipio, et concubina regiæ dignitatis particeps effectus. Denique capax gloriæ Spiritus sancti factus per impassibilitatem ac puritatem, hic est perfecta columba. Hujus porro matrem dicit columbam illam quæ de cœlo ad Jordanem devolavit. Nam in filio genitoris omnino natura conspicitur. Hanc igitur animam felicem prædicant adolescentulæ, hanc concubinæ, hanc reginæ laudant. Etenim communis animalibus omnibus ad beatitudinem talem cursus propositus est. Omnes autem hi a natura comparati sunt, ut cupiditate animi ad id quod beatum est atque laudabile contendant. Quamobrem si columbam hanc filiæ beatam prædicant, omnino et ipsæ fieri columbæ cupiunt. Itidem quod a concubinis et reginis columba laudatur, argumento est has quoque studiosas illius esse quod prædicatur, donec tandem iis omnibus unum factis, qui ad eamdem desiderii metam respiciunt et nulla in ullo vitiositate superante, omnia Deus in omnibus fiat, quotquot per unitatem inter se in boni societate coalescunt.

Nili. — Sexaginta reginas forte dicit eos qui in Judaismo sunt. Erant enim aliquando regnum et sacerdotum et gens sancta : octoginta vero pellices illas hæreses quæ quidem per mysterium resurrectionis octavæ denario annumerantur, sed minime legitimum cum illo conjugium habeant quod sensu spirituali per concubinas significantur. Adolescentulas porro vocat gentes a Deo alienas et a lege Spiritus extraneas quas ne numero quidem dignas censuit; non enim propter multitudinem, is qui stellarum multitudinem annumerat, ipsas non numeravit, sed quod non dignæ essent numero. Illa namque numero digna censet quæ ordinem eximium et fide dignum obtinent. Unam autem columbam vocat Ecclesiam, quæ cum dormiverit inter medios cleros, columba facta est perfecta. Quæ alas habeat deargentatas, et posteriora dorsi in pallore auri, propter perfectionem habitus virtutis, perfecto Patri qui in cœlis est assimilatam, et electam existentem matri suæ sapientiæ, quæ ipsam genuit in doctrinis veritatis, quam nunc quidem viderunt filiæ reginæ et concubinæ ; sed non intel-

[12] Joan. XVII, 22.

A ἐπὶ τὸ δεκαπλάσιον αὔξησις, γενόμεναι ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, τὴν δευτέραν τάξιν ἔχουσαι μετὰ τὴν βασίλισσαν· αἳ φόβῳ δουλικῷ καὶ οὐχὶ ἔρωτι νυμφικῷ τῷ ἀγαθῷ προσεγγίζουσι. Πλὴν εἰ ἔξω βάλλει τελείως ἡ ἀγάπη τὸν φόβον, καὶ μεταποιηθεὶς ὁ φόβος ἀγάπη γένοιτο, τότε εὑρίσκεται μονὰς τὸ σωζόμενον, ἐν τῇ πρὸς τὸν μόνον ἀγαθὸν συμφυΐᾳ· πάντων ἀλλήλοις ἑνωθέντων, διὰ τῆς κατὰ τὴν περιστερὰν τελειότητος· ἵνα καθώς φησιν ἐν Εὐαγγελίοις· « Ἓν ὦσι, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν· » τὸ δὲ συνδετικὸν τῆς ἑνότητος ταύτης τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁ τοίνυν ἐκ μὲν νηπίου εἰς ἄνδρα τέλειον ἀναδραμὼν διὰ τῆς αὐξήσεως, καὶ φθάσας εἰς τὸ μέτρον τῆς νοητῆς ἡλικίας, ἐκ δὲ τῆς δούλης τε καὶ παλλακίδος τὴν τῆς βασιλικῆς ἀξίαν μεταλαβὼν, δεκτικὸς δὲ τῆς τοῦ Πνεύματος δόξης B γενόμενος δι' εὐπαθείας καὶ καθαρότητος, οὗτός ἐστιν ἡ τελεία περιστερά. Μητέρα δὲ αὐτοῦ λέγει εἶναι τὴν περιστερὰν ἐκείνην, τὴν ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταπτᾶσαν· τῷ γὰρ τέκνῳ πάντως, ἡ τοῦ γεγεννηκότος ἐπιθεωρεῖται φύσις· ταύτην τὴν ψυχὴν μακαριοῦσιν αἱ νεάνιδες· ταύτην αἰνοῦσι παλλακαὶ καὶ βασίλισσαι· κοινὸς γὰρ ἐπὶ παντὸς τάγματος πάσαις ψυχαῖς ὁ δρόμος, πρὸς τὴν τοιαύτην μακαριότητα· φύσις δέ ἐστι πᾶσι πρὸς τὸ μακάριόν τε καὶ ἐπαινούμενον τῆς ἐπιθυμίας συντείνεσθαι· ὥστε εἰ μακαρίζουσι τὴν περιστερὰν αἱ θυγατέρες, ἐπιθυμοῦσι πάντως γενέσθαι περιστεραὶ καὶ αὐταί· καὶ τὸ αἰνεῖσθαι παρὰ τῶν παλλακίδων καὶ βασιλίδων, τεκμήριόν ἐστι τοῦ καὶ αὐτὰς πρὸς τὴν ἐπαινούμενον τὴν σπουδὴν ἔχειν· ἕως ἂν πάντων ἓν γενο- C μένων τῶν πρὸς τὸν αὐτὸν τῆς ἐπιθυμίας βλεπόντων σκοπὸν, μηδὲ μιᾶς ἐν μηδενὶ κακίας ὑπολειφθείσης, γένηται ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι τοῖς διὰ τῆς ἑνότητος ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ συγκεκραμένοις.

Νείλου. — Ἑξήκοντα βασίλισσαι, τάχα τοὺς ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ λέγει. Βασίλειον γὰρ ἦσάν ποτε ἱεράτευμα καὶ ἔθνος ἅγιον· ὀγδοήκοντα δὲ παλλακὰς, τὰς διὰ μὲν τὸ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον τῇ ὀγδόῃ δεκάδι ἀριθμουμένας· διὰ δὲ τὸ μὴ γνησίαν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχειν συζυγίαν, τῷ τῶν παλλακίδων ὀνόματι σημαινομένας αἱρέσεις. Νεάνιδας δὲ, ἃς οὔτε ἀριθμοῦ ἠξίωσε, τὰ ἔθνη τὰ ἀπηλλοτριωμένα τοῦ Θεοῦ, καὶ ξένα τῶν διαθηκῶν τοῦ πατρός· οὐ γὰρ διὰ πλῆθος D αὐτὰς ὁ τὸ πλῆθος τῶν ἄστρων ἀριθμῶν οὐκ ἠρίθμησεν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀνάξιον τοῦ ἀριθμοῦ. Ταῦτα γὰρ ἄξιοῖ ἀριθμεῖν, ὅσα τὴν τάξιν ἐλλόγιμον ἔχει καὶ ἀξιόπιστον· μίαν δὲ περιστερὰν λέγει τὴν Ἐκκλησίαν, ἥ τις διὰ τὸ κεκοιμῆσθαι ἀνὰ μέσων τῶν κλήρων, περιστερὰ γέγονε τελεία, τὰς πτέρυγας ἔχουσα περιηργυρωμένας, καὶ τὰ μετάφρενα ἐν χλωρότητι χρυσίου· διὰ τὸ τέλειον τῆς κατ' ἀρετὴν ἕξεως ὁμοιωθεῖσα τῷ ἐν οὐρανοῖς τελείῳ Πατρὶ, καὶ ἐκλεκτὴν οὖσαν τῇ μητρὶ αὐτῆς, τῇ ἐν τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασιν αὐτὴν τεκούσῃ σοφίᾳ ἣν νῦν μὲν εἴδοσαν θυγατέρες βασίλισσαι καὶ παλλακαὶ, οὐκ ἐνόησαν δὲ, οὐδὲ συνῆκαν τὸ περὶ αὐτὴν οἰκονομηθὲν μυστήριον· αἱ

νέσουσι δὲ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀνταποδόσεως· ἐξιωμένην τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν συνάφειαν. Τὸ μὲν γὰρ, ἐπὶ τοῦ παρελθόντος· τὸ δὲ *μακαριοῦσι* καὶ *αἰνέσουσι* ἐπὶ τοῦ μέλλοντος.

Φίλωνος. — Ἡ ἑξήκοντα βασίλισσαι, τὰς ἐκ τῶν δώδεκα φυλῶν ταῖς πέντε καθαρευούσαις αἰσθήσεσι ψυχάς. Περιστερὰ δὲ ἡ ἄκακος Ἐκκλησία Χριστοῦ· τῇ δὲ μητρὶ αὐτῆς ἐστι μία τῇ ἐπ' οὐρανίῳ σοφίᾳ, τῇ σαρκὶ Χριστοῦ ἐκλεκτῇ οὔσῃ, ἐν τῷ ἀναγεννᾶσθαι αὐτήν· ἣν αἱ θυγατέρες μακαριοῦσι· « Πολλοὶ γὰρ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ἴδετε, καὶ οὐκ εἶδον. »

Ἀπολιναρίου. — Καὶ ἄλλως· τὸ τελειότατον αὐτῆς ἐν τῇ πρὸς Θεὸν οἰκειώσει δηλοῦται, παραβαλλομένης τῆς τελείας Ἐκκλησίας τοῖς τε ἐκ τῆς προτέρας κλήσεως ἐπιφανεστάτοις, καὶ τοῖς νῦν δευτέροις μετ' αὐτήν. Κοσμικὴ δὲ ἡ τοῦ προτέρου λαοῦ κλῆσις, καὶ τῇ ἑξάδι σύστοιχος τῇ κοσμογόνῳ· ἡγεμονικὴ δὲ αὕτη καὶ ἡ ἐπὶ βασιλείᾳ κειμένη· τηρεῖται δὲ τῷ γένει τῷ Ἰσραηλιτικῷ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα παρὰ Χριστοῦ κατὰ τὰς προφητείας, τὸν τοῦ Δαβὶδ ἐπαγγελλομένας θρόνον, καὶ τὸν τούτου κατορθωτὴν Χριστὸν, κατὰ τὸ ἐν Εὐαγγελίοις· καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας· τὰς δὲ τῆς Νέας Διαθήκης, ὀγδοήκοντα δείκνυσιν ἀριθμός.

Ἰσιδώρου. — Τί ἐστιν, *ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἄκουε· ἐχέτω μὲν ἡ ἀμώμητος καὶ παρθένος Ἐκκλησία, ἡ ὀρθὴν καὶ περὶ τὸν θεῖον πίστιν ἔχουσα τὰ πρωτεῖα, καὶ αὕτη καλείσθω περιστερὰ τελεία, ὅλων τῶν ταγμάτων ὑπερβαίνουσα τὴν ἀξίαν. Εἰ δὲ καὶ εἰς πράξεις αὐτὸ ἐκλαβεῖν χρὴ, λελέχθω καὶ τάδε· *ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι*, αἱ τῆς βασιλείας ἕνεκεν εὖ πράττουσαι ψυχαί· καὶ *ὀγδοήκοντα παλλακαί*, αἱ φόβῳ τῆς κολάσεως ἀπεχόμεναι κακοῦ· *καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός*, αἱ διά τινας προφάσεις κοσμικὰς σωφρονοῦσαι, καὶ τὸ δίκαιον διώκουσαι· δι' ὧν οὔτε πόθῳ τῆς βασιλείας, οὔτε φόβῳ τῆς κρίσεως τὸ δέον πράττουσαι, ἀλλ' ἵνα πλούτου ἢ δόξης ἤ τινος μὴ στερηθῶσι. *Μία ἐστὶ περιστερὰ τελεία* ἡ τὸ καλὸν πράττουσα, τῶν ἄκρων ἁγίων σύνοδος, ἡ οὔτε διὰ μισθὸν, οὔτε διὰ τιμωρίαν, οὔτε διὰ πρόφασίν τινα βιωτικὴν, ἀλλὰ διὰ τὸ τῷ Θεῷ φίλον πράττουσα τὸ δέον.

Ὠριγένους. — Αἱ νεάνιδες ἀριθμὸν οὐκ ἔχουσαι, κ. τ. λ. (90).

(91) Αἴτιος οὖν γενοῦ τῆς ἀγαλλιάσεως· αἴτιος οὖν γενοῦ τοῦ δραμεῖν αὐτὸν ἐπὶ σέ· θέλει γάρ σε προσεπάσασθαι, θέλει προλαβεῖν (92).

lexerunt neque cognoverunt mysterium quod circa ipsam dispensatum fuit. In tempore autem remunerationis laudabunt eam quod Christi conjunctione intima digna sit habita. Illud quidem ad præteritum, hoc vero quod ait *beatificabunt* et *laudabunt* ad futurum refertur.

Philonis. — Vel etiam sexaginta reginas intelligit a duodecim tribubus animas quinque sensibus purificatas. Columba vero pura Christi Ecclesia quæ est unica matri suæ cœlesti sapientiæ, carni Christi electæ exsistenti in ejus regeneratione, quam filiæ beatificabunt. « Multi enim prophetæ et reges voluerunt videre quæ videtis, et non viderunt [13]. »

Apollinarii. — Aliter etiam id quod perfectissimum est in ejus cum Deo familiaritate declaratur, dum Ecclesiæ perfectio cum eminentissimis quibusque prioris vocationis comparatur, et modo posterioribus post ipsam. Mundana porro illa prioris populi vocatio etiam sextenario quo mundus hic creatus est coelementalis exsistit, eademque principalis et in regno sita. Servatur autem generi israelitico dignitas regalis in Christo secundum prophetias quæ promittunt thronum David, et ejus directorem Christum, juxta Evangelia librosque Regum in domo Jacob in sæcula : Novi denique Testamenti fœdera numerus indicat octogenarius.

Isidori. — Audi quid sibi velit illud : *Sexaginta sunt reginæ*, etc. Teneat quidem primas immaculata et virgo Ecclesia, quæ et rectam de divino numine fidem habet, et ipsa vocetur columba perfecta, omnium ordinum dignitatem transcendens. Si vero etiam ad actiones hoc referre oportet, dicantur et hæc : *Sexaginta sunt reginæ*, scilicet animæ quæ regni causa bene agunt : *et octoginta concubinæ*, quæ metu supplicii abstinent a malo. *Et adolescentulæ quarum non est numerus*, quæ propter respectus aliquos mundanos sese continent et sectantur justitiam, a quibus, neque regni desiderio, neque judicii timore, id quod decet agitur, sed ne divitiis, vel gloria, vel honore aliquo priventur. *Una est columba mea*, perfecta, quæ bonum agat : nempe sublimium sanctorum congregatio quæ neque propter mercedem, neque propter supplicium, neque ob alium quempiam respectum temporalem, sed quia Deo placeat, bonum agit.

Origenis. — Adolescentulæ numerum non habent, etc.

Fias igitur causa exsultationis; fias occasio ejus ad te occursus : vult enim te attrahere, vult assumere.

[13] Luc. x, 24.

NOTÆ.

(90) *Patrol.* t. XVII, col. 277.

(91) S. Gregorii Nysseni sermo 15, sive postremus, in Cantica desinit in cap. v, 8. Neque deinceps in codice Vaticano, unde hanc Patrum Catenam edimus, nomen Gregorii legitur. Quare judicent eruditi lectores, utrum de auctore Procopio, an de quovis alio cogitandum sit, ubi loci occurrunt ἀδέσποτοι. Mihi quidem otium ad hanc inquisitionem non suppetit.

(92) Αἴτιος — προλαβεῖν. Hæc in C. B. Origeni ascribuntur.

VERS. 9. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora, pulchra ut luna, electa ut sol, pavor ut acies ordinatæ?*

Origenis. — Considera Sponsam multas Sponsi laudes reveritam recessisse; conferens autem cum ipsa reliquarum accedentium animas Sponsus admiratur absentis perfectionem, ob quam filiæ quæ pulchritudinem ejus contemplabantur, ipsam prædicant beatam, et concubinæ et reginæ tanquam diviniorem laudant. In quibus Sponsa quasi sub splendidissimo tabernaculo existens appareat, et Sponsus ea quæ hic proponuntur ad cæteros de illa dicat. Anima enim de tenebris promicans cum aurora primum comparatur, quia tunc recens incipit dies illucescere. Cum autem de mundo rebusque mundanis emerserit, fit tanquam electa, id est plena luna, non habens in se partem quæ a Sole justitiæ non illuminetur. Cæterum quia luna in potestatem noctis posita est, ea vero quæ perfecta anima, vel macula rugisque carentes Ecclesiæ sunt exemplo lunæ minime continentur; idcirco juxta Isaiam [14], erit luna sicut sol, lumen vero ejus ita percellet, ut in stuporem etiam agantur inferiores, tanquam spectaculorum ejus et ex eisdem operationum multitudo æquivaleat toti multitudini eorum quæ in hoc universo collocata sunt. Fortassis vero ex eo quod intelligatur Verbum, eum ex qui sermonibus est et rerum omnium ordinem assumpsisse, figuræ rerum ordinatarum ipsi insitæ faciunt ipsam ad instar ordin..tarum in hoc universo virtutum.

Nili.—Cœleste ipsius vitæ institutum obstupescentes amici sponsi percellebantur et confitentur stuporem suum actionum ejus aspicientes lucere coram hominibus : ita ut omnia decenter et secundum ordinem faciens composita sit acies, nihil delicti, nihilque confusi in se continens. Pulchra vero est ut luna et electa ut sol, quandoquidem tam in die quam in nocte versantes illuminat, unicuique statui prout commodum est utiliter sese adaptans. Cæterum sicut aurora quoque a statu proprio per condescensionem progreditur, non totam semetipsam ostendens iis qui illam totam videre non poterant, sed per partes promicans pro ratione facultatis intuentium, et sicut aurora progrediens non sicut meridies, nec sicut splendor diurnus, siquidem solari radio perfrui necdum poterant, sed caliginoso statu relicto, matutina et blandiori luce utebantur, ne repentinus solaris radii fulgor, oculum in tenebris versatum, ita subito illuminatum læderet.

Apollinarii. — Qui et pro diversis facultatibus, diversis rebus assimilatur. Nam habet quidem lunæ blanditiem, solis vero puritatem.

Philonis. — Quandoquidem enim morte paula-

A θ'. *Τίς αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος, καλὴ ὡς σελήνη, ἐκλεκτὴ ὡς ἥλιος, θάμβος ὡς τεταγμέναι;*

(95) Νόει τὴν Νύμφην ἀνακεχωρηκέναι τοῦ Νυμφίου, τοὺς πολλοὺς αἰδουμένην ἐπαίνους· παρατιθεὶς δὲ ταύτην τὰς τῶν ἄλλων τῶν προσεληλυθότων ψυχὰς ὁ Νυμφίος, θαυμαζέτω τῆς ἀπούσης τὴν τελειότητα, ἐφ' οἷς αἱ θεωροῦσαι θυγατέρες αὐτῆς τὸ κάλλος, μακαρίζουσιν αὐτήν· καὶ αἱ παλλακαὶ καὶ βασίλισσαι ὡς θυγατέρα αἰνοῦσιν· ἐφ' οἷς ἡ Νύμφη καθάπερ ἐπὶ σκηνῆς λαμπροτάτη γενομένη φαινέσθω· καὶ τοῖς ἑτέροις ὁ Νυμφίος, τὰ προκείμενα λεγέτω περὶ αὐτῆς. Ἡ προκύπτουσα γὰρ ἐκ σκότους ψυχὴ, ὄρθρῳ πρῶτον εἰκάζεται, διὰ τὸ ἄρτι ἀρχομένας ἡμέρας καταυγάζεσθαι· ἐκκύψασα δὲ τοῦ κόσμου καὶ τῶν B ἐν αὐτῷ, γίνεται ὡς ἐκλεκτὴ σελήνη τουτέστιν ἡ πανσέληνος, μὴ ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ μέρος ἀφώτιστον τοῦ τῆς δικαιοσύνης Ἡλίου. Ἀλλ' ἐπεὶ ἡ σελήνη εἰς ἀρχὰς τέτακται τῆς νυκτὸς, οὐχ ἵσταται δὲ τὰ τῆς ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Ἐκκλησίας, κατὰ τὸ τῆς σελήνης παράδειγμα, διὰ τοῦτο κατὰ τὸ παρ' Ἡσαΐᾳ, ἔσται ἡ σελήνη ὡς ὁ ἥλιος· τὸ δὲ φῶς αὐτῆς οὕτω καταπληκτικὸν, ὡς ἐκθαμβηθῆναι τοὺς ὑποδεεστέρους· ἴσον δύνασθαι τῶν ἐν αὐτῇ θεωρημάτων τὸ πλῆθος καὶ τῶν ἐκ τούτων ἔργων, ὅλῳ τῷ πλήθει τῶν ἐν τῷ παντὶ τεταγμένων. Τάχα δὲ ἐκ τοῦ νενοηκέναι τὴν ἐν τοῖς λόγοις τάξιν καὶ πάντων ἀνειληφέναι τὸν λόγον, τύποι ἐγγινόμενοι αὐτοὶ τῶν τεταγμένων ποιοῦσιν αὐτὴν εἶναι ὡς τὰς τεταγμένας ἐν τῷ παντὶ δυνάμεις.

C *Νείλου.* — Τὸ ἐπουράνιον αὐτῆς πολίτευμα καταπλαγέντες οἱ φίλοι τοῦ Νυμφίου ἐθαμβήθησαν, καὶ ὁμολογοῦσι τὴν ἔκπληξιν, τὸ φῶς τῶν πράξεων αὐτῆς βλέποντες λάμπον ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὅπως πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν ποιοῦσα, τεταγμένη ἐστὶ τῇ καταστάσει, οὐδὲν ἔχουσα πλημμελὲς, οὐδὲ συγκεχυμένον. Καλὴ δέ ἐστιν ὡς σελήνη, καὶ ἐκλεκτὴ ὡς ἥλιος· ἐπειδὴ καὶ τὰς ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ φωτίζει ἑκάστῃ καταστάσει τῶν ὠφελουμένων προσφόρως ἁρμοζομένη· καὶ ὡς ὄρθρος δὲ ἐκκύπτει τῆς οἰκείας ἕξεως συγκαταβατικῶς· οὐχ ὅλην δὲ αὑτὴν δεικνύουσα τοῖς ὅλην ἰδεῖν οὐ δυναμένοις, ἀλλὰ μερικῶς ἐκκύπτουσα πρὸς τὴν ἀναλογίαν τῆς τῶν ὁρώντων δυνάμεως· καὶ ἐκκύπτουσα ὡς D ὄρθρος, οὐχ ὡς μεσημβρία οὐδὲ ὡς φέγγος ἡμερινόν· διὰ μὲν τὸ ἔτι τυγχάνειν ἀγεύστοις τῆς ἀπολαύσεως, δυναμένους ἡλιακῆς εὐθέως μετέχειν ἀκτῖνος· διὰ δὲ τὸ παρεληλυθέναι τὴν ζοφώδη κατάστασιν, χρῄζοντας ὀρθρινοῦ καὶ προσηνεστέρου φωτός· ὥστε μὴ ἀθρόᾳ ἡλιακῆς ἀκτῖνος αἴγλῃ καταλαμφθέντα ἀδικηθῆναι τὸν ἐν τῷ σκότει ἐνόντα ὀφθαλμόν.

Ἀπολιναρίου. — Καὶ κατὰ διαφόρους δὲ δυνάμεις, διαφόροις ἀπεικάζεται πράγμασιν· ἔχει γὰρ τῆς μὲν σελήνης τὸ προσηνὲς, τοῦ δὲ ἡλίου τὸ καθαρόν.

Φίλωνος. — Ἐπειδὴ γὰρ ὤφθη πρὸς μικρὸν τῷ

[14] Isa. xxx, 26.

NOTÆ.

(95) Scholium hoc Origeni vindicat C.B.

θανάτῳ ὡς σελήνη, καὶ ἀνανεοῦται τῇ ἀναστάσει ὡς ἥλιος διὰ τὴν τῆς ἀρετῆς λαμπρότητα, θάμβους ἐστὶν ἀξία, ὡς ἀγγέλοις γενομένη ὁμοδίαιτος.

ι', ια'. *Εἰς κῆπον καρύας κατέβην ἰδεῖν ἐν γεννήματι τοῦ χειμάῤῥου· ἰδεῖν εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος, εἰ ἤνθησαν αἱ ῥόαι. Ἐκεῖ δώσω τοὺς μαστούς μου σοί· οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου· ἔθετό με ἅρματα Ἀμιναδάβ.*

Ὠριγένους. — Κατά τι παράδειγμα οἱ δίκαιοι, κ. τ. λ. (94).

Νείλου. — Ἡ Νύμφη διηγεῖται ὡς καταβᾶσα εἰς κῆπον καρύας πρὸς τοὺς ἐπ' ἁμαρτήμασι παιδευομένους, οὐ τῇ τυχούσῃ ῥάβδῳ, ἀλλὰ καρυΐνῃ, πολὺ τὸ πικρὸν ἐχούσῃ καὶ ἐπίπονον, ἰδεῖν τὸν ἀπὸ τῆς παιδείας καρπὸν, ἰδεῖν ποῖον γέννημα γεωργοῦσιν. Οἱ ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τῶν πειρασμῶν καταλελειμμένοι, εὐχαρίστως φέρουσι τὰ τῆς παιδείας δεινὰ, ἢ δυσανασχετοῦσι καὶ δυσφημίας καρποὺς ἀποδιδόασι τῷ ἰατρικῶς, ἀλλ' οὐ τιμωρητικῶς παιδεύοντι· ἰδεῖν εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος, ἡ ῥόα· οἱ ἐκ μεγάλων κατορθωμάτων διὰ ῥᾳθυμίας μικρᾶς, εὐκόλως ἁμαρτίᾳ ἁλόντες· καὶ εἰ ἤνθησαν οὗτοι οἱ παρελθόντες τὸ τοῦ χειμάῤῥου ἀνυπόστατον ὕδωρ, μὴ παρασυρέντες πρὸς βλάσφημον ἔννοιαν· εἶτά φησι, *Ἐκεῖ δώσω τοὺς μαστούς μου σοί*· τοὺς ἔτι τὸ τῆς νηπιότητος ἔχοντας γάλα· ἵνα βελτιωθῶσιν ἀπὸ οἴνου τῆς σῆς διδασκαλίας. Καὶ ἐπεὶ ἐβελτιώθη ὀξέως, τὸ τάχος θέλουσα δεῖξαι τῆς μεταβολῆς· *Οὐκ ἔγνω*, φησὶν, *ἡ ψυχή μου*, πῶς ἐγενόμην ἅρματα Ἀμιναδάβ, τοῦ ἑρμηνευομένου ἄρχων λαοῦ μου. Λελυθότος γὰρ ἡ μὲν νηπιώδης ὑπέῤῥευσε παρελθοῦσα κατάστασις· ὄχημα δὲ γέγονε τοῦ ἄρχοντος τοῦ λαοῦ μου, ὅς ἐστι Χριστός· ἁμαξήλατον λοιπὸν τρέχουσα καὶ ἱππήλατον τὴν τῆς ἀληθείας ὁδόν· ταῖς ἁρματοτροχίαις ἐνσημειουμένη τῆς ἀγαθῆς πολιτείας τὰ σύμβολα, καὶ ἴχνη καταλιμπάνουσα τοῖς ὁδεύουσι τὸν βίον, πρεπούσης θεοσεβεῖν ἐθέλουσα ζωῆς.

Φίλωνος. — Τὴν Συναγωγὴν κῆπον καρύας παρὰ τοῦ Νυμφίου λελέχθαι φησίν· ἔνθα ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ καρυΐνη· καὶ τὸ κατέβην ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους, εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος ἡ τῶν Ἰουδαίων, εἰ ἤνθησαν αἱ ῥόαι, αἱ διαφόρως ἐπ' αὐτῆς ἐπενεχθεῖσαι παιδεῖαι· διὰ τὴν ἔξωθεν στύψιν, καὶ τὸν ἔνδον εἰρηνικὸν καὶ τεταγμένον καρπόν.

Τοῦ αὐτοῦ. — Εἶτά φησιν ἡ Νύμφη, *Ἐκεῖ δώσω τοὺς μαστούς μου σοί*· τὰς δύο Διαθήκας τετελεσμένας ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ προσοίσω σοι· *Οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου*· ἐν ἀγνοίᾳ, φησὶν, ἤμην τὸ πρότερον, ἕως οὗ ἔθετό με ἅρματα ἡ τοῦ Πατρὸς εὐδοκία· οὕτω γὰρ Ἀμιναδὰβ ἑρμηνεύεται· λέγει γὰρ Ἀββακούμ· «Ὅτι ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου· καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία.»

ιβ'. *Ἐπίστρεψε, ἐπίστρεψε, ἡ Σουλαμῖτις· ἐπίστρεψε, ἐπίστρεψε· καὶ ὀψόμεθα ἐν σοί.*

[15] Isa. xxx, 26. [16] Habac. iii, 8.

A tim deficit sicut luna, et innovatur resurrectione sicut sol[15], propter virtutis splendorem admiratione digna est, utpote angelis facta contubernalis.

Vers. 10, 11. *In hortum nucis descendi videre in genimina torrentis; videre si floruit vitis, effloruerunt mala punica. Ibi dabo ubera mea tibi: non novit anima mea. Posuit me currus Aminadab.*

Origenis. — Fortassis secundum quamdam similitudinem justi sunt nuces, etc.

Nili. — Sponsa recenset quomodo descendit in hortum nucis ad eos qui ob peccata castigabantur, non qualibet virga, sed nucea quæ multum habet amaroris et molestiæ, ad videndum fructum disci-
B plinæ. Quale nimirum germen excolant qui in torrente tentationum derelicti, disciplinæ molestias cum gratiarum actione sustinent; vel iniquo animo ferunt maledicta, quales inquam fructus reddant ei qui medici et non vindicis more castigat. Ad videndum an floruerit vitis et malum punicum, qui scilicet ex magnis præclarisque facinoribus, propter parvas negligentias facile corripiuntur peccato: et an floruerint si qui pertranseuntes torrentis aquam intolerabilem minime ad blasphemam distorquentur cogitationem. Deinde ait: *Ibi dabo ubera mea tibi*, adhuc habentia lac juventutis, ut et doctrinæ tuæ vino emendentur. Et quia celeriter emendationem acceperunt muta-
Et ecce in ostiis nostris omnia poma. Sensus mei ostia sunt quædam per quæ egredior ad investigandum te, ut rerum omnium auctorem, naturam ha- D rum in spiritu contemplans; eadem autem ad intellectum meum in me per cogitationem introducunt. Porro istis in ostiis sunt omnes universalis veritatis sermones, inserti quidem tum Scripturæ symbolis, tum sensibilium speciebus, quæ, veluti quercus, Judaicam et gentilem nutrivere insaniam. Proinde

Nova cum veteribus, fratercule mi, servavi tibi. Juvenescentes, spiritus gratia cuncta novante, evangelicos sermones servavi tibi, o dilecte, naturæ et Scripturæ jam senescentibus, per gentilem et Judaicam stultitiam, sermonibus addens. Scriptura quidem purificata et moribus instructa fui, natura vero illuminata, in contemplatione rerum

A καρποφορούσαις ψυχαῖς τὴν τῶν πόνων ὑπομονήν· ἥπερ, ὥς τις βότρυς διὰ πολλῶν θλίψεων ἀποστάζει τὸν διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς μελλούσης μισθαποδοσίας εὐφραντικὸν τῆς καρδίας οἶνον· ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν εἰρημένην ἀνατολὴν, τοὺς τρόπους τῆς ὑπομονῆς ταύταις ὑποδεικνύουσα τῷ κατ' ἐμὲ παραδείγματι· οὕτω δ' ὀρθρίσαντες,

Ἴδωμεν εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος· ἤνθησεν ὁ κυπρισμός· ἤνθησαν αἱ ῥόαι. Ἤτοι θεασώμεθα σύ τε ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ βλέπων, κἀγὼ ἡ ἐν τῷ φανερῷ, ἐὰν ἡ εἰς σὲ τῶν μαθητευομένων μοι πίστις ἥτις εἰς τὰς διαφόρους ἀρετὰς, οὗ εἰς κλήματα ἄμπελος διαιρεῖται, ἤνθησεν ἐντός τε καθ' ἕξιν τοῖς λόγοις τῶν ἀρετῶν, καὶ ἐκτὸς κατ' ἐνέργειαν τοῖς τρόποις αὐτῶν. Ὁ γὰρ κατὰ τοὺς λόγους τῶν ἀρε- B τῶν ἀνθισμὸς τῆς ψυχῆς, κυπρίζει κατὰ τοὺς τρόπους αὐτῶν ἐν σαρκί· ἧς πίστεως τὸ ῥηθὲν μυστικὸν καὶ φανερὸν ἄνθος, ῥοῶν ἐστιν ἄνθος, αἵπερ ἐντὸς μὲν τὸ γλυκὺ τοῦ καρποῦ περιφέρουσιν, ἐκτὸς δὲ τὸ τοῦ λεπύρου πικρόν· καὶ γὰρ καὶ ὁ τῆς πίστεως καρπὸς, κατὰ μὲν τὴν κεχρυμμένην τῆς ψυχῆς διάθεσιν, εὐφραντικός ἐστι, διὰ τὴν τῆς μενούσης μισθαποδοσίας ἐλπίδα· κατὰ δὲ τὴν ἐκτὸς τῆς σαρκὸς, ὀδυνηρὸς, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ἐπίπονον.

Ἐκεῖ δώσω τοὺς μαστούς μου σοί. Δηλονότι ἐν τῷ εἰρημένῳ ἀγρῷ τῶν μαθητευομένων μοι, προσαγάγω σοι τῷ Νυμφίῳ μου τὴν πρὸς ταύτας ἠθικὴν καὶ φυσικὴν διδασκαλίαν μου· ὡς διὰ τούτων αὐτὰς πρὸς σὴν μυσταγωγίαν ἀνάξασα, ἐν τῷ ἀπο- C δεῖξαι τὴν τῶν ὅλων φύσιν, σὲ τὸν ταύτης αἴτιον αἰνιττομένην συμβολικῶς ἀλήθειαν, καὶ οὐχὶ κατὰ τοὺς ματαιόφρονας Ἕλληνας, παρασκευάσασα ταύτας ταῖς φυσικαῖς ἐννοίαις, μακράν σου τῆς ἀληθείας ἀπάγεσθαι.

ιγ'. *Καὶ γὰρ αἱ μανδραγόραι ἔδωκαν ὀσμήν.* Πάντως αἱ τῶν αἰσθητῶν ἐπιφάνειαι, κατὰ τῆς Γραφῆς σύμβολα, ἅπερ τὸν τούτοις κατ' αἴσθησιν ἐναπομένοντα νοῦν, καὶ μὴ δι' αὐτῶν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐγρηγορότως διαβαίνοντα, ναρκᾷν καὶ ἠλιθιᾷν ὥς τινες μανδραγόραι παρασκευάζουσι, παρέσχον εὐωδίαν τῶν τῆς ἐν ὅλοις ἀληθείας λόγων πνευματικῶς θεωρούμενα. Ἐντεῦθεν δὲ

Καὶ ἐν θύραις ἡμῶν πάντα τὰ ἀκρόδρυα. Εἴτουν, Ἐπὶ ταῖς αἰσθήσεσί μου, αἵπερ ὡς θύραι τινὲς D ἐξάγουσι μὲν ἐμὲ πρὸς ἀναζήτησίν σου, ὡς πάντων αἰτίου, διὰ τῆς τούτων φυσικῆς ἐν πνεύματι θεωρίας· εἰσάγουσι δὲ κατὰ γνῶσιν πρός με διὰ μέσου νοός. Πρόθυροί εἰσι πάντες οἱ τοῖς τε συμβόλοις τῆς Γραφῆς, καὶ ταῖς ἐπιφανείαις τῶν αἰσθητῶν, ἅπερ ὡς δρύες τινες ἀλογίαν Ἰουδαϊκὴν καὶ Ἑλληνικὴν ἔτρεφον ἐγκεκεντρισμένοι τῆς ἐν ὅλοις ἀληθείας λόγοις. Ὅθεν,

Νέα πρὸς παλαιὰ, ἀδελφιδέ μου, ἐτήρησά σοι. Δηλαδὴ τοὺς νεάζοντας, τῇ καινοποιῷ τοῦ Πνεύματος χάριτι, εὐαγγελικοὺς λόγους πρὸς τοῖς παλαιωθεῖσιν ὑπὸ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ Ἰουδαϊκῆς ἀνοίας, φυσικοῖς καὶ γραπτοῖς, ἀγαπητέ μου, ἐφύλαξά σοι· τοῖς μὲν γραπτοῖς, καθαρθεῖσα καὶ ἠθικῶς παιδευθεῖσα, τοῖς δὲ φυσικοῖς φωτισθεῖσα, καὶ τοῦ παντὸς

αἴτιόν σε διὰ τῆς τῶν γεγονότων θεωρίας κατιδοῦσα, καὶ τοῖς πνευματικοῖς τελειωθεῖσα, θεολογοῦσά σου τὸ μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ὁμοούσιον. Λοιπὸν

ΚΕΦΑΛ. Η'.

α'. *Τίς δῴη σε ἀδελφιδόν μου θηλάζοντα μαστοὺς μητρός μου;* Ἤγουν ἐπειδήπερ μὴ ἡ πρώτη σου παρουσία, πρὸς τὸ ἀπολαῦσαί σου ἡτοίμασται, τίς μοι κατὰ τὴν δευτέραν σου παρουσίαν παράσχῃ σε τὸν ἀγαπητόν μου μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς βασιλείᾳ, ἥτις ἐστὶν ἡ μήτηρ ἡμῶν τῶν πιστῶν, ἄνω Ἱερουσαλήμ; Πίνοντα τὸ καινὸν πόμα ῥέον ἐξ αὐτῆς εἰς ἡμᾶς κατὰ χάριν ἀμέσως, ὡς τὸ ἀπὸ μαζῶν μητρὸς γάλα εἰς τὰ ἔκγονα ταύτης, κἀντεῦθεν τρεφόμενον τὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν σωτηρίαν, τὸ τέλος τῆς πίστεως τῶν ὑπὲρ φύσιν τὴν μέθεξιν, τὴν θείαν καὶ ἀνεννόητον ἡδονήν· ἣν αὐτὸς ποιεῖν πέφυκας φύσει, κατὰ χάριν τοῖς ἀξίοις ἑνούμενος· οὕτω γάρ.

Εὑροῦσα ἔξω φιλήσω σε· καί γε οὐδὲ ἐξουδενώσουσί με. Ἤτοι ἐπιγνοῦσά σε, οὐχ ὥσπερ νῦν κατὰ πίστιν, ἀλλὰ κατ' εἶδος ἐν τῇ ἔξω τῆς θεϊκῆς σου οὐσίας ἡμετέρᾳ οὐσίᾳ τὴν ἀφθαρσίαν ἡμῖν καὶ τὴν ἀτρεψίαν ἐπὶ τῆς κοινῆς δωρούμενον ἀναστάσεως, ἀπολαύσω σου ἀμυκτηρίστως· κἂν νῦν παρὰ τῶν τὰ τοῦ κόσμου φρονούντων ἐξευτελίζομαι, ὡς διὰ τὴν περὶ σὲ διάθεσιν, πάντα περιφρονοῦσα τὰ πρόσκαιρα· τίς δ' ὁ τρόπος τῆς ἀπολαύσεως ἔσται μοι; Καὶ γὰρ

β'. *Παραλήψομαί σε· εἰσάξω εἰς οἶκον μητρός μου, καὶ εἰς ταμιεῖον τῆς συλλαβούσης με· ποτιῶ σε ἀπὸ οἴνου τοῦ μυρεψικοῦ, ἀπὸ νάματος ῥοῶν μου.* Δηλονότι παρὰ σοῦ χαριζομένου μου τὴν θέωσιν, λάβω σε ποθοῦσά σου τὴν λαμπρότητα· καὶ ἐν τῷ ταύτην θεάσασθαι, εἰσαγάγω σε εἰς νοῦν, ὃς οἶκος * μέν ἐστι τῆς διὰ βαπτίσματος τεκούσης με οἷα μητρὸς, τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος, ὡς ταύτης διὰ τὸ καθ' ὁμοίωσιν χωρητικός· ταμιεῖον δὲ πάλιν αὐτῆς, ὡς τοὺς ἀποκρύφους ταύτης θησαυροὺς διὰ τὸ κατ' εἰκόνα ἔχων ἀποθέτους ἐν ἑαυτῷ· ἥτις με χάρις συνέλαβε διὰ πίστεως· πρὸς τούτοις δὲ προσάξω σοι τῷ διψῶντι τὴν σωτηρίαν μου, ὥς τι πόμα, τήν τε ἀπὸ τῆς συνθέσεως τῶν ἐν πάσῃ τῇ κτίσει καὶ τῇ Γραφῇ διαφόρων λόγων ἠρτυσμένην μοι ἄληστόν σου, ὡς ἀληθείας, γνῶσιν ἥτις οἷάπερ εὐώδης οἶνος, ἱλαρύνων καρδίαν, εὐφραίνει τὰς μεταλαμβανούσας ταύτης ψυχάς· καὶ τὴν ἀεννάως μοι βλύζουσαν ἀγάπησίν σου, ὡς ἀγαθοῦ, ἀπό τε τοῦ φόβου τῆς ὑπεροχῆς σου, καὶ τοῦ πόθου τῆς μετοχῆς σου, τῶν δίκην ῥοιῶν, τῷ μὲν στυπτικῷ, στηριζόντων με, τῷ δὲ γλυκαίνοντι εὐφραινόντων με· εἶτα πρὸς τὰς μαθητευομένας αὐτῇ στρέφουσα πάλιν τὸν λόγον, διδάσκει τὴν αἰτίαν τῶν παρ' αὐτῆς πρὸς τὸν Νυμφίον εἰρημένων, φάσκουσα·

γ'. *Εὐώνυμος αὐτοῦ ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου.* Ἤγουν ἐπειδήπερ αἱ τῶν ὑποδεχομένων κολάσεων

A te omnium agnovi Auctorem, sed et spiritualibus perfecta, de tua jam cum Patre et Spiritu communi substantia mystice dissero. Cæterum

CAP. VIII.

Vers. 1. *Quis det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ?* Quoniam non is quidem fuit prior adventus tuus in quo te frueremur, quis mihi te dilectum, cum iterum apparueris, nobiscum manentem in regno Patris tui dabit? Hæc enim est nobis fidelibus mater, superna Jerusalem. Quis te mihi det vinum bibentem novum illud quod ex illa in nos per gratiam absque medio fluit, ut lac ab uberibus matris in os lactentium? Vinum salutem nostram alens, bona supernatura- B lia, sublata jam fide, præbens, divinam et inenarrabilem voluptatem, quam tu ipse ex te ipso facis, dignis per gratiam copulatus. Sic enim:

Postquam te foris invenero diligam te, et non spernent me. Agnoscam te non jam per fidem, sed quoad faciem, extra divinam essentiam, in humanitate nostra, quam resurrectionis tuæ communi immortalitate et immutabilitate donabis. Ita te videbo et plene fruar te, licet nunc ab iis qui mundana sentiunt, contemptu digna videar, quæ, propter meum erga te affectum, cuncta temporalia despicio. Sed quis mihi erit hujusce felicitatis modus? Etenim

C Vers. 2. *Apprehendam te, ducam te in domum matris meæ, in conclave illius quæ me concepit; potum tibi dabo de vino aromatico, de fonte malorum punicorum meorum.* Apprehendam te scilicet de deificatione me gratificantem, claritudinem tuam anhelans, et ad contemplandam illam in intellectum meum ducam te: hæc est domus illius quæ, per baptismum, peperit me matris, gratiæ scilicet sanctissimi Spiritus, ad quam, ob similitudinem, excipiendam capax mea mens est. Hoc est etiam conclave illius, quia per imaginem in se reconditos habet secretos illius thesauros, illius dico gratiæ quæ per fidem me concepit. Insuper afferam tibi salutem meam sitienti, ut potum, veritatis tuæ doctrinam cujus oblivisci non potero, D variis sive universæ creationis, sive Scripturæ conditam sermonibus; quæ doctrina, ut suave olens vinum, cor hilarans, lætificat animas illius participes; afferam quoque tibi tuæ bonitatis amorem, mihi in æternum sive e timore excelsitatis tuæ, sive e desiderio communionis manantem, timore et desiderio quæ, malorum punicorum instar, tum vi astringente me in virtute confirmarunt, tum dulcedine lætificavere. — Deinde ad discipulas rursus sermonem habens, illis indicat ob quam causam talia Sponso suo dixerit.

Vers. 3. *Læva ejus sub capite meo.* Nimirum, quoniam minæ, illos qui a sinistris Sponsi mei

VARIÆ LECTIONES.

* Cod. οἷα.

erunt manentes, nunc, velut sub capite, sub imperio spirituali animæ sensus meos prorsus submittunt, ob hoc spero quod :

Et dextera illius amplexabitur me. Scilicet mihi promissa sunt illos manentia qui a dextris erunt regni Dei bona, quæ me totam in æternum circumdabunt, animæ et corpori lætitiam sine fine præbentia. Omnibus his ad doctrinam dictis,

VERS. 4. *Adjuravi vos, filiæ Jerusalem, per potentias et vires agri, quare suscitatis et evigilare facitis amorem donec ipse velit?* Sane confirmavi vos, velut juramento, mysteriorum divinorum expositione, discipulæ meæ, discernente in Spiritu reconciliantem nos Patri suo; valde edocui ob quam causam, in theoricis et practicis potentiis et viribus, in hoc mundo operari valentibus, suscitatis per virtutem, et evigilare facitis per intelligentiam, dormienti similem quando rectum non agnoveritis, et bonum non feceritis, illum qui nos dilexit, qui seipsum dedit mercedem pro nobis, donec ipse velit, in posteriori adventu suo, propriam in nobis facere quam per gratiam patimur naturam. Istæ autem attonita admiratione plenæ, de magistra sua dicunt :

VERS. 5. *Quæ est ista ascendens candida, innixa super fraterculum suum?* Quæ est scilicet ista, more magistræ, a mysticis ad magis mystica ascendens, ab omni peccatorum labe purificata, et firma in illum fide super Sponsum innixa? At Sponsus curam Sponsæ erga discipulas videns, et hujus ad bonum acceptam habens excitationem, ad pristinæ vitæ suæ memoriam illam revocat, ut modesta fiat, nec in præsumptionis malum illam laudes præcipitent ; dicit ergo illi:

Sub arbore malo suscitavi te. Veluti sub arbore malo, quæ plerosque delectat sensus, in possessione sensibilium, sensus omnes delectanti, dormiebas, circa bonum mollis et otiosa, terrestribus vero inhærens; ego autem, prudentiæ et justitiæ sermonibus, ad mei desiderium suscitavi te.

Etenim ibi peperit te mater tua, ibi parturiit quæ peperit te.—Videlicet in habitu terrestrium concepit te prima mater tua Eva, in voluptate generans, et peperit te in dolore parturiens. Ideo, amore sensibilium tenebaris, voluptatem quærens, dolorem fugiens, et exinde studes ut a voluptate finem illius, dolorem dico, separes, quod fieri nequit. Si ergo vis tali habitu libera esse,

VERS. 6. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.*

Nimirum in me archetypo mane, servans in mente tua potentiarum tuarum rectrici, veluti

A τοὺς ἐξ εὐωνύμων τοῦ Νυμφίου μου ἀπειλαί, νῦν ὑπὸ δίκην κεφαλῆς ἀρχικὸν τῆς ψυχῆς μου, πάντως τὸ νοερὸν ὑποτάσσουσι τὸ αἰσθητικόν· διὰ τοῦτο ἐν ἐλπίσιν εἰμὶ, ὅτι

Καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με. Εἴτουν τὰ ὑποδεχόμενα τοὺς ἐκ δεξιῶν ἐπήγγελμαι ἀγαθὰ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας, ὅλην με κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα περιέξουσι ψυχῇ καὶ σαρκὶ τὴν ἀπέραντον εὐφροσύνην παρέχοντα. Πάντα δὲ τὰ εἰρημένα διδασκαλικῶς εἰποῦσα,

δ'. *Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι, καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, τί ἐγείρετε καὶ τί ἐξεγείρετε τὴν ἀγάπην ἕως ἂν θελήσῃ;* Ἤτοι κατησφαλισάμην ὑμᾶς ὡς δι' ὅρκου, τῆς τῶν θείων μυστηρίων ἐξηγήσεως, μαθήτριαί

B μου, τῆς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ὁρώσης τὸν καταλλάξαντα ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ Πατρὶ, ἀναδιδάξασα τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐν ταῖς θεωρητικαῖς καὶ ταῖς πρακτικαῖς δυνάμεσι, καὶ ἰσχύσεσι, ταῖς ἐν τῷ παρόντι κόσμῳ ἐνεργεῖν δυναμέναις· ἐγείρετε κατ' ἀρετὴν, καὶ ἐξεγείρετε κατὰ γνῶσιν ἐν ὑμῖν καθεύδειν δοκοῦντα, ὅταν ἀγνοῆτε τὸ εὐθὲς, καὶ μὴ πράττητε τὸ καλὸν, τὸν ἀγαπήσαντα ἡμᾶς, καὶ δόντα ἑαυτὸν λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν, ἕως ἂν εὐδοκήσῃ κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν, αὐτὸς τὰ κατὰ φύσιν οἰκεῖα δρᾷν ἐν ἡμῖν, πάσχουσι κατὰ χάριν αὐτά. Αἱ δὲ θάμβει πληρωθεῖσαι, περὶ τῆς διδασκάλου φασί·

ε'. *Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη, ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς;* Δηλαδὴ, ὁποία ὑπάρχει αὕτη, διδασκαλικῶς ἀπὸ μυστηρίων

C εἰς μυστηριωδέστερα ἀναβαίνουσα, κεκαθαρμένη ἀπὸ παντὸς ῥύπου ἁμαρτημάτων καὶ ἐπερειδομένη ἐπὶ τὸν αὐτῆς διὰ τῆς βεβαίας εἰς αὐτὸν [Νυμφίον] πίστεως; ὁ γοῦν Νυμφίος τὴν ἐπὶ ταῖς μαθητευομέναις τῆς Νύμφης ὁρῶν ἐπιμέλειαν, καὶ ἀποδεχόμενος τὴν ταύτης εἰς τὸ ἀγαθὸν διέγερσιν, ἀναμιμνήσκει αὐτὴν τοῦ προτέρου βίου, ὥστε μετριοφρονεῖν, καὶ μὴ διὰ τῶν ἐπαίνων, τῷ τῆς οἰήσεως πάθει περιπεσεῖν· καί φησι πρὸς αὐτήν·

Ὑπὸ μῆλον ἐξήγειρά σε. Ἤγουν ὑπὸ τὴν δίκην μήλου τέρποντος τὰς πλείους τῶν αἰσθήσεων, ἁπάσας ταύτας εὐφραίνουσαν αἰσθητικὴν κτῆσιν, καθευδούσης σου τῇ πρὸς τὰ καλὰ ῥαθυμίᾳ καὶ τὴν πρὸς τὰ ὑλικὰ σχέσιν, διήγειρά σου τὸ φρόνημα

D πρὸς πόθον ἐμὸν λόγοις προνοίας καὶ κρίσεως.

Καὶ γὰρ ἐκεῖ ὠδίνησέ σε ἡ μήτηρ σου· ἐκεῖ ὠδίνησέ σε ἡ τεκοῦσά σε. Δηλονότι ἐν τῇ σχέσει τῶν ὑλικῶν συνελάβετό σε ἡ προμήτωρ σου Εὔα τῇ καθ' ἡδονὴν γενέσει, καὶ ἀπέτεκέ σε τῇ κατ' ὀδύνην γεννήσει· ὑφ' ὧν συνείχου τῇ προσπαθείᾳ τῶν αἰσθητῶν, τὴν μὲν ἡδονὴν διώκουσα, τὴν δ' ὀδύνην φεύγουσα· κἀντεῦθεν φιλονεικοῦσα, τῆς ἡδονῆς τὸ τέλος, τὴν ὀδύνην φημὶ, ταύτης ἀποχωρίσαι, ὅπερ ἀμήχανον. Εἰ οὖν βούλει διαμένειν τῆς τοιαύτης σχέσεως ἐλευθέρα,

ζ'. *Θές με ὡς σφραγῖδα ἐπὶ τὴν καρδίαν σου, ὡς σφραγῖδα ἐπὶ τὸν βραχίονά σου.* Εἴτουν ἐν ἐμοὶ τῷ ἀρχετύπῳ μεῖνον, τηροῦσα τῷ μὲν ἡγεμόνι σου νῷ, τὸ κατ' εἰκόνα, κατ' ἀπλανῆ θεωρίαν, καὶ

διάθεσιν ἀγαπητικὴν ἐμοῦ· τῇ δ' ἐνεργητικῇ σου δυνάμει, τὸ καθ' ὁμοίωσιν, κατὰ πρᾶξιν ἀνυπόκριτον, καὶ διάπειρον [f] ἀποτροπὴν τοῦ κακοῦ· κἀντεῦθεν μενῶ καὶ αὐτὸς ἐν σοί, φυλάττων ὥς τις σφραγὶς τοῦ διανοητικοῦ σου τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, ἀσύλους τῇ σχέσει τῶν ὑλικῶν.

Ὅτι κραταιὰ ὡς θάνατος, ἀγάπη· σκληρὸς ὡς ᾅδης, ζῆλος. Ἤτοι ἐὰν τῇ ἀγάπῃ καὶ τῷ δι' αὐτὴν ζήλῳ μένῃς, μενῶ καὶ αὐτὸς ἐν σοί· καὶ φυλαχθήσῃ, ὡς εἴρηται· ἐπειδήπερ ἡ μὲν ὁλικὴ εἰς ἐμὲ ἀγάπη, ἰσχυρά ἐστιν ὡς πάσας ἐπὶ κακὸν ὁρμὴν τε καὶ κίνησιν καταπαύουσα, δίκην θανάτου· ὁ δὲ δι' ἐμὲ ζῆλος, ἀνένδοτος τῷ κακῷ, ὡς τὰς ἀλόγους ὁρμὰς δεσμεύων, καὶ ἀπροΐτους κατέχων, οἷάπερ ᾅδης.

Καὶ γὰρ περίπτερα αὐτῆς, περίπτερα πυρὸς φλόγες αὐτῆς. Δηλαδὴ ὅτι ὁ ἐκ πίστεως τῶν ἠπειλημένων κολάσεων φόβος, καὶ ὁ ἐπ' ἐλπίδι τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν πόθος, εἰσὶ περὶ τὴν ἀγάπην ὥς τινα πτερὰ κατὰ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν ἀνυψοῦντα αὐτὴν ἀπὸ πάντων τῶν γηΐνων πρός με τὸν ὑπερουράνιον· καὶ οἷα μέν τινος πυρὸς, τῆς ἀγάπης εἰσὶ περίπτερα· ὡς τοῦ μὲν φόβου καταβαίνοντος [g] πᾶσαν κακίαν, καὶ ἐγκαθαίροντος τὴν ψυχὴν ἀπὸ παντὸς παθῶν μολυσμοῦ· τοῦ δὲ πόθου ἐξάπτοντος αὐτὴν πρὸς Θεόν· οἷα δὲ αὐτῆς αὖθις τῆς ἀγάπης εἰσὶ φλόγες, ὡς ταύτης αὐγαζούσης τῇ ψυχῇ, ἔν τε τῷ φλέγεσθαι ταύτην θείῳ πόθῳ, καὶ συντηρεῖσθαι τὸν καταφλέγοντα αὐτὴν πόθον ἁγνῷ φόβῳ, διαμένοντι εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ταύτην δὲ

Ϛ'. *Ὕδωρ πολὺ οὐ δυνήσεται σβέσαι τὴν ἀγάπην, καὶ ποταμοὶ οὐ συγκλύσουσιν αὐτήν.* Ἤγουν αἱ ῥέουσαι ὡς πλῆθος ὑδάτων ἐκ τοῦ χειμῶνος τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν πολλαὶ θλίψεις, καὶ αἱ τούτων ἀλλεπάλληλοι, ὡς ποτάμια ῥεύματα ἐπαγωγαί, ἐν αἷς τὰ τῆς πονηρίας πνεύματα τὴν εἰς ἐμὲ ἀγάπην σπεύδουσιν, ἢ τέλεον ἐκριζῶσαι διὰ μισοθεΐας, ἢ κατακαλύψαι διὰ μισανθρωπίας οὐ δυνήσονται, οὔτε πάντη σβέσαι αὐτὴν διὰ βλασφημίας, οὔτε κατακλύσαι καὶ ἀφανίσαι δι' ἀπροσεξίας τῶν ἐντολῶν μου· αἵπερ ἀποδεικνύουσι μὲν τὴν εἰς ἐμὲ ἀγάπην· συμπεραίνονται δὲ εἰς τὴν τοῦ πλησίον· πλὴν

Ἐὰν δῷ ἀνὴρ τὸν πάντα βίον αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐξουδενώσει ἐξουδενώσουσιν αὐτόν. Δηλονότι ἐὰν ὁ μὴ τῇ τῶν προσκαίρων ἀπάτῃ ἐκθηλυνόμενος, παράσχῃ τοῖς δεομένοις πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ, διὰ τὴν πρός με ἀγάπην, εὐτελισμῷ ἐξευτελίζουσιν αὐτὸν αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις πάντως· ὡς τὸν Ἰὼβ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν παντὸς τοῦ αἰσθητοῦ πλούτου αὐτοῦ ἐξηυτέλισαν, ἐξαιτούμεναι τοῦτον ἀπ' ἐμοῦ εἰς δοκίμιον τῶν διὰ σαρκὸς ὀδυνῶν, καὶ τοὺς φίλους αὐτοῦ εἰς τούτου ὀνειδισμὸν ἐπεγείρουσι· ταῦτα τοίνυν αὐτὴ εἰδυῖα, ὅταν πάσας μου τὰς ἐντολὰς τηρῇς, καὶ ὀδύνη σοι ἐπέλθῃ σαρκὸς, κατὰ συγχώρησιν ἐμὴν γίνωσκε τὸ τοιοῦτον ἐπισυμβαίνειν

A imaginem, immotam mei considerationem et amoris erga me affectum; inque agendi facultate, veluti similitudinem, actionum sinceritatem et probatam a malo aversionem. Tunc ego ipse in te commorabor, ut signaculum quoddam, intellectus tui affectum et vim terrestribus studiis servans inaccessa.

Quia fortis ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Plane si in amore et zelo ex amore orto perseveraveris, ipse quoque in te permanebo, et, ut dictum est, custodieris. Omnis enim in me amor fortis est, quippe qui omnes in malum impetus et motus, sicut et mors, quiescere facit; et in me zelus malo inexorabilis est, quippe qui irrationabiles devincit impetus, et, veluti infernus,

B conclusos compescit ne prodeant.

Etenim periptera ejus, periptera ignis flammæ ejus. Enimvero, denuntiatarum pœnarum timor a fide procedens, et e spe ortum desiderium promissorum bonorum, amorem circumstant veluti columnæ quædam, per praxim et theoriam, illum ab omnibus terrestribus ad me cœlo sublimiorem erigentia, similia igni quodam modo sunt amoris periptera, timore omnem auferente malitiam, animamque purificante ab omni cupidinum inquinatione; desiderio vero animam Deo adnectente. Similis quoque flammis amor est, quippe qui illustrat animam, tum illam desiderio Dei inflammans, tum desiderium istud, quo ista ardet, sancto servans timore in æternum mansuro. Illam autem

C

VERS. 7. *Aqua multa non poterit exstinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Multæ sane tribulationes, sicut vis aquarum, de torrente invitarum tentationum fluentes, simul et illarum irruptiones veluti fluminum lapsus, continuæ, quibus nequitiæ spiritus erga me dilectionem eruere conantur, illam nec penitus per odium Dei eradicare, nec per odium erga homines obtegere poterunt, neque per blasphemiam omnino exstinguere, neque submergere et abolere per præceptorum meorum negligentiam; istæ autem tribulationes erga me dilectionem manifestam faciunt, atque etiam erga proximum adjuvant charitatem.

D *Si dederit vir omnem substantiam suam pro dilectione, contemptu contemnent illum.* Videlicet si quis, non temporalium fallacia debilitatus, omnia bona sua, propter dilectionem in me suam, egentibus dederit, prorsus contemnentes nihili facient illum adversæ potestates, sicut et Job, post illius exteriorum divitiarum ablationem, contempserunt, illum a me vindicantes ad corporis dolorum tentationem, et amicos ejus ad injuriam excitantes. Hæc autem tu noscens, cum omnia præcepta mea servaveris, et supervenerit in te carnis dolor, juxta consensionem meam hæc tibi accidere scito, ut tua ipsius tentationibus non cedentis dilectio in

VARIÆ LECTIONES.

[f] διάπερον? [g] κατακαίοντος?

me manifesta fiat, non vero quod absit ad omnia pertinens providentia. Sponsa igitur Christi Ecclesia, ab illo jam de se ipsa securitate accepta, optansque perfectam, in doctrina et virtute, per baptisma regenerationem eruditæ a se Judæorum et gentilium multitudinis, de ista sponso suo dicit:

VERS. 8. *Soror nostra parva, et ubera non habet.* Nimirum hæc, ob naturæ identitatem, nostra vocata soror multitudo imperfecta adhuc est ob incredulitatem suam; idcirco rationes et normas virtutum ad te sponsum conducentes sicut ubera, per quas salute fruaris illius, non possidet.

Et quid faciemus sorori nostræ in die qua factus fuerit sermo ad illam? Id est quid faciemus isti sorori nostræ vocatæ, in tempore illo quo fidei tuæ prædicationem accipiet?

VERS. 9. *Si murus est, ædificemus super eam propugnacula argentea; et si ostium est, describamus super illam tabulam cedrinam.* Nempe si legalium præceptorum executione, ut murus ædificatur, superponamus in eam, veluti propugnacula argentea, eminus splendentes intellectuales rationes symbolorum quæ in legalibus Scripturis continentur. Si vero, per sensus, naturæ contemplationi dedita, ut ostium est, deformemus in ea, ut tabulam cedrinam, fidem qui mentem dividunt sensus constringentem, et ex operibus firmitatem habentem, vanamque omnem gloriam, virtutisque sive defectum sive excessum rejicientem. Hinc isti jam dictæ multitudini tuam propriam perfectionem dabis, et ego adjuvabo. Postquam audivit prior ad fidem inter Judæos vocata multitudo, magistræ et sponsæ verba de illa dicentis quod et ubera non habet et quod murus est, ad utraque responsum faciens, ut demonstrative dicit:

VERS. 10. *Ego murus, et ubera tua sicut turris.* Plane, ego ex Israel murus sum, ut ædificata in doctrinam legalium præceptorum: Non adulterabis, et cæterorum ex ordine. Turribus autem similia sunt legalis Scripturæ symbola, mihi, uberum instar, tenerum et introductorium cibum præbentia, et sic intactam me servantia ab ethnicis moribus; etenim

Ego eram in oculis ejus ut inveniens pacem. Certe olim divinæ visitationis digna visa sum, et quamvis tunc non agnovissem, quæ nos Patri suo reconciliavit, veram pacem, hanc saltem in typis propheticis jam noveram. Illi, more magistræ, sponsa dicit: Quid mihi vetera proponis?

VERS. 11. *Vitis fuit Salomoni in Bebælamon.* Videlicet spiritualis Ecclesiæ fidelium plantatio regi pacifico fuit in multitudine gentium, quod Bebælamon significat.

A σοι· ἵνα σου ἡ πρὸς ἐμὲ ἀγάπη πᾶσι κατάδηλος γένηται, μὴ ἐνδιδούσης τοῖς πειρασμοῖς, καὶ οὐχὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι πρόνοιαν ἐπὶ πάντα διήκουσαν· ἡ δὲ Νύμφη τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία, ἤδη μὲν τὴν ἑαυτῆς παρ' αὐτοῦ λαβοῦσα ἀσφάλειαν, ποθοῦσα δὲ καὶ τὴν διὰ βαπτίσματος, κατὰ γνῶσιν καὶ ἀρετὴν τελείωσιν τῆς τῶν κατηχουμένων αὐτῆς Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων ὁμηγύρεως· περὶ ταύτης φησὶ πρὸς αὐτὴν [h]·

η'. *Ἀδελφὴ ἡμῶν μικρὰ, καὶ μαστοὺς οὐκ ἔχει.* Εἴτουν ἡ διὰ τὴν ὁμοφυΐαν ἀδελφὴ ἡμῶν χρηματίζουσα πληθὺς, ἀτελὴς ἔτι δι' ἀπιστίαν ἐστί· καὶ διὰ τοῦτο λόγους καὶ τρόπους ἀρετῶν προσφερομένους σοι τῷ Νυμφίῳ οἷα μαζοὺς, ἵν' ἐν τούτοις ἀπολαύσῃς τῆς σωτηρίας αὐτῆς, οὐ κέκτηται.

B *Καὶ τί ποιήσομεν τῇ ἀδελφῇ ἡμῶν ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἂν λαληθῇ* [i] *ἐν αὐτῇ;* Δηλαδὴ τί διαπραξόμεθα ἐπὶ τῇ εἰρημένῃ ἀδελφῇ ἡμῶν, ἐν ᾧ καιρῷ τὸ σὸν κατὰ πίστιν παραδέξεται κήρυγμα;

θ'. *Εἰ τεῖχός ἐστιν, οἰκοδομήσωμεν ἐπ' αὐτὴν ἐπάλξεις ἀργυρᾶς· καὶ εἰ θύρα ἐστὶ, διαγράψωμεν ἐπ' αὐτὴν σανίδα κεδρίνην.* Ἤτοι ἐὰν μὲν τῇ πράξει τῶν νομικῶν ἐντολῶν ᾠκοδόμηται δίκην τείχους, ἐπιθήσωμεν ἐπ' αὐτὴν ὥσπερ ἐπάλξεις ἀργυρᾶς τοὺς τηλαυγεῖς κατὰ γνῶσιν λόγους, τῶν ἐν τῷ νομικῷ Γράμματι συμβόλων. Ἐὰν δὲ τῇ κατ' αἴσθησιν φυσικῇ θεωρίᾳ [i*], διαμορφώσωμεν αὐτὴν, οἱονεὶ σανίδα κεδρίνην, τὴν τὰς μερίζουσας τὸν νοῦν συσφίγγουσαν αἰσθήσεις, καὶ ἐξ ἔργων τὴν βεβαίωσιν ἔχουσαν, πίστιν ἀποβαλλομένην τῇ μαχαίρᾳ τοῦ C Πνεύματος πᾶσάν τε δόξαν ψευδῆ, καὶ ἀρετῆς ἔλλειψιν καὶ ὑπερβολήν· κἀντεῦθεν τὴν ἐν σοὶ τελειότητα αὐτὸς μὲν τῇ εἰρημένῃ πληθύϊ δωρήσῃ, ἐγὼ δ' ὑπουργήσω· ἐπειδὴ ἤκουσε τῶν τῆς διδασκάλου καὶ νύμφης ῥημάτων ἡ ἐξ Ἰουδαίων πρὸς πίστιν προκαλουμένη ὁμήγυρις· ὅτι τε μαστοὺς οὐκ ἔχει, καὶ τὸ, *Εἰ τεῖχός ἐστι*, περὶ αὐτῆς εἰρημένον, πρὸς ἀμφότερα ταῦτα τὴν ἀπόκρισιν ποιουμένη, φησὶν ὡσανεὶ δεικτικῶς.

ι'. *Ἐγὼ τεῖχος, καὶ μαστοί σου ὡς πύργου.* Πάντως ἡ ἐξ Ἰσραὴλ, τεῖχος μέν εἰμι, ὡς ᾠκοδομημένη τῇ διδασκαλίᾳ τῶν νομικῶν ἐντολῶν, τοῦ, « Οὐ μοιχεύσεις, » καὶ τῶν ἑξῆς· πύργοις δ' ἐοίκασι τὰ δίκην μαζῶν, νηπιώδη τροφὴν καὶ εἰσαγωγικὴν μοι κομίζοντα σύμβολα τοῦ νομικοῦ γράμματος· D ὡς ἀπόρθητόν με φυλάσσοντα τοῖς ἐθνικοῖς ἔθνεσι· καὶ γὰρ

Ἐγὼ ἤμην ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, ὡς εὑρίσκουσα εἰρήνην. Ἤγουν αὐτή ποτε ὑπῆρχον ἐπισκοπῆς θείας ἀξιουμένη· καὶ κἂν μὴ τότε ἐγνώκειν τὸν καταλλάξαντα ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ Πατρὶ, τὴν ἀληθινὴν εἰρήνην, ἀλλ' ὡς ταύτην κατὰ τοὺς τύπους ἐν τοῖς προφήταις ἐγνωκυῖα ἐτύγχανον· πρὸς ταύτην διδασκαλικῶς ἡ Νύμφη φησί· Τί μοι προβάλλῃ τὰ παλαιά;

ια'. *Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ Σαλομὼν ἐν Βεβαελαμών.* Δηλαδὴ πνευματικὴ φυτεία τῆς τῶν πιστῶν Ἐκκλησίας, γέγονε τῷ εἰρηνικῷ βασιλεῖ, ἐν πλήθει ἐθνῶν, ὅπερ τὸ Βεβαελαμὼν παριστᾷ.

VARIÆ LECTIONES.

[h] αὐτόν? [i] Cod. ληθῇ. [i*] Forte addend. θύρα ᾖ.

Ἔδωκε τὸν ἀμπελῶνα τοῖς τηροῦσιν. Εἴπουν A παρέσχε τὴν Ἐκκλησίαν ἀποστόλοις καὶ διδασκάλοις, τοῖς ἐγρηγορότως φυλάσσουσιν αὐτήν· ἵνα μὴ αἱ κατ' αὐτῆς ἐπεγειρόμεναι πολυειδεῖς αἱρέσεις, ταύτην καταλυμήνωνται, τῷ τὴν ἑνότητα αὐτῆς εἰς ἀλλοκότους δόξας καταμερίσασθαι.

Ἀνὴρ οἴσει ἐν καρπῷ αὐτοῦ χιλίους ἀργυρίους. Δηλονότι ὅς τῶν τελουμένων κατήργησε τὰ τοῦ νηπίου ἐν τῷ προσφερομένῳ τούτοις παρὰ τῶν τελεστῶν πνευματικῷ τῆς Ἐκκλησίας καρπῷ, τῇ καθάρσει, φημὶ, καὶ τῇ φωτίσει καὶ τῇ τελειώσει, κομίσεται οἱάπερ χιλίους ἀργύρους, τὴν διὰ καθαρότητος καὶ φωτισμοῦ τελειότητα· ἀκούσας δὲ ὁ Νυμφίος τῆς Νύμφης περὶ αὐτοῦ πρὸς τὰς μαθητευομένας αὐτῇ λεγούσης, ὅτι Ἔδωκα τὸν ἀμπελῶνα τοῖς τηροῦσιν, ἵνα μὴ δόξωσιν οἱ ἀκούοντες ἀφεστηκέναι τοῦτον B τῆς τοῦ ἀμπελῶνος ἐπιμελείας, φησὶ πρὸς αὐτήν·

ιβ'. *Ἀμπελὼν μου ἐμὸς ἐνώπιόν μου.* Ἤγουν κἂν τινας φύλακας τῆς Ἐκκλησίας κατέστησα, ἀλλὰ Δεσπότης ταύτης ἐγὼ καὶ Νυμφίος· καὶ ἡ τούτων σπουδὴ, ἐν τῇ ἐμῇ ἐπισκοπῇ ἰσχύει. Εἰ μὴ γὰρ ἐγὼ φυλάξω, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων· ἡ δὲ Νύμφη ἀνταποκρινομένη πρὸς τὸν Νυμφίον φησίν·

Οἱ χίλιοι σοὶ Σαλομὼν, καὶ οἱ διακόσιοι τοῖς τηροῦσι τὸν καρπὸν αὐτοῦ. Ἤτοι ἡ μὲν τελειότης, σοῦ τοῦ τελειωτοῦ δῶρόν ἐστιν εἰρηνικέ τε καὶ εἰρηνοποιέ· ἡ δ' εἰς ἑαυτὴν τῆς φύσεως ἡμῶν ἀποκατάστασις, διὰ τῆς τῶν σῶν ἐντολῶν ἐργασίας, ἥπερ ἐστὶν ἡμῶν τῆς Ἐκκλησίας καρπὸς, τῆς προαιρέσεως C ὑπάρχει τῶν κατ' ἐνέργειαν φυλασσόντων αὐτάς. Καὶ γὰρ ὁ μὲν χίλια ἀριθμὸς, τὴν ἐν Χριστῷ ἐμφαίνει τελειότητα, ἀπροσδεὴς τελειότητος ὑπάρξων μονάς· ὡς μὴ μόνον τὸν δυνάμει, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐνεργείᾳ ταύτης λόγον ἐν ἑαυτῷ φέρων· ὅτι ἐκ μονάδος ἄρχεται, καὶ διὰ μονάδος δηλοῦται, καὶ μονάδος ἐστὶ ποιητικός· ἡ γὰρ χιλιὰς καὶ μυριὰς. τῷ τῆς μονάδος στοιχείῳ γνωρίζονται. Ὁ δὲ διακόσια πάλιν ἀριθμὸς, τὴν τῆς φύσεως ἡμῶν εἰς ἑαυτὴν διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν ἐργασίας δηλοῖ ἀποκατάστασιν· ὡς δεκαπλασιάζων κατὰ τὴν δεκάδα τῶν ἐντολῶν, τὸν ἐκ τοῦ τετράκις πέντε συντιθέμενον, κἀντεῦθεν δηλοῦντα τὴν ἐξ ὕλης καὶ εἴδους φύσιν ἡμῶν, εἰκοστὸν ἀριθμόν. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις ἡ Νύμφη, καὶ τάδε πρὸς τὸν Νυμφίον, δι' ἄκραν τὴν μετριοφροσύνην D καὶ ἐπιτεταμένον πόθον τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διέξεισιν.

ιγ'. *Ὁ καθήμενος ἐν κήποις, ἕτεροι προσέχοντες· τὴν φωνήν σου ἀκούτισόν με.* Εἴπουν, ὦ Νυμφίε μου, σὺ ὁ ἐπαναπαυόμενος τῇ τε νοητῇ κτίσει καὶ τῇ αἰσθητῇ, ὡς τοῖς σοῖς θελήμασι δίκην κήπων πεφυτευμέναις, ἄλλοι παρ' ἡμᾶς εἰσὶν οἱ ἀμεταστρεπτὶ πρὸς σὲ ἀτενίζοντες, διὰ τὸ μὴ μερίζεσθαι δεσμῷ σώματος αἱ ἄϋλοι πάντως καὶ ἀγγελικαὶ τάξεις. Ἐγὼ δὲ ὡς ὑποκειμένη τῷ τοιούτῳ δεσμῷ, δέδοικα τὴν τροπήν· καὶ διὰ τοῦτο τὴν δευτέραν σου κάθοδον ἐπισπεύδουσα [1] ἱκετεύω σε, ἀκουστὴν ποίησον τὴν

Dedit vineam custodibus. Scilicet Ecclesiam apostolis et doctoribus commisit vigilanter custodientibus illam, ne multiformes vastent adversus illam excitatæ hæreses, unitatem illius ad monstruosas opiniones distrahentes.

Vir accipiet in fructu ejus mille argenteos. Scilicet, quicunque initiatus evacuaverit quæ sunt parvuli, in accipiendo spirituali Ecclesiæ fructu ab initiatoribus initiatis dato, id est, purificatione et illuminatione et perfectione, veluti mille argenteos, perfectionem ex purificatione et illuminatione reportat. Audiens autem Sponsus Sponsam suam de illo coram discipulabus dicentem quod vineam suam custodibus dederit, ne credant audientes abesse illo vitis curam, dicit illi:

Vers. 12. Vinea mea, quæ mihi est coram me. Licet custodes aliquos Ecclesiæ posuerim, at ego Dominus et Sponsus ejus; horum studium in mea vigilantia vires sumit. Si enim ego non custodiero, frustra vigilavit qui custodit eam. Sponsa autem respondens Sponso suo dicit:

Mille tibi Salomoni et ducenti custodientibus fructum ejus. Scilicet perfectio tui perfecti donum est, o pacifice et pacificans, restitutio vero naturæ nostræ in pristinum statum suum, per præceptorum tuorum exsecutionem (quæ restitutio Ecclesiæ nostræ fructus est), a voluntate pendet ex officio custodientium nos. Numerus enim mille ostendit perfectionem in Christo, eo quod sit unitas in se perfecta, non solum potentia, sed reipsa perfectionis in se rationem habens. Ab unitate enim incipit, per unitatem declaratur et unitatem (monada) ipse efficit. Numerus enim mille et numerus decem millia continens unitatis elemento noscuntur. Numerus vero ducentos continens naturæ nostræ in pristinum statum suum restitutionem ostendit. Decuplat enim, juxta decada præceptorum ex quinque quater sumpto conflatum, et sic ostendentem naturam nostram ex forma et materia compositam, vicesimum numerum. — Insuper his dictis, sponso hæc etiam, valde modesta et ardens futurorum bonorum desiderio, narrat.

Vers. 13. *Sedens in hortis, alii attendentes; vocem tuam audire me fac.* Sponse mi, qui in creatione et intellectuali et sensibili requiescis, velut in hortis tua voluntate plantatis, juxta nos alii quoque sunt ad te irretortis oculis attendentes, quippe carnis vinculo non impediti, omnino scilicet immateriales angelicæ turbæ. Sed ego, isti tali subjecta vinculo, a te metu averti; idcirco posteriorem descensum tuum votis festinans, te obtestor ut me hanc delectabilem audientem vocem facias: « Venite, bene-

VARIÆ LECTIONES.

1 Cod. ἐπιπτεύδουσα. Num ἐποπτεύουσα? vel ἐπιπνέουσα?

dicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum» A et sic.

Vers. 14. *Fuge, fratercule mi, et assimilare capreæ, vel hinnulo cervorum super montes aromatum.* Vocatis enim justis ad paratum ab initio mundi illis regnum tuum, omnem de nobis in sensibilibus curam abjicis, dignos attrahens ad excelsa spiritualium gratiarum, quarum replentur odoribus; in quibus fragrantibus gratiis, veluti caprea, vel cervi hinnulus, venenatis nocivus bestiis, furentes in nos nequitiæ spiritus interimis, istorum adversus nos compescens prælium.

εὐχταίαν ἐκείνην φωνήν σου· τὸ, Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν· » καὶ οὕτω,

ιδ'. *Φύγε, ἀδελφιδέ μου, καὶ ὁμοιώθητι τῷ δόρκωνι, ἢ νεβρῷ ἐλάφων, ἐπὶ ὄρη ἀρωμάτων.* Προσκαλούμενος γὰρ τοὺς δικαίους εἰς τὴν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ἡτοιμασμένην αὐτοῖς βασιλείαν σου, ἀφίστασαι πάντως τῆς διὰ τῶν αἰσθητῶν προνοίας ἡμῶν· ἐφελκόμενος τοὺς ἀξίους ἐπὶ τὰ ὕψη τῶν πνευματικῶν εὐωδιαζουσῶν αὐτοὺς κατὰ θέωσιν χαρίτων· ἐν αἷς ὥς τις δόρκων, ἢ ἐλάφου νεβρὸς, ἀναιρετικὸς τῶν ἰοβόλων θηρίων, τὰ μαινόμενα καθ' ἡμῶν τῆς πονηρίας πνεύματα νεκροῖς, καταπαύων τὸν πρὸς ἡμᾶς αὐτῶν πόλεμον.

SUPPLEMENTUM

AD COMMENTARIOS PROCOPII IN PROVERBIA

—

MONITUM.

Post Procopii Gazæi *Commentarios in Proverbia* et *in Cantica canticorum* qui ex editione Em. cardinalis Ang. Mai (*Class. Auct.*, t. IX, 1-256; 257-430; VI, 348-378) cum interpretatione Latina in nostram hanc novam editionem transiere, quædam hic apponenda curavimus excerpta ex Bibliothecæ Regiæ Bruxellensis codd. 3895 et 3896, ex opere inedito cui titulus: *Procopius Gazæus in Proverbia, et in Cantica canticorum compendiaria explicatio, interprete Corderio.* Ne tamen in immensum cresceret voluminis moles, illa tantum dedimus quæ nobis notatu digna videbantur.

—

CAPUT XII.

Vers. 1. *Qui diligit disciplinam, diligit sensum; qui autem odit increpationes, insipiens est.*

Qui moralem diligit eruditionem, amator est scientiæ per quam sensus habemus exercitatos ad discernendum bonum et malum. Dei autem hoc donum est. Qui autem odit increpationes, insipiens est, cum velit semper in ignorantia versari et nunquam venire ad cognitionem veritatis. Disciplina porro recentior est increpatione debetque hanc præcedere.

Vers. 5. *Cogitationes justorum judicia; gubernant autem impii dolos.*

Cogitationes enim justorum discretæ sunt ac simplices. Principium autem consilii cogitatio est, quorum unum quidem laudavit in justo, alterum vero vituperavit in impio. Aut certe quia semper Dei judicia meditantur; vel quia semper judicia Dei exercent in mente. Mens enim nostra judex est, et sedet judicans quamlibet virtutem cum opposito ipsi vitio, et hoc quidem condemnat, illud vero justificat.

CAPUT XIII.

Vers. 13. *Contemnens rem contemnetur ex ea: timens autem mandatum, hic sanus est.*

Origenis. Sicut is qui timet Deum, voluntatem ejus facit, ita qui timet mandatum, is servat mandatum; qui autem contemnit Deum contemnit mandata ejus, sana porro est anima quæ divinum mandatum servat.

A Vers. 22. *Bonus vir thesaurizare faciet filios filiorum: thesaurizantur autem justis divitiæ impiorum.*

Hujusmodi erat Paulus multum in Christo per Evangelium generans. Hi porro cum ab illo didicissent, alios docuerunt. Aut pater est mens quæ bonas gignit cogitationes. Hæ porro res consimiles generant.

Evagrii. — Hi qui ex impia doctrina convertuntur, sunt bonis doctoribus thesaurus, cum essent divitiæ impiorum. Eorum quoque qui de circumcisione erant divitiæ, in thesauro repositæ gentibus in Christum credentibus, ablato ab illis regno cœlorum et dato justificatis ex fide. Vel etiam divitiæ impiorum malitia est, quam justi per B bonam doctrinam absument, sive modo, sive in futuro sæculo supra quinque ac decem civitates constituti.

CAPUT XIV.

Vers. 4. *Ubi non sunt boves, præsepia munda; ubi autem multa genimina manifesta bovis virtus.*

Ubi non sunt doctores, ibi subsellia auditorum sunt vacua. Virtus autem docentis ostenditur, ubi multa sunt genimina, id est discipuli. Fortassis vero nunc singulariter dictus bos Jesus est, cujus virtutis plurimi inter homines fructus exhiberi possunt. Itaque ubi non sunt boves spirituales prophetæ et apostoli vacua geniminibus sunt præsepia, in quibus Servator veniens omnem genimini-

bus terrarum orbem replevit, ita et dictum sic: « Messis quidem multa, operarii vero pauci [1]. »

VERS. 18. *Divident imprudentes malum: Astuti autem tenebunt sensum.*

Eusebii. — Nempe hanc partem ac sortem habebunt: malitiam autem sensui opposuit. Si autem malitia virtuti opponatur, utique sensus jam virtutem significat.

VERS. 26. *In timore Domini spes fortitudinis; filiis autem suis relinquit firmamentum.*

Rursus habitum dixit pro eo qui habet illum. Spes autem fortitudinis, quoniam is qui certat adhuc in hac vita, ex parte cognoscens et ex parte prophetans, spem in futurum habet repositam, accepturus, filiis autem suis relinquit firmamentum. Cujusmodi erat propheta ille cum moreretur, cujus uxor ad Elisæum veniens, egestatem suam et fœneratores deplorabat: hic autem id quod habebat mulier oleum multiplicans, et a feneratoribus eam absolvit et filiis victum dedit. Quin et timor Domini, pios habens filios, qui timoris filii sunt, sicut filii lucis quoque lux vocantur; hoc firmamentum illis reliquit.

CAPUT XV.

VERS. 4. *Sanitas linguæ arbor vitæ, qui autem conservat eam implebitur spiritu.*

Sanitatem linguæ vocat vel qua sanata est, vel qua sanavit. Porro sanata est lingua quæ verbo non peccat. Morbus enim linguæ est peccatum per illam admissum. Doctrina enim de rebus bonis germinat vitam: qui autem conservat eam, implebitur Spiritu, nimirum sancto. Idem hortatur per ea quæ sequuntur, dicens: *Favus mellis sermones boni, dulcedo autem ejus sanitas animæ.*

VERS. 5. *In abundanti justitia fortitudo multa.*

Eusebii. — « Nisi enim, inquit, abundaverit justitia vestra, non intrabitis in regnum cœlorum [2]. » Impiorum autem radix malitia est, quæ post præsentem vitam una cum illis interitura est. Huic simile est et illud: Evellet te et radicem tuam de terra viventium.

VERS. 25. *Domus contumeliosorum diruit Dominus: firmavit autem terminum viduæ.*

Eusebii. — Domos superborum Judæorum diruit Dominus, viduæ autem Ecclesiæ per evulsionem ab ea diaboli viduatæ firmavit terminum. Supervacaneos enim eorum qui veritati resistunt, sermonum plexus et structuras evertit Dominus, perdens sapientiam sapientium, animæ autem hisce viduatæ domum stabilit.

CAPUT XVI.

VERS. 7. *Initium viæ bonæ facere justa: accepta autem sunt apud Deum magis quam immolare hostias.*

Si enim, inquit, desideras sapientiam, serva mandata, et Dominus tibi illam impertietur. Quod si autem cognitionis via est Christus, hujusque notitiæ principium et lex, quæ pædagogus nobis exsistit ad illam; ac bonæ revera viæ initium sit facere justa, hocce quid majus fuerit misericordia. Nunquid igitur hæc contemplatio est? Quia « misericordiam, inquit, volo, et non sacrificium [3] », et cognitionem Dei magis quam holocausta.

VERS. 14. *Furor regis nuntius mortis: vir autem sapiens placabit eum.*

Origenis. — Hoc dixit sanctus a passione alienus: vel furor allegorice accipiendus, vel modo non in bono regem appellat. Vir autem sapiens, quamvis ut homo peccavit, per pœnitentiam ipsum placat. Nuntius qui de supplicio sermones novit, vocatur angelus seu nuntius furoris.

VERS. 15. *In lumine vitæ filius regis: qui autem valde accepti sunt ei, tanquam nubilum serotinum.*

Evagrii. — Plurimis Scripturæ locis lux vitæ conjungitur, juxta illud: « Vita erat lux hominum [4], » in qua luce est filius Regis discipulus Jesu. Filius quoque Regis Christus et qui in veritatis scientia secundum Christum perfecti sunt.

Didymi. — Qui in adventu Christi prope ad fidem accesserunt, quia in fine sæculorum crediderunt, quasi nubes serotinæ sunt: nempe virtus sero tandem nata, istiusmodi sui compotem reddit acceptum Christo regi, vel etiam cuivis sapienti.

VERS. 17. *Qui suscipit disciplinam in bonis erit, qui autem custodit correptiones sapiens fiet. Qui custodit vias suas, servat suam animam, et diligit vitam suam, parcet ori suo.*

Moralis enim eruditio cum introductoria quædam sit institutio, virtutum perfectionem proficienti conciliat, correptiones autem vocat increpationes, vel sermonum demonstrationes, vel mandata Dei, hæc enim nos peccantes reprehendunt.

VERS. 22. *Fons vitæ cogitatio possidentibus: disciplina autem imprudentum mala.*

Eusebii. — Cogitatio virorum intelligentium et cordatorum quæ capit res prout se habeant, dirigit vitam ipsorum: disciplina autem imprudentum mala, utpote mortem afferens; vel etiam malitiam irrefragabilem et inexcusabilem sic appellavit.

VERS. 32. *Melior est vir longanimis forti.*

Didymi. — Nam bellum intestinum quovis extero periculosius omnino ac difficilius est, quod qui debellavit jam curis omnibus solutus est, at illi obnoxius cum indefesso hoste decertat

CAPUT XVII.

VERS. 1. *Melior est buccella cum voluptate in pace, quam domus bonorum et injustarum victimarum cum jurgio.*

Eusebii. — Superni panis particulans notitia, pacem præbens cum voluptate (Pax autem Christus est) melior est quam ditari cognitione domatum falsi nominis.

[1] Matth. IX, 37. [2] Matth. V, 20. [3] Matth. IX, 13. [4] Joan. I, 4 seqq.

VERS. 2. *Servus intelligens reget dominos stultos; in fratribus autem dividet partes.*

Ejusdem. — Populus e gentibus, cum servus esset (Christus enim ipsum pretio redemit), credendo factus intelligens, Judæos nobiles ac dominos superavit. Et alio sensu: Si omnis qui peccatum facit, servus sit peccati, omnis qui a malitia recessit, per virtutem dæmones insipientes dominos devicit; qui et dispensator mysteriorum Dei fiet, pro conditione status unicuique fratrum spiritalem impertiens cognitionem, Corinthium quidem lacte potans, Ephesium vero solidiore cibo nutriens, de longitudine et altitudine, ac profunditate latitudineque disserens, et per hæc interstitia naturæ rationalis significans distinctionem, quæ divini judicii ac providentiæ rationis ob immensam profunditatem humanum captum fugientes, continet. Horum symbolum est Jesus Nave duodecim tribubus terram distribuens: qui utique de Christi incarnatione sermones cognitione reconditi sunt in Juda, in cujus sorte seu tribu Christus nascitur.

VERS. 14. *Potestatem dat sermonibus principium justitiæ, præcedit autem egestatem contentio et jurgium.*

Origenis. — Juxta illud: nulla injusta potestas, vel quod sit supereminens potestas, vel etiam, ut sic dicamus in potestate principium seu caput sit justitia. Incorrupti enim sermonis fiducia est seu libertas. Itaque de Servatore dicitur: Erit enim docens tanquam potestatem habens et non sicut scribæ.

Eusebii. — Præcedit autem egestatem contentio seu seditio, siquidem exercitus seditio inopiam parit, sic et cogitationum dissensio inopiam sermonum gignit. Si igitur justitiam sequitur notitia, præcedit ignorantiam malitia.

CAPUT XVIII.

VERS. 2. *Non opus habet sapientia is qui indiget corde: magis enim ducitur insipientia.*

Didymi. — Magis autem ducitur imprudentia, quia magis dilexit tenebras quam lucem. Ad hæc stultitia gaudens arbitratur sapientiam sibi non esse necessariam.

VERS. 8. *Pigros dejicit timor: animæ autem effeminatorum esurient.*

Eusebii. — Scilicet inimicus timor, vel timor Domini, per bona opera ipsos a pigritia separat. Effeminatus autem est qui neque docere potest neque discere cupit. Itaque illos qui in virtute practica pigri sunt malorum seu molestiarum timor excitat ac præparat, cum non habeat quo confidant in futurum. Vir porro qui voluntate ac studio mulier est, non habebit virtutem qua sustentetur.

VERS. 10. *Ex magnificentia fortitudinis nomen Domini: ei autem accurrentes justi exaltantur.*

Ex creaturis enim earumque magnitudine manifestum fit Deum esse omnipotentem. Nomen autem Domini Dei cognitionem significat. Ac per rectam quidem vitam accurrunt ad ipsum justi, per contemplationem vero exaltantur. Item alio sensu: Qui magnifice fortis est in confortante ipsum Domino nomen Domini est, quem ad se accurrentem altissimi Dei appellatio sublimem reddit.

VERS. 14. *Furorem viri mitigat servus prudens; pusillanimem autem virum quis sustinebit?*

Eusebii. — Quemadmodum Dominus noster pardus furiens respectu peccatorum dicitur 5-6 et petra scandali, respectu infidelium, ita etiam pusillanimis propter peccatores nuncupatur.

Aliter. — Moyses, cum famulus esset viri: « Ecce enim vir oriens nomen ejus [7], » Dei adversus populum suum furorem mitigavit, dicens: « Siquidem remittis eis, remitte [8], » etc. Pusillanimis autem est qui cito mutat sententiam.

VERS. 15. *Cor prudentis possidet sensum: aures autem sapientium quærunt cogitationem.*

Didymi. — Sensum hoc loco non accipere oportet naturalem, sed acquisitum circa dogmata qui sit hominis industrii seu practici. Speculativus autem cum versetur circa rerum contemplationem, intellectum quærit. Sæpenumero autem, et præcipue in præsenti Libro, practica et speculativa vita per sensum et intellectum designatur ac declaratur.

VERS. 16. *Donum hominis dilatat eum, et apud principes sedere facit eum.*

Eusebii. — Non in angustum redigetur qui dat pauperibus, sed velut unus de principibus erit. Vel rectam vitam modo vocavit donum hominis qui semetipsum dilatans dignum præbet plenitudine Dei, quam cathedram virtutum nominat, mentis enim cathedra est habitus optimus qui motu difficilem vel immotum conservat sedentem.

CAPUT XIX.

VERS. 4. *Divitiæ addunt amicos multos: inops autem et ab amico qui erat deseritur.*

Eusebii. — Divitiæ cognitionis ac sapientiæ, angelos nobis multos adjungunt. Impurus autem ab angelo quoque quem a puero custodem acceperat, separatur. Spiritalis enim amicitia est virtus atque scientia, per quas sanctis illis virtutibus amice consociamur.

VERS. 14. *Domum et substantiam dividunt patres pueris: a Domino autem aptatur mulier viro.*

Didymi. — Patrum quidem est docere filios virtutem ac Dei cognitionem. Dei autem est ipsis largiri sapientiam, uxorem enim hic intellige sapientiam. Substantiam quidem vocat sermones de negotiis, domum vero mentem qua hæc audienda sint.

VERS. 16. *Qui custodit mandatum, servat suam animam; qui autem negligit, suas vias peribit.*

Basilius. — Etenim homo ad Dei imaginem con-

5-6 Eccli. XXVIII, 27. [7] Zach. VI, 12. [8] Exod. XXXII, 32.

ditus rectas ab eo vias accepit. Fecit enim Deus hominem rectum. Hæ ipsæ autem viæ dicuntur quidem præcepta, quantum ad præcipientem, viæ vero in ordine ad mentem iter facientem, testimonia autem quia in cœlo et terra tradita sunt; unde mens quæ suscepit illa vocatur testis, qui si fallit impune non feret.

VERS. 17. *Venerat Deo qui miseretur pauperis; secundum datum autem ejus retribuet ei.*

Eusebii. — Sibi enim appropriat vindicatque Deus quæ in illum collata sunt; secundum autem datum ejus retribuetur ei, hoc est secundum affectum, non ex tristitia aut necessitate retribuit ei. Non enim dona sed animi dispositionem metitur Deus.

VERS. 19. *Male cogitans vir nulla damna patietur: si autem corruperit et animam suam addet.*

Didymi. — Omnes enim sensus pariter polluit, inhærens vero etiam ipsam ex integro animam. Nunquid autem magnum quidem damnum est, ipsa privatio contemplationis rerum creatarum? Quibus accedit deletio naturalium de Deo cogitationum, ipsamet anima ad omnimodam rationis privationem redacta.

VERS. 24. *Qui abscondit in sinum suum manus injuste, neque ori quidem admovebit eas.*

Qui non recte vivit, abscondit in anima manus injuste, terram suam laborare nolens neque panibus impleri. Siquidem virtutes circa actiones occupatæ manuum rationem obtinent ut quæ panem illum ori nostro afferant qui de cœlo descendit et dat vitam mundo. Non poterit proinde talis, quod sit piger et ignavus, ullum frugi actionis initium comparare.

CAPUT XX.

VERS. 2. *Non differt comminatio regis a furore leonis: qui autem irritat eum peccat in suam ipsius animam.*

Non enim habet intellectum quo ovadat mala quibus undique circumdatus est; si autem furor draconum est vinum illorum, incontinens autem vinum est, utique incontinens est et furor, utpote homines intemperantes reddens, et contumeliosa est ira ut quæ effervescente furore progignitur. Quamobrem Nazaræi quo viæ expertes viverent a vino abstinere jubebantur. Qui regem irritat, id est qui peccato ad iram Christum provocat, in suam ipsius animam peccat.

VERS. 4. *Exprobratus piger non confunditur; similiter et qui fenore accipit frumentum a messe.*

Eusebii. — Talis enim cum propter tempus deberet esse magister, etiamnum prima opus habet institutione. Si autem sit frumentum in messe illud fenore ab illis accepit qui per sex annos terram suam laborarunt et septimo viduas et pupillos nutriunt.

VERS. 20. *Maledicentis patrem aut matrem exstinguetur fax: pupillæ autem oculorum ejus videbunt tenebras.*

Eusebii — Qui enim maledixerit patri aut matri, morte moriatur [9]. Sed et qui Christo et Ecclesiæ maledixerit, fide privabitur quam habebat ante criminationem, quæ erat in ipso lux. Possit etiam de externis tenebris usurpari, quamobrem quoque in futuro effertur. Quin et Christus quidem pater est habentium spiritum adoptionis, mater vero eorum qui lacte, et non solido cibo indigent, quandoquidem et Paulus pater quidem Ephesiorum fuit, sapientiæ ipsis revelans mysteria, mater vero Corinthiorum lacte illos potans.

VERS. 10. *Pondus magnum et pusillum et mensuræ duplices, immunda sunt apud Dominum et utraque et qui facit ea.*

Basilii. — Circa judicium inæqualitatem staterarum appellatione insinuans, significat eum qui dolosam habeat affectionem, verbis quidem blandam sed reipsa pravam, esse immundum: ut cum quis præ se ferat temperantiam qui non sit temperans. Quin et omnem excessum et defectum mensuram magnam et parvam esse arbitror. Utrumque enim adjunctum habet vitium: mensura porro duplex est illi qui ab alio quidem beneficia vult accipere, sed paria vicissim aliis non retribuit. Non enim morem gerit dicenti: « Omnia quæcunque vultis ut faciant homines, hæc et vos similiter facite illis [10]. »

CAPUT XXI.

VERS. 4. *Magna sapiens in contumelia audax corde; fax autem impiorum peccatum.*

Magna sapiens, inquit, in contumelia non in virtute, sed de quibus confundi oportuerat in his gloriatur. Fax autem impiorum peccata, juxta illud: Ambulate in lumine ignis vestri. Bonum enim arbitrantur peccatum, cum sit temporarium. Fortassis vero etiam quasi respectu impietatis in Deum atque deteriorum fax esse peccatum videatur. Sed et a majori malo quis ad id quod minus est veniens, initium accipit illustrationis.

VERS. 19. *Melius habitare in deserto quam cum muliere rixosa et linguosa et iracunda.*

Didymi. — Cælebs esse præstat quam cum tali commorari: vel etiam melius est esse in Ecclesia ex gentibus, quam in Judæorum synagoga. Vel etiam prout David ait: « In terra deserta, invia, et inaquosa. » Terra igitur est virtus, quæ non habet pristinos habitatores, neque homines secundum desideria erroris depravatos, adeoque diabolus non invenit in ea requiem, siquidem ambulat per loca arida et inaquosa quærens requiem et non invenit. Est enim ille rex omnium qui in aquis degunt. Et de sapientia frequentes, inquit, commorationes domorum ejus. Quod si hoc verum uti revera est, mulier pugnax seu rixosa est malitia, quæ illum cum quo habitat rixosum, et linguacem et iracundum efficiet.

CAPUT XXII.

VERS. 7. *Divites pauperibus imperabunt, famuli propriis dominis fenerabunt.*

[9] Lev. xx, 9. [10] Matth. vii, 12.

Eusebii. — In sæculo futuro qui in omnibus ditati fuerint, in omni cognitione ac sapientia imperabunt iis qui divitiis istis destituuntur. Cæterum quod hic de servis ac dominis dicitur, tanquam quid arcanius jam omittatur : ad litteram autem humanæ vitæ instabilitatem declarat. Quin et ubi penes paucos est imperium, divites pauperibus dominantur. Item alio sensu scientia præditi ignaris ac rudibus præsunt, et fideles qui ex gentibus sunt Israelitis, quibus id antea jus erat doctrinam fenerant, tametsi prius illi gentibus plurimis feneraverint, iisque imperaverint. Nunc autem ab iis regno cœlorum ablato vice versa contigit.

VERS. 16. *Qui calumniatur pauperem, multa facit sua : dat autem diviti ad minus.*

Quemadmodum diabolus calumniatur nos, accipiens a nobis virtutes quas non dederat nobis, sic et nos calumniamur ipsum accipientes ab ipso vitia quæ non dedimus ipsi. Et in quantum quidem accipimus ab ipso vitia, tanquam ab eo qui virtutibus pauper est accipimus : in quantum vero virtutes nostras ipsi damus, in detrimentum nostrum, tanquam in malitia diviti, illas donamus. Quo igitur plura quis illi donat, eo animam suam magis vulnerat.

VERS. 20. *Et tu vero describe ea tibi tripliciter, in consilio et scientia super latitudinem cordis tui.*

Eusebii. — Dicit : Proverbia erunt enim tibi hæc describenti in mente, ut loquaris in eis sedens in domo et ambulans in via, et decumbens ac surgens. Trifariam autem unumquodque eorum et in consilio et in scientia describe, v. g., quodlibet eorum quæ theoriam spectant, siquidem etiam habet littera verum, erit triplex. Verbi gratia illud : « Non alligabis os bovi trituranti [11], » ad litteram sic habet : secundum anagogen quidem significat, non oportere in nobis id quod circa terram operatur, nempe sensum, prohibere quo minus rebus sensilibus utatur recte, indeque cibum habeat. Secundum allegoriam vero, doctorem qui, inquit, seminat in nobis spiritalia debere metere carnalia, nempe cibum a nobis accipiendo. Consilium porro et scientiam vocat ea quæ ad actionem et doctrinam spectant. Vel etiam quod omnis scripturistica compositio seu commentatio in moralem et naturalem ac theologicam dividetur. Ac primæ quidem consonant Proverbia, secundæ vero Ecclesiastes, tertiæ denique Cantica canticorum, quæ intellecta per animæ puritatem in corde describuntur.

Chrysostomi — Vel etiam sic q. d. : Dilata cor tuum ad susceptionem theorematum divinorum, ut quilibet sensus multiplicetur. Audiens enim : Non mœchaberis, siquidem habes uxorem, contentus sis littera, sin secus, ne duxeris. Idipsum etiam in aliena doctrina locum habet, vel a Domino sponso minime mœchandum et recedendum mente ab ejus adhæsione ; vel illud tripliciter sumitur pro tuto, et firmiter vel frequenter, juxta illud Ezechielis :

[11] I Cor. IX, 9. [12] Job. XL, 13.

A Quoniam exfornicata es tripliciter, vel indesinenter in omni vita tua. Vel trifariam Scripturæ verba describuntur, nempe secundum historiam et ad mores animæ, et secundum anagogen. Tria porro sunt potissima mutationis ætatis tempora, secundum quæ quis est puer, juvenis et vir perfectus. Atque tripliciter dicens hoc ait : ut simplicior ædificetur ab obvia litteræ locutione, perfectus vero ex arcano litteræ sensu. Ut enim homo constat e corpore et anima et mente, ita et sancta verba. Singula enim tripliciter sunt, nempe secundum litteram et intellectum et contemplationem seu anagogen.

VERS. 27. *Si enim non habueris unde solvas, tollent stratum quod sub costis tuis.*

B Ne temere des testimonium præceptoribus de quibusdam scire volentibus, diverso enim illo apparente in te redundabit debitum cui non eris solvendo : nemo enim pro alio bonus ; sibimetipsi enim vix sufficiet, occurrent autem doctores quibus fidem obstrinxisti, in moralibus quidem actiones, in scientiis vero rectæ de Deo ac mundo sententiæ, quibus non exhibitis seu solutis rapient tegumentum tuum in quo requiescis : animæ, inquam, facultates seu vires, costæ namque vires designant, ut in isto Job : « Costæ ejus, costæ æneæ [12] » id est vires vocis evanidæ, vel etiam aliter. Ne temere obstringas carnem, vel ne assumas actiones alienas, nisi enim repertus fuerit qualem testatus es, omnino in te istiusmodi debiti solutio redundabit. Qui
C amicas admittunt cogitationes et per hoc malignum honorant, probis cogitationibus deteriores solvere studeant, quia tollent substratam virtutem, siquidem hæc stantis in justitia mentis vestimentum dicitur, reliquum vero quod per pravas cogitationes excidit stratum appellatur.

CAPUT XXIII.

VERS. 1-3. *Si sederis cœnare ad mensam potentis, sapienter intellige quæ apponuntur tibi : Et mitte manum tuam sciens, quod oportet te talia præparare. Si autem insatiabilis es, noli concupiscere escas ejus : hæc enim obtinent vitam falsam.*

In prandio quidem, inquit, dictis tuis custodiam adhibe, in cœna vero post prandium intellige quæ
D penes te sunt, non quæ te superiora et procul sita sunt ; et dictis consonam adjunge actionem : sic enim spiritualibus consentanea parabimus. In mensa igitur potentis nihil humile vel terrenum quære quo nutriaris, neque tam id quod historicum, quam quod spiritale sit atque cœleste. Hoc enim accipiendum quando littera sensum sequitur : dynastæ autem intellige Christi, sin vero dynastarum scribatur, Moysis et prophetarum. Si autem non amas liberari a litteræ consideratione, noli insaturabiliter concupiscere escas ejus. Nam si circa solam verseris litteram, ab allegoria abstinens, quid dicere poteris de iis quæ secundum litteram simul consistere non possunt, quale est illud : « Spinæ nascuntur in

manu temulenti? [13] Mensa dynastarum sunt oracula prophetarum, quæ oportet auditorem ab historia traducere ad theoriam et sic illa exercere. Spiritaliter autem intellige illa quæ apponuntur tibi, et extende manum tuam. Ne in sola, inquit, historia pedem figas, neque primo ferculo contentus sis: hoc enim sibi vult illud: « Et injice manum tuam. » Sciens istiusmodi tibi esse præparanda, id est spiritaliter intelligenda, nempe ut et tu Christum virtutibus nutrias: quod si insatiabili studio historiæ inhæreas, quo pacto spiritalis mensæ particeps eris? adhærent enim vitæ mendaci, carneæ non spiritali: talibus enim istiusmodi cibus apponitur, qui possit nutrire animas.

VERS. 21. *Omnis enim ebrius et scortator mendicabit; et induetur disruptis et laceris omnis somnolentus.*

Vetat vinum quod e vite sodomitica exprimitur. Congruit hoc etiam quoad litteram et secundum sensum illi qui studet sapientiæ. Nam licet adversariorum dogmata carnium more videantur solida, bonumque nutrimentum præstare, sunt tamen serpentina digestuque difficilia ut venenum aspidum et uva fellis. Ne illa itaque audiens, ad eorum coemptiones te extendas: sed ad hoc solum ea audire permissum ut refutandi illos argumentum consecteris. Habes vinum ex vera vite expressum, nempe sensum Scripturarum: ex his qui bibit sobria ebrietate inebriatur, et ab hominibus excedit conversans cum Deo. Qui autem de vinea Sodomorum bibit, ex dementia compositus est. Quapropter etiam dicitur: inimici autem nostri amentes. Mendicat autem omnis qui divina doctrina et sapientia excidit, in cujus dextera sunt divitiæ et gloria, cum meretricibus versans veram notitiam simulantibus. Et ebrius est ex vino veternum inducente. Denique qui ut virtutem comparet non advigilat, neque sobrius est, is animæ suæ vestimenta lacera et vilia ostendit. Animæ autem vestimenta sunt sana dogmata, et rectarum cogitationes actionum: quæ quidem vestimenta vir probus lucida obtinens, omni tempore candidis induitur, odioque habet tunicam carnis sordibus contaminatam.

VERS. 22. *Audi, fili, patrem qui genuit te; et non contemnas quoniam senuit mater tua.*

Patris tui præceptoris mater est doctrina: tua enim infirmitas illius videtur esse. Excita proinde magis teipsum et tunc matrem robustam vegetamque invenies. Tu enim tua negligentia illam ad senectutem et oblivionem redigis, ipsa nihil interim patiente. Dicebat quidem seniorum animam esse matrem mentis, animam vocans ipsam animæ affectionem et iram et concupiscentiam. Nam per practicas virtutes in lucem mens producitur: siquidem per fortitudinem et temperantiam adipiscimur sapientiam et scientiam Dei, quæ sunt virtutes iræ et concupiscentiæ. Dixerit autem fortasse matrem quoque vetus testamentum quod non facile contemnendum est.

[13] Prov. XXVI, 9.

VERS. 30. *Nolite inebriari in vinis, sed conversamini cum hominibus justis et conversamini in locis deambulationis.*

Avertit per hæc a vino et ebrietate, plurima exinde damna recensens atque perpetua supplicia.

Evagrii. — Ne sensiliter intelligas Scripturam, admonet ut conversemur cum justis in ipsa descriptis. Vel etiam cum superstitibus adhuc sanctis conversari jubet ambulantes et proficientes, quod neque stantis neque sedentis est. Mens enim quæ conversatur in locis deambulationis digne ambulat vocatione qua vocata est, et in Scripturis versatur quæ vitas justorum continent.

CAPUT XXIV.

VERS. 3. *Cum sapientia ædificatur domus, et cum intellectu dirigitur.*

Chrysostomi.—Sæpenumero Scriptura medias artes appellat sapientias, ut in isto: Quis dedit mulieribus texendi sapientiam? hoc est faciendi habitum: sapientiæ quidem quæ insit artifici, rationis autem calculi dispensarum quæ satis sint ad perficiendum; hæc enim structura, quin et compages speculationum sapientiæ sapienter ædificatur cum virtute speculativa et intelligentia practica. Veruntamen « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. » Cooperante enim opus est Deo. Domus quæ initio non erat, post lapsum autem instauratur, cum practica virtute consummatur, domus animæ est. Cum intelligentia porro horum erigitur et ad vivum depingitur, et cum sensu, cum labore et actione replentur animæ receptacula.

VERS. 10. *Immunditia autem viro pestilenti, inquinabitur in die mala et in die tribulationis quoadusque deficiat.*

Immunditiam quoque propheta peccatum declarat: immunditia ipsius ante pedes ejus. In actionibus enim ejus peccatum, quod indurabitur in habitum motu difficilem firmatum.

Didymi. — Talis autem deficit supplicio affectus, in die judicii. Nempe qui dum virtute polleret prius vir erat, desinit esse talis a virtute excidens eo die quo patrat mala. Quod si virtutem malitia minuit, interimit quoque malitiam virtus. Hoc autem erit in futuro sæculo, quoadusque deficiat iniquitas. Nam illud *inquinabitur* idem est quod corrumpetur seu destruetur. Destruitur autem immunditia vel a practica virtute vel ab acerbitate supplicii.

VERS. 12. *Si autem dixeris: nescio hunc; scito quoniam Dominus corda omnium noscit: et qui figuravit spiritum omnibus, ipse novit omnia, qui reddit unicuique secundum opera ejus.*

Si, inquit, dixeris: Non novi hunc, arguet te mendacii et reus eris falsitatis ac cædis. Qui enim figuravit animam, ipse novit omnia, et reddit unicuique secundum qualitatem, bonum bono et perverso prava. Quod enim non secundum quantitatem patet: « Non enim sunt condignæ passiones hujus

temporis ad futuram gloriam. » Quod si vero quis A etiam secundum quantitatem recipere voluerit, juxta capacitatem cujusque virtutis æstimet, quemadmodum etiam dona Spiritus secundum fidei mensuram dantur.

Vers. 13. *Comede mel, fili, bonus enim est favus, ut dulcescat guttur tuum. Sic senties sapientiam animo tuo : si enim inveneris, erit bonus obitus tuus, et spes te non deseret.*

Is mel comedit qui ex divinis Litteris utilitatem accipit : qui autem ex rebus ipsis e quibus sancti prophetæ et apostoli hauserunt, sermones haurit, ille comedit favum qui solius est mundi pectoris. Alio vero sensu dicendum mel esse allegoriam, favum vero litteralem considerationem, utpote quæ abditum et profundiorem sensum habeat : inest B enim favo mel : guttur vero altricem animæ facultatem, qua cibi trajiciuntur in ventrem. Itaque si hæc recte digesseris tam quæ ad intelligentiam, quam quæ ad historiam pertinent, erunt tibi gustus sapientiæ ipsamet ejus dogmata et decreta. Et erit bonus obitus tuus, ita ut dicatur : « Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus [14] : » nec futurorum bonorum spe excides.

Vers. 15. *Noli applicare impium ad pascua justorum : neque seducaris saturitate ventris.*

Justorum pascuum est locus virens et floridus, nec non juxta refectionis aquam educatio. Ne igitur, inquit, impium in ovium illius veri pastoris pascua introducas. Cum enim nullam pascendi artem aut C modum teneat, veluti sus quædam impurissima, manibus pedibusque conculcabit vineam illam quæ a patrefamilias plantata fuit. Ne igitur decipiat te, tametsi ex illa nutriri aliqualiter et saturare ventrem posse videaris, infirmatur enim circa rerum cognitionem. Potius autem ipsi congruit victus tenuior, id est prima christianæ fidei institutio quæ ad divina dogmata introducit, ut et solido exinde cibo vesci possit. Alio item sensu : Ne voluptatis causa Deum prodas : Hic enim est justi pabulum et nequaquam te derelinquet.

Vers. 19. *Ne gaudeas in malefactoribus neque æmuleris peccatores.*

Eusebii. — Quandoquidem inimici tui malis gaudent, noli similis esse illis : nam si de punitione D illorum non est gaudendum, multo minus ipsis mala patrantibus complacendum.

Vers. 20. *Non enim fient posteri maligno, fax autem impiorum exstinguetur.*

Didymi. — Homines perversi non generant virtutes neque recta dogmata, hæc enim rectæ animæ sunt pignora. Hæc autem jam dictis consentanea sunt. Nam inimici, inquit, perversi cum sint, alienis congavisi sunt lapsibus. Quod autem reprehendis, tunc zelatus fueris ? Quodquod enim quasi splendidum est ipsorum et deceptorium est dum hæc vita durat, et morte exstinguitur, quin et frequenter viventibus adhuc redargutis exstinctum est.

Gladius lingua regis et non carnea : quicunque autem traditus fuerit, contereretur.

Gladius est autem verbum Dei, et non carnea, id est sensibilis, si enim irritatus fuerit furor ejus cum nervis homines absumit et ossa hominum devorat, et comburit tanquam flamma, ita ut sint inepta esui pullis aquilarum.

Veteres enim homines qui secundum concupiscentias erroris corrupti sunt, gladius Dei consumit : ut deponentes veterem hominem, novum induant. Qui secundum Deum creatus est, qui et a dæmonibus deglutiri non poterit a Domino emundatus et ab omni vitio abstinens. Subdit enim ita ut sint inepta esui pullis aquilarum, vel etiam quia combusta et digesta; cæterum esui inepta sunt aquilis, est enim usus circumlocutione.

Qui congregavit ventos in sinu!

Eusebii. — Ac sensilium quidem ventorum vires moderatur; spirituum vero alæ sunt sublimes de Deo cogitationes in quibus inambulat in idem reperiendus. Si igitur qui egressus est de radice Jesse congregavit ventos in sinu, de quo dicitur : et requievit super eum spiritus sapientiæ et scientiæ, spiritus cognitionis et pietatis, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus timoris Dei [15]. Alius ait : Quis per veram cognitionem abscondit cognitionem falsam ?

Ne saturatus mendax fiam, et dicam : quis me videt ? aut egens furer et perjurem nomen Domini.

Saturitas enim superbiam gignit, qua quis reprehensione superior esse videatur, ut qui verbo et opere peccati sit expers. Vel ne, inquit, repletus scientia videar aliorum captum superare, vel ea quæ supra ipsos sunt proferens, mendax esse videar. Sed et furatur quis aliena theoremata ut mentem repleat esurientem. Sed hoc ante Servatoris adventum : nunc autem Paulus ait : « Qui furabatur jam non furetur [16], » magis autem operetur justitiam, ut adeptus scientiam communicet etiam necessitatem patienti. Quid enim non nostrum ut furemur? omnia enim nostra sunt, nos autem Christi, Christus vero Dei. Furatur porro scientiam non qui eam ab illo qui prius acceperat, sed a falsi nominis scientia capit. Fideles itaque qui illam ab apostolis et prophetis hauriunt, nequaquam theoremata furari dicuntur, sed potius hæredes esse paternarum possessionum.

Filius malus sublimes oculos habet, palpebris autem suis extollitur. Filius malus gladios dentes habet, et cultros molas, ut consumat et comedat humiles de terra, et pauperes eorum ex hominibus.

Filium malum ait patrem maledicere, nempe illum qui educavit ipsum in disciplina et correctione ac Domini timore, et matrem similiter vel etiam sic : Malus discipulus odit præceptorem, illius sermones nequitiæ suæ reprehensionem existimans. Virtutem autem cum doctrina contineat, sugillare quidem non audet, sed illam inculpatam agnoscens, præsidem ipsum conviciatur. Alio sensu, filius ma

[14] Psal. cxv, 15. [15] Isa. xi, 2. [16] Ephes. iv, 28.

lus gladios dentes habet; dicens: Ne accedas ad me quia mundus sum, ut absumat infirmos de terra. Tales enim infirmorum hominum carnes configentes mordent ac devorant eos. Illud autem: « exitum suum non abluit, » vel corporalem ab alvo directionis intelligit, quod cum in exortu suo non sit ablutus, justum semetipse judicet, et molas secantes, aut os ab obsceno sermone, aut cor ab immundis cogitationibus illotum habeat, vel vitæ exitum non sit meditatus: vel adhuc impurus sit, quia inquinamenta quæ ex ortu nativitatis contraxerat baptismatis aqua non abluit ut regeneraretur, sed mansit in prima generatione.

VERS. 27. *Præpara in egressu opera tua et præparare in agro, et vade post me, et ædificabis domum tuam.*

Id est, hic age quæ tibi prosint in futurum. Agrum autem in Evangeliis vocavit hunc mundum: nunc vero agrum appellat mundi contemplationem, in quem munda corda ingrediuntur. Et vade, inquit, post me: qui enim sapientiam sequitur, mediam tenens viam, non declinat ad dexteram vel ad sinistram; incedit enim per eam quæ dicit: « Ego sum via; » unde subdit: « Et ædificabis domum tuam; » id est tuum vitæ institutum, ubi mea verba in opera redegeris. Cum sapientia enim domus ædificatur, in malevolam vero animam non introibit sapientia.

CAPUT XXV.

Hæ sunt disciplinæ Salomonis indistinctæ quas descripserunt amici Ezechiæ regis Judææ.

Didymi. — In regum tabulis repertæ sunt quædam sententiæ quas appellarunt disciplinas ad Ezechiam regem, quas ejus amici descripserunt, cum distinctionis ordinem non haberent, ita ut una quidem prima et alia secunda esset ac sic deinceps. Istius modi intelligentiam hic sermo mihi insinuare videtur: ut parœmiæ quidem quæ usque ad hanc inscriptionem hoc libro in unum corpus redactæ digestæque continentur, discrete, id est per versus et ordinate, compositæ, concinnante Salomone, sic repertæ sint. At multæ adhuc aliæ sententiæ in apophtegmatum specie ab ipso deprompiæ sparsim ferebantur. Historiæ porro prodidit Regum liber, quomodo locutus sit Salomon tria millia parabolarum. Ex iis igitur quæ sparsim, confuse ac sine ordine ferebantur, has amici Ezechiæ quasi in fasciculum et concentum colligentes, et in unum ordinem ac seriem redigentes, huic libro adjunxerunt. Non ignoratis autem quam Deo amicus fuerit rex Ezechias, ac legalium præceptorum custos, et sinceri cultus divini studiosus, necnon falsi nominis deorum hostis atque inimicus. Consequenter igitur illius amici, utpote eloquentes Hebræi sapientes hasce indistinctas et confusas parœmias ordine quodam diligenter discernentes, et in unum corpus redigentes, regi quasi honorarium aliquod obtulerunt. Itaque inscriptio hæc instar columnæ alicujus res gestæ historiam lectoribus exhibet, atque hoc ipsum quoque præsens lectio ostendit. Non enim habetur quas scripserunt amici Ezechiæ, sed quas descripserunt, id est, exposuerunt et dispersas explanarunt in unum concentum contexentes.

Gloria autem regis honorat res.

Eusebii. — Diximus ut a virtutibus ac vitiis eorumdem possessores nominentur, juxta illud: « Justus Dominus et justitias dilexit [17], » id est justos. Et timor Domini odit iniquitatem et contumeliam atque superbiam, id est, iniquum et contumeliosum atque superbum. Et nunc habentem Dei gloriam vel regis gloriam utrumque vocat. Hi namque abscondunt Dei verbum in semetipsis, ut non peccent, et honorant præcepta ejus dum illa faciunt. Nisi forsitan honorantem Deum vel regem dicat abscondere verbum et præcepta honorare. Qui enim ipsum inhonorat, per legis prævaricationem inhonorat ipsum.

VERS. 11. *Gratia et amicitia liberat: quas serva tibi ne exprobrabilis fias: sed custodi vias tuas composite.*

Eusebii. — Etenim Servator ait: « Veritas liberabit vos [18]. » Et Paulus: « Christus nos redemit [19]. » Si igitur amicitia, et veritas, et Christus liberet, Christus est veritas et amicitia. Unde etiam hi qui notitiam Christi habent inter se amici sunt. Alio sensu: Homo gratiis ornatus est amicissimus quæ ipsius sensum liberare possunt: nam qui cum virtute cogitationum possidet constantiam, is omnino liber est.

VERS. 12. *In auream inaurem etiam sardium pretiosum ligatum est, sermo sapiens in aurem obedientem.*

Didymi. — Sicut malum aureum congruit sardio, ita scientia Dei, animæ puræ. Insere pretiosum sardium in auream inaurem, et Domini sapientiam in mentem expertem perturbationis: qui verbum opportunum suo tempore profert, is habet ornatum. Fortassis vero sardium significat actionem, quia lapis est, aurum vero considerationem. Et quoniam sapiens utrisque exornatur, sermo sic se habentibus immissus quasi propriis accommodatur.

VERS. 13. *Sicut exitus nivis in messe per æstum prodest sic nuntius fidelis iis qui miserunt eum: animas enim eorum qui ipso utuntur juvat.*

Ejusdem. — Vehemens enim æstus tempore messis, ante maturitatem cadere facit triticum; succedens vero nix resarcit damnum: sic nuntius fidelis prodest animabus. Fortassis quidem æstus sint tentationes et triticum in messe æstu adustum sit homo tentationibus exercitatus, nix vero pauxillula refocillatio. Vel symbolice nix est Spiritus sanctus propter splendorem ac puritatem cujus exitus sunt sermones consolatorii.

VERS. 18. *Clava et gladius et sagitta acuta: sic et*

[17] Psal. x, 8. [18] Joan. VIII, 32. [19] Galat. III, 13.

vir qui contra amicum suum dicit falsum testimonium.

Eusebii. — Ne supra id quod usus et necessitas postulat rebus corporeis utaris, ne te Deo exosum reddant, mentem tuam carnalem efficiendo : vel etiam raro attingenda sunt problemata theologiæ, ne forte dicamus aliquid quod de Deo minime dicendum sit, et tanquam impii a spiritali cognitione excidamus. Sicut autem clavus et gladius et tela lædunt, sic etiam calumnia vulnus infligit cum judices non habent discernendi facultatem.

VERS. 23. *Ventus aquilo suscitat nubes : facies autem impudens linguam irritat.*

Didymi. — Durus ventus aquilo cujus a facie suscitantur mala supra omnes inhabitantes terram, in tentationibus excitat nubes. Diabolum vocat faciem impudentem quæ irritet animam.

CAPUT XXVI.

VERS. 19. *Sic omnes qui insidiantur suis amicis, cum autem visi fuerint dicunt quia ludens feci.*

Qui enim, inquit, pravæ ipsorum consuetudinis inexpertus, si prior iis occurrerit supplantatur : nihil enim a tentatoribus aut piratis differunt amici dolosi. Alio sensu : Quemadmodum illi manifestam absurditatem declinantes excusationis verba proferunt, accusantes nimirum eos qui tentant, deinde illum qui contradicit verbo primum e medio tollunt : sic etiam simulantes quidam amicitiam, sed visis amicis insidias struentes, cum deprehensi fuerint dicunt se ludentes facere.

VERS. 22. *Sermones assentatorum molles : hi vero percutiunt in penetralia viscerum.*

Didymi. — Contumeliosi sermones concitant rixæ perturbationem; qui vero proferunt sermones deceptorios, ut heterodoxi qui persuasibilibus et dulcibus sermonibus influunt in animas simpliciorum. Observa igitur, inquit, viros dolosos, quantumvis mollibus utantur verbis, sunt enim manifeste exasperantium, et ad fundum animæ pertingunt : vox autem κερκώπων a vulpibus desumpta est quæ non aliter simpliciores aves venari et capere solent, quam caudis oculis obtensis dormitando, eaque ratione simpliciora animalia ad se alliciendo et intercipiendo.

VERS. 23. *Labia lævigata cor occultant triste.*

Eusebii. — Cor purum non occupabit tristitia, siquidem concupiscentias corruptas a se expulit : cor autem triste curant sermones consolatorii.

VERS. 24 *Labiis omnia annuit deplorans inimicus : in corde autem fabricatur dolos.*

Didymi. — Astutus nimirum assentator condolet amicis usquedum persuaserit se ipsis condolere ac pro iis laborare, in corde autem fabricatur mala, de quibus dictum : « Ore suo benedicebant et corde suo maledicebant [22]. »

VERS. 25. *Si te rogaverit inimicus magna voce, ne credideris : Septem enim sunt nequitiæ in anima ejus.*

Eusebii. — Cum enim perfectus sit in malitia, hoc agit conformatus cuilibet eorum septem spirituum, quos assumens spiritus immundus postquam exierat, reversus est unde fuerat ejectus. Satanas autem nos rogat aliquando quidem impuris cogitationibus, voluptatis mollitie alliciendo, aliquando autem tanquam victus vocem articulatam emittendo, cui resistendum, utpote bellum adversus nos gerenti.

CAPUT XXVII.

VERS. 7. *Anima quæ in saturitate est, favis illudit : animæ autem egenti etiam amara dulcia videntur.*

Sapiens omni bono animam refectam habens, indifferentium deliciarum usum nullo loco ducit, quod omnes hujus vitæ voluptates contemnat. Vel etiam sic : Qui refecti sunt iis quibus væ adjunctum est, illi apostolorum ac prophetarum, qui apes fuerunt, favis illudunt. Esurientes vero qui beati prædicantur, adjuti quoque amaris illis quibus exercitati sunt pseudo-doctorum commentis aliquam probabilitatis speciem præ se ferentibus, habent amara illa tanquam dulcia. Nempe qui divina repletus est cognitione, is humanæ sapientiæ sermones minime expetendos ducit : est anima divinis necdum initiata, ea quæ amara sunt, nempe scientias externas quasi cum vera Dei sapientia comparatas, dulces putat.

VERS. 10. *Amicum tuum vel amicum paternum ne dereliqueris : in domum autem fratris tui ne ingrediaris improspere agens.*

Cum enim etiam pater justus probe educet, similes quoque sibi habebit amicos justos, quos ne dereliqueris. Moris autem est felicem appellare illum qui fruitur iis quæ in hac vita expetuntur, infelicem vero contrarium. Qualis est invidus qui ægre fert se non habere quod vicinus. Dissuadet igitur talem se exhibere fratri : et quoniam omnis ejusdem fidei frater est, domus autem probi est virtus; ne huic, inquit, invideas, in sublimiori vitæ instituto versanti; sed ipsum imitare.

VERS. 18. *Qui plantat ficum, comedet fructus ejus; qui autem custodit suum Dominum, honorificabitur.*

Eusebii. — Cum littera non omnino sibi constet, dicendum est ficum una cum vera vite plantatam, cujus ficus vidit propheta bonos. Vel Dominus noster est ficus; nam fructus ejus lepram curat : qui autem sermonem custodit honorificabitur.

Didymi. — Fortassis vero etiam de sancto Spiritu sermo est.

VERS. 22. *Si flagellaverit imprudenter in medio consessus inhonorans, non auferes imprudentiam ejus.*

Eusebii. — Nempe non ignominiose tractando stultum, abduces ipsum a stultitia sua, sed docendo illum quantam ignominiam stultitia conciliet. Aliter : Ne in omnibus adversus stultum flagellum extendas quia impudentior fit et contentiosior.

VERS. 26. *Ut habeas oves in vestimentum, cole campum, ut sint tibi agni.*

[22] Psal. LXI, 5.

Eusebii. — Campus floridus ac variis spiritualibus scatens flosculis est Scriptura sacra, herba doctrina divina, montanum fenum morum compositio.

Alterius. — Vitalium tibi inexsistentium et minime deficientium bonorum curam gere. Montanum vero fenum est anima quæ in transmigratione fructum fert. Omni autem custodia cordis quoque campum honora. Campum porro appellat mentem: virentes autem herbas virtutes quæ in illa secundum captum exsistunt. Harum porro qui curam habet, is demetit herbam viridem, nempe Dei cognitionem. Fenum autem montanum est quædam sanctarum virtutum cognitio quæ rudiori adhuc animarum constitutioni congruit. Mos est autem sanctos montium nomine exprimere: ut cum David ait: « Levavi oculos meos in montes [21], » et iterum: « Montes exsultaverunt ut arietes [22], » utique propter Israelis salutem. Etenim si propter unum peccatorem pœnitentiam agentem gaudent angeli [23], quanto magis propter tam multos, qui relicta malitia ad virtutem transierunt. Quare vel sola sanctorum angelorum cognitio nutrit illas quæ in nobis sunt virtutes; ex quibus anima induit viscera misericordiæ, benignitatem, longanimitatem, cæterasque virtutes. Quia et David præditas ratione animas vocat campos, dicens: « Campi tui implebuntur [24], » etc.

VERS. 27. *Fili, a me habes verba fortia ad vitam tuam et ad vitam ministrorum tuorum.*

Didymi. — Habet a Deo verba fortia qui spiritum adoptionis filiorum accepit sibi ad vitam cooperantem. Alterum conducit ad vitam iis qui spiritu servitutis in timore instituuntur. Et fortassis inter verba Dei alia quidem ad filiorum, alia vero ad famulorum vitam scripta sunt.

CAPUT XXVIII.

VERS. 28. *In locis impiorum gemunt justi: in illorum autem perditione abundabunt justi.*

Eusebii. — Locus impiorum est terrestris hic mundus, in quo commorantes velut in tabernaculo justi ab iis gravati gemunt. Si autem impii impietatem deposuerint, mox fient justi. Quæ illorum perditio impietatis modo designat interitum. Sic Dominus perdidit Matthæum ut publicanum, quando illi gratiam et justitiam impertivit.

CAPUT XXIX.

VERS. 1. *Melior est vir correptionum viro duræ cervicis: repente enim ardente et non est medela.*

Non dixit cessante flamma non esse medelam sed ardente, utpote quæ ligna, ferrum, stipulam habeat, quoniam etiam post combustionem medela est. Qui autem corripit, nempe ad pœnitentiam, abstinet ab opprobriis iis qui corripiuntur inferendis, cum melior sit conviciatore, hic enim est duræ cervicis. Non autem illud *melior* comparative sed per antiphrasin dicitur. Quæcunque igitur is qui duræ cervicis est, inconsiderate profert, minime sanant. Dicit enim contumeliam faciens sed non emendare volens. Aliter vero, si correptione non curemur, repente accendemur et non repente sanabimur.

VERS. 18. *Non erit enarrator genti iniquæ; custodiens autem legem beatissimus.*

Eusebii. — Non enarrator, inquit, sed castigator, si quidem non sermo sed virga datur genti iniquæ. Si enim gens iniqua sit, inutilis est legum enarrator, a quo etiam procul abest beatitudo.

CAPUT XXX.

VERS. 15. *Sanguisugæ tres filiæ erant dilectione dilectæ, et tres ipsæ non saturaverunt eam et quartæ non sufficit dicere satis est.*

Insatiabilis spiritalium sanguinum diabolus est, qui tropice sanguisuga dictus est. Animæ autem sanguis est vitalis ejus facultas. Habet autem filias, sed non filios, nihil enim virile, sed omnem voluptatem effeminatam, et non habuit. Quin et justi cum veritatem dicant dicentes: « Rapiemur in nubibus obviam Domino in aera, » non possunt nosse vestigium aquilæ, animalis immundi ac rapacis, et in lege prohibiti, ne forte polluti, cum Domino semper esse non possint.

Origenis. — Navis fortasse hic illa intelligenda sit quæ Jesum et discipulos ejus vehens per mare non transibat; si quidem hæc navis confestim erat in terra ad quam virtute divina agebatur. Navis vero quæ Jesum non vehit, illa per mare transit, idque adversis semper ventorum flatibus turbulentum. Et quoniam vitæ hujus negotia vanitas sunt, quæ semper mare transeunt et nullum hominum ad vitam æternam adducunt, viæ illorum deprehendi non possunt. Nempe gloriosorum terræ regum vel etiam principum a vero Dei cultu alienorum vestigium nullum post mortem residuum relinquitur. Deleta est enim gloria illorum. Cæterum, inquit, non cognoscuntur quoque viæ viri in juventute concupiscentiis accensi, propter morum inconstantiam, et similiter meretricis propter impudentiam. Vel etiam significatur Ecclesia ex gentibus, quæ, postquam baptismo abluta fuit, nihil, inquit, absurdi gessit. Justus autem non est in juventute, quandoquidem « Consummatus in brevi explevit tempora multa. » Talis etiam omnis mulier adultera quæ se a sponso alienam reddidit, et anima quæ virum dereliquit et post amatores abiit.

VERS. 21-23. *Per tria concutitur terra, quartum autem ferre non potest. Si famulus regnet, et imprudens saturatus fuerit cibis. Et famula si ejecerit suam ipsius dominam: Et odibilis mulier si sortita fuerit virum bonum.*

Concussio terræ designat rerum quæ in ea geruntur mutationem, semel quidem in diluvio propter tunc regnans peccatum, quod natura sua servum est: Omnis enim qui facit peccatum, servus est peccati: si quidem peccatum regnavit in mortali hominum cor-

[21] Psal. CXX, 1. [22] Psal. CXIII, 4. [23] Luc. XV, 7. [24] Psal. LXIV, 12.

pore. Altera vero vice in Sodomitis terræ suæ fertilitatem minime ferentibus, sed hospitibus etiam vim inferentibus. Tertia denique vice in abominanda Ægypto quæ sortita fuerat virum Joseph, tritici mensuram omnibus ne fame interirent admetientem : sed non tulit felicitatem suam in filios Israel injuriosa. Famula porro quæ dominam suam ejecit, est Ecclesia ex gentibus, quæ natura sua serva cum esset et a pactis extranea atque promissis aliena, ac longe a Deo, magis ei placuit præ nobili synagoga quæ domina erat propter patres ac legislationem. Ejecit autem dominam et facta est sponsa Christi. Dixerit autem quispiam hæc juxta diversas intelligentias convenire quoque iis qui ex gentibus crediderunt, qui et insipientes erant. In gente enim, inquit, insipiente irritabo eos. Hic igitur populus quondam insipiens divinis oraculis educatus, ac sapientiæ panibus quos in lege ac prophetis paraverat, pastus ac pane vitæ refectus, cum propter peccatum, esset famulus, per cœlestis Sponsi susceptionem regnavit. Quin et anima nostra, cum sit mulier odibilis, virum nacta est bonum : vel etiam Ecclesia ex gentibus cum sit famula domus Dei, dominam suam ejecit ad quam Deus dixerat : « Audi, filia, et vide [18], » et quæ sequuntur. Judæi vero minime intelligentes ea quæ dicunt neque de quibus certiores facti sunt, tradunt quomodo nimirum Christus adveniens amator gentilis mulieris, hanc secum sumpturus sit ut regat Israel.

VERS. 24-28. *Quatuor sunt minima super terram, hæc autem sunt sapientiora sapientibus. Formicæ quibus non est fortitudo et parant æstate cibum, et chœrogrylli gens non fortis qui fecerunt in petris domos*
A *suas. Sine rege est locusta et pergit in acie ab una jussione ordinate; et calabotes manibus innitens et captu facilis habitat in munitionibus regum.*

Visus est ea quæ dicta sunt ordine recensuisse : Primum enim egit de vituperio dignis sanguisugæ filiabus et oculo patrem irridente; deinde de peccatoribus qui intelligi non possunt : tertium de perversorum mutatione; quartum de iis quæ paulo ante laudata sunt, qualia sunt sapientiora sapientibus. Deinde de iis consequenter quæ prospero itinere gradiuntur. Minima autem super terram esse arbitror illos qui ad Christum accedunt. Nam stulta mundi eligit Deus ut confundat sapientes, et quæ sequuntur: ea sunt sapientiora sapientibus. Si vero etiam supra terram hæc sunt minima, maxima
B igitur sunt in cœlo. Quamobrem Servator ait : « Qui vult magnus esse inter vos erit minor omnium. » Primum autem hortatus est segnem ut minimos in terra operarios, nempe formicas imitetur : qui igitur Servatori dicenti : « Operamini dum dies est, venit nox quando nemo potest operari ; » morem gerunt : sunt sapientibus sapientiores formicæ quæ parant æstate cibum ut pareant Domino dicenti : « Levate oculos vestros et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem, » præparant enim cibum ante futuram iræ hiemem. Chœrogrylli porro symbolum sunt eorum qui habitant in adjutorio Altissimi, et non tantum bibunt de petra quæ est Christus, verum etiam in ipso commorantur. Propter diversas autem circa hoc animal intelligentias,
C in Levitico quidem immundus censetur chœrogryllus, nunc autem laudatur. Eodem modo leo et laudatur et pro diabolo accipitur.

[18] Psal. XLIV, 11.

PROCOPII GAZÆI

CHRISTIANI SOPHISTÆ

IN ISAIAM PROPHETAM

COMMENTATIONUM VARIARUM EPITOME,

JOANNE CURTERIO INTERPRETE.

AD ILLUSTRISSIMUM VIRUM, D. J. RUPIFUCALDIUM

MAJORIS MONASTERII ABBATEM.

PARISIIS

APUD MICHAELEM SONNIUM, VIA JACOBÆA, SUB SCUTO BASILIENSI

M. D. LXXX.

ILLUSTRISSIMO VIRO D. JOANNI RUPIFUCALDIO, MAJORIS MONASTERII ABBATI.

Anno abhinc decimo tertio, quo tempore, mei juris adhuc, tibi nondum notus eram (vir illustrissime), cum in manus meas isthæc incidisset in Isaiam, prophetarum principem, commentatio, quam Latine vertere, et edere, de magnorum virorum consilio, statuissem: eam a me nulli potius, quam termaximo illi Carolo Lotharingo, principi et cardinali amplissimo, quem unum Ecclesiæ, musarumque patronum Gallia tota agnoscebat, consecrari debere credideram. Et fecissem sane biennio ante illius mortem, si mei mancipii esse, privataque studia colere, quemadmodum cœperam, perrexissem. Verum, quod senex inquit Terentianus,

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, usus semper aliquid apportet novi;
Aliquid moneat.

Contigit enim anno vix integro post adeptum Procopium, ut ad fratris tui filios erudiendos accersitus, tuusque factus, nova mihi de me necessario ineunda esse consilia viderem, qui me totum tibi tuisque tradere statuissem. Cœpi igitur ab eo tempore, qui meus esse desiissem, converso ad te, fratrisque filios animo, ita tibi, et illis, totis viribus inservire, ut, quod ipsi temporis mihi superesse patiebantur, id totum in obsequii animique mei erga te significationem conferrem. Hinc ille Eusebianæ historiæ, et aliorum, quæ ipsi annectuntur, partus a me apud eos superioribus annis editus, non alium, quam te, dominum agnovit, cum primum in lucem prodiit, tuumque se vernam exsistere bona fide professus est. Ecce vero Eusebium sequitur et verna alter etiam Procopius, eodem quidem loco a me nuper genitus, sed media ex Italia ad te dimissus, cum me parentem quidem suum, sed dominum minime agnosceret. Dicam vero, si pateris, ingenue de ipso quiddam etiam aliud, subolfecisse me (si quid parentes valent ad liberorum suorum animum explorandum) eo ad te discedere libentius, quod nullum esse in Gallia superstitem audiverit, quem ex animo diligeret magis ingens ille Carolus, felicissimæ memoriæ princeps et cardinalis Lotharingus, et a quo ipse vicissim magis, quam a te, diligeretur. Quod si eam mihi pietatem permittis, quæ patriæ suæ Heroas colere unicuique concedit, agnoscis etiam et in parente ipso idem, quod filii, ingenium: quo nomine utrumque tibi chariorem fore confido, cum eos tanti viri memoriam tecum venerari animadvertes. Accipe igitur, obsecro, Joannes illustrissime, accipe, inquam, et vernam istum alterum Procopium tuum, longo et difficili itinere ad te anhelantem, ipsumque adversus eos, quibus est obtrectare, quam meliora præstare proclivius, tandiu saltem tuere, donec, absoluta nostra peregrinatione, non solum ejus patrocinium suscipiant isti fratris tui filii omni litterarum genere instructissimi, sed multa etiam alia ex præclara illa librorum, præcipue Græcorum, supellectili, quam hic undique cumularunt, in Ecclesiæ, et litterarum, gentisque vestræ, ac nominis ornamentum depromant. Vale. Bononiæ, Id. Octobris. M. D. LXXIX.

JOAN. CURTERIUS.

PRÆFATIO

AD CLARISSIMUM JUVENEM FRANCISCUM RUPIFUCALDIUM,

RANDANUM, TRENORCHII ABBATEM.

Monet Græcus antiquitatum Romanarum scriptor egregius, Francisce clarissime, eos, qui ingenii sui monimenta, quæ cum corporibus interitura non sint, posteris velint relinquere; primum id curare debere, ut honestum et magnificum scribendi argumentum deligant, quodque lectoribus utilitatem afferat: deinde ut nullam non diligentiam et curam in comparandis rebus adhibeant, quæ ad suscepti operis confectionem conferant. Non enim sibi cæterisque bene consulere, qui in turpi aut humili versantur argumento; et qui magna scribere aggressi, non satis ad ea instructi accedunt: cum illi quidem perpetuam famæ, nominisque jacturam faciant: isti autem laborum gloriam nullam consequantur. Quamvis autem divinarum rerum præstantia, et dignitas, eum in argumenti delectu de priorum jactura securum esse jubeat, qui illis operam navare studeat; nec quemquam deceat, qui serio Christianus esse velit, eam, quam ille intelligit gloriam venari: non possum tamen non ingenue confiteri, adeo mihi istam profani hominis placuisse sententiam; ut eam semper, tanquam scribendi principium, et fontem, in animo volverem; quantumque Christiani hominis est, mihi proponerem; non de laude quidem paranda, sed de culpa solum vitanda, fugiendoque otio, in hoc vitæ professionisque meæ genere, sollicitus. Cum igitur annis abhinc fere tredecim, uno tantum scilicet, antequam ad tua fratrumque regenda studia accederem, vergente jam mihi ad theologiam animo, commentarios istos nactus essem; lectisque pagellis aliquot, non contemnendos esse arbitratus, cœpissem egomet de illis Latine vertendis cogitare : non prius ea de re quidquam statuendum esse duxi, quam illos, et meipsum ad superiorem Halicarnassei normam revocassem. Etsi enim me de illorum bonitate vix paterentur ambigere, quæ ejusdem auctoris in octo priores Bibliorum libros antea prodierant, ipsaque adeo veneranda scriptorum veterum, præsertim ecclesiasticorum, antiquitas, quos renovare potius et illustrare, quam nova cudere semper visum est satius; ipsum denique explicati libri argumentum : summorum tamen ætatis nostræ Theologorum, et aliorum etiam, judicium esse adhibendum putavi. In his primi fuerunt magna illa duo Ecclesiæ gallicæ lumina, Claudius Sanctæus, et felicissimæ memoriæ Simon Vigor; ambo postea ad episcopatum evecti; quorum ego indicio cum tuis innotuissem, sum et ipse paulo post ad tui fratrumque educationem per virtutum omnium laude sine controversia cumulatissimam matrem tuam accersitus. Accesserunt et Gilb. Genebrardus idem regius Hebræarum litterarum professor, Græcæque linguæ callentissimus; et Natalis Rondæus, earumdem peritissimus, et probissimus, cujus ego præsertim industria familiarius usus sum; et F. Franciscus Feu-ardentius; nonnullique alii, non illi quidem Theologicæ professionis titulo celebres, sed ejus Græcarumque et Latinarum litterarum cognitione, et professione, sane illustres : quibuscum non Græcum modo exemplar, sed versionis etiam meæ inchoatam, et adumbratam quamdam particulam inspiciendam, examinandamque dedissem : non solum illi Procopium, propter antiquitatem, et eruditionem, maximam esse Ecclesiæ utilitatem allaturum responderunt, sed ad ejus maturandam editionem me quoque hortati sunt. Ab eo tempore cœpi egomet omnia meditari, et facere, quæ ad eam videbantur conducere. Et prodiisset sane celerius, nisi in jaciendis in te fratribusque tuis linguarum fundamentis occupatus, eo usque ab illo abstinuissem, donec, fratribus duobus in Italiam profectis, tu philosophiam ingressus cœpisses natare (quod aiunt) sine cortice, mihique ad privata ista studia aliquid otii majoris relinquere. Hujus vero auctoris cum unicum ego exemplar tantum multisque in locis mutilum, et depravatum, haberem; primus labor in eo restituendo, corrigendoque, ponendus videbatur. Qua in re tamen quamvis plurimum a me, partim litteris ad amicos, nonnullosque alios, a quibus juvari me posse sperabam; partim etiam precibus apud eos, quibuscum versabar, sudatum sit; tantum tamen efficere non potui, ut ejus vulneribus aliter, quam de ingenioli mei viribus, et conjecturis, mederer. Commodissime tamen accidit, ut, posteaquam institutum meum Renato Marchalo, alias Boismoræo, viro ut nobili, ita omni disciplinarum, linguarumque genere instructissimo, tuique, et fratrum amantissimo; vestræ præterea in studiis litterarum industriæ, et opellæ meæ testi oculatissimo, aperuissem : e bibliotheca sua locupletissima, miræ mihi antiquitatis exemplar prophetarum omnium deprompserit; ex quo non solum Isaiæ verba Græca, quæ in Procopii explanationibus desiderabantur, cum prophetarum omnium vitis, eidem adjungerem : sed nonnulla etiam ex annotationibus, quas ad marginem ab iisdem fontibus habebat, e quibus noster hauserat Procopius, corrigerem. Quibus rebus quoniam effectum est, ut duplex esset quodam pacto hujus operis editio; Procopii scilicet, et Isaiæ : est omnino sane necessarium de utroque tecum in primis (cujus ego utilitate nihil habeo antiquius); postea vero cum cæteris lectoribus mihi nonnulla præfari.

Dicam igitur primum de Procopio; unde ad me pervenerit ejus exemplar: a quibus quæ scripsit, hauserit: quid de ejus explicandi scribendique ratione sentiendum: idemne sit, qui in octo priores Bibliorum libros scripserit: quibus deinde temporibus, et quid scripserit: postremo quæ mea sit ejus interpretandi; quæ notarum ad ejus Græcæ litteræ marginem; quæ correctionum ratio. Dicam deinde et de sacrorum Bibliorum interpretationibus antiquis omnibus: de Hexaplis Origenis: de notis ejusdem: de illis quæ sunt in nostra Isaiæ Græca editione: deque veteris exemplaris, unde sumptus est, fide: de vitis denique prophetarum ab Eusebio Pamphili descriptis (1). Atque ut a primo jam ordiar; fateor ingenue, et candide Procopii exemplar ante annos quatuordecim tantum Venetiis, mandato Joannis Pici, classium inquisitoriarum in senatu Parisiensi præsidis; opera vero, et impensis Bernardi Turrissani Veneti, librariam tum Lutetiæ facientis; ab eo, quod in sancti Marci bibliotheca asservatur, ea spe exscriptum fuisse, ut a pio et docto præside Latine redditum, in lucem postea (sicut et Theodoreti quæstiones, multaque alia) ederetur. Sed cum eo morte intercepto, priusquam Lutetiam Procopius appulisset, ad hæredes ejus se frustra sæpe, ut factas eo nomine impensas ab illis recuperaret, Turrissanus contulisset: eaque de re me audiente, conquestus esset: mihi statim (qui magnas eorum opes esse non ignorabam) præclara illa Theocriti, tibi non ignota, in mentem redierunt;

Δαιμόνιοι. Τί δὲ κέρδος ὁ μυρίος ἔνδοθι χρυσός;
Οὐχ ὧδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις.

et male me rursum de litteris meriturum arbitratus sum, si ἕρμαιον istud mihi non sine numine oblatum ipse negligerem. Sanctas igitur musas istas apertis portis, ut est apud eumdem poetam, domo mea excepi libentissime; et comparato Procopio, quantum mihi otii tua fratrumque studia superesse permittebant, tantum certe in illius editione maturanda contuli. Neque enim dubitabam, cum fontes ipsos, e quibus ista hausisset, agnoscerem, Ecclesiæ ipsum fore utilem. Quis enim vel Origenis Tomos, vel Eusebii Cæsariensis, vel Chrysostomi, vel Basilii etiam integras in principem prophetam lucubrationes, de quibus vel pauca tantum, vel nulla omnino jam supersunt, avidissime ac utilissime si haberet, non legeret? At habes istorum omnium (quamvis nullum omnino toto libro nominet) in uno Procopio epitomen fide et industria collectam, et elaboratam; ut in quibus omnes conveniant, ea semel tantum dicat: in quibus autem dissentiant, singillatim et breviter; cupiens nimirum explicationes omnes in perfecti corporis formam contrahere; ex quo, ceu fonte unico, liceat omnibus, quid omnes sentiant, haurire: nonnullis etiam de suo, perspicuitatis gratia, (ut præfatione in Genesim declarat) adhibitis. Habes vero et veterum interpretationum, cum ea, qua utitur, collationes multas nequaquam aspernandas; quæ non solum auctoris antiquitatem indicent, cum jamdiu puræ desiderentur, ut postea probabimus; sed utilitatem etiam et fidem commendent; cum singulas eo ipso legisse videatur, quod ex illis sensus idoneos elicere conetur. Sed venatur etiam, dicet aliquis, allegorias, et sensus eos, qui videntur a prophetæ verbis vel remoti, vel ita sæpe frigidi, ut cum in aliam linguam transtuleris, nihil certe, vel parum omnino, dixeris. Verum, si est hoc nomine rejiciendus Procopius (neque enim id ei aliquando contingere negare possumus), rejiciendi et ipsi certe sunt Græci patres, non solum a quibus ista deprompsit, sed et reliqui fere omnes, cum hanc eos explicationis viam, in Vetus Testamentum præcipue, secutos esse manifestum sit. Nunquid porro unius tantum Scripturæ sensus est? Nonne potest etiam ad varios, et mysticos intellectus, magno legentium fructu, revocari? Imo non parum a Judæis abesse mihi videntur, qui litteram mordicus tuentur. Quod si usquam est ab ea, ad sensus reconditos, divertendum; neminem tam iniquum fore arbitror, qui id, in prophetis præcipue, non permittat. Adde etiam, quod non Græci patris culpa accidit, si quid Græce dixit eleganter, quod tam commode verti Latine non possit; sed sermonis nostri penuria. Æquumque præterea fuisset, Græcos patres alienis potius, quam suis inservire? Nunquid denique justum cœnam opiparam a paucioribus convivis ideo condemnari, quod inter multas et optimas undique conquisitas dapes, nonnullas etiam vel minus bonas habeat; vel a quibus istorum stomachus abhorreat? Itaque vel hoc saltem nomine non culpa tantum vacabit noster Procopius, sed laudem etiam merebitur, magnoque in pretio fuerit, quod priorum patrum scripta (quæ fortasse fuerant in hoc genere prolixiora) in epitomen contrahens, ut minore cum fastidio legerentur, effecerit: non aliter quam qui monstrato ad urbem aliquam viæ compendio, longioris molestiam nobis abstulerit. Exsistunt deinde et alia tam multa adversus omnium temporum hæreses, hæreticorumque mores, de veteris Ecclesiæ ritibus; de magnis, et abstrusis in theologia quæstionibus, ita breviter et acute dicta: ut parum ille sapiat, qui eum non appetat; vel arrogans sit contemptor antiquitatis, qui fastidiat. Est vero stylus ipse, meo quidem judicio, ita purus, ut Sophistam agnoscas; itaque elegans, ut commentatorem deceat: non tamen ubique sui similis; sed eos, si diligenter advertas, referens, a quibus ea deprompsit, quæ collegit. Nec dubium est præterea, quin attentum lectorem desideret; cum argumenti difficultate, et ipso etiam brevitatis studio, multis in locis obscurior evaserit. Accedunt præterea et crebræ transitiones, non solum a personis ad personas, sed a numeris etiam ad numeros; ad prophetarum, credo, imitationem, quibus est hoc familiare, de industria factas: quas omnino evitare certe nec potuimus, nec fortasse debuimus. Jam vero, ut quo tempore vixerit inveniamus; statuendum primum

(1) Hæc *De vitis prophetarum fragmenta* prætermisimus, quia exstant inter Opera Eusebii ed. nov. t. IV, hujus *Patrologiæ* t. XXII, col. 1261. Edit.

est, aliusne hic ab illo exsistat, qui ea in octo priores Bibliorum libros, quæ publice leguntur, edidit. Hoc enim semel excusso, non difficile fuerit, quo sæculo vixerit, demonstrare. At eumdem esse profecto judicant ipsa partim utriusque Græci libri (habes enim et Græcum in Genesim exemplar manu scriptum, ex cujus inspectione ita se habere cognoscitur, in præclara illa librorum supellectili, quam hic comparasti) inscriptio; in qua idem reperitur auctoris et Sophistæ nomen, eademque Christianæ religionis professio; in Latino autem edito urbs ipsa, unde est: partim ipsa etiam in utroque eadem plane commentandi ratio; quam cum sibi præfatione in Genesim proposuisset; in Isaiam etiam sequendam arbitratus est. Sed omnium maxime fidem facit, et eumdem esse procul dubio confirmat; quod hic, eorum, quæ in Mosis carmen dixerat meminit: quæ ibidem etiam reperiuntur. Quod si ejusdem auctoris utraque constat exsistere, non est jam difficile de ejus sæculo certam et indubitatam conjecturam afferre. Nam cum scribat in Genesim suo sæculo universa idola excisa fuisse, non est dubium quin, si quo id contigit, demonstrarim, quo vixerit etiam docuerim. Quod si dicat aliquis Constantini edicto dejecta fuisse et disturbata non solum idola, sed idolorum etiam templa: non tamen efficiet ut ea ætate vixerit Procopius, cum ne ipsi quidem (Chrysostomum dico, Basilium, et Cyrillum) unde multa ille deprompsit, scripsissent adhuc. Invenienda igitur alia etiam eorum dejectio nobis est. Nec potest sane alia reperiri, quam quæ per Theodosium facta est; qui quod opus alicubi a Constantino incœptum magis et inchoatum, quam perfectum fuerat, per orbem universum absolvi curavit. Constat enim ex Nicephoro(1*), Gazam ipsam, unde Gazæus noster Procopius appellatur, vicinarumque regionum civitates ad Theodosii usque tempora (cum ad illa usque loca Constantini edictum vires suas nondum exseruisset) idolorum cultum pertinaciter retinuisse; qui postea, jubente Theodosio, cum idolis et templis omnino ubique sublatus est. Cujus ego sententiæ, præter ecclesiasticas omnes historias, cum auctorem Eunapium, Christianorum hostem acerrimum, habeam, qui in Ædesio utriusque idolorum dejectionis meminit; non video jam, cui dubium esse possit, quin Theodosii primi sæculum attigerit Procopius; imo et prius etiam aliquanto cœperit; cum hic se multos alacriter martyria subeuntes vidisse testetur; quæ in Juliano cessasse reperiuntur: a cujus imperio, ad idolorum alteram usque dejectionem, hujus auctoris sæculum produci queat. Sed dicet aliquis forsan, Hesychium, quem Procopio juniorem esse non dubito, in Catalogo τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, illius mentionem nullam fecisse. Quasi vero ab hoste Christiani nominis id esset exspectandum. Hoc enim argumento, dicit Suidas, idolorum superstitionem secutum esse probatur; quod virorum ecclesiasticorum non meminit. Quod si quibusdam minus ista mea placet conjectura; dabunt illi forsan eo mihi veniam facilius, quod nihil omnino Procopium de se suaque ætate, præter ea, quæ dixi, locutum fuisse constet; nec me hic scriptoris ullius, imo nec doctorum hujus etiam temporis virorum sententiis potuisse adjuvari: sed mirum me apud omnes silentium reperisse. Præter id autem, quod in octo priores Bibliorum libros latine dudum editum est; istaque etiam, quæ Græce et Latine nunc primum prodeunt; scripsit et in Proverbia, et in Cantica canticorum; quæ tibi cum nuper Venetiis ostensa sunt, nudas patrum sententias colligere tantum; ut primum fecerat in Genesim; non autem in perfecti corporis formam contrahere, ut in eandem postea, ipsumque Isaiam, ex aliquot paginarum lectione deprehendi. Dicam etiam in Gallia, in Reginæ matris bibliotheca, reperiri προγυμνάσματα rhetorices hujus nomine inscripta. Testes sunt fidelissimi, doctissimus simul et probissimus Jacobus Billius, et hujus ætatis jurisconsultorum jurisconsultissimus Cujacius; quibuscum, superioribus annis, cum essem in illam admissus, in eaque incidissem, de hoc annotando sum a Cujacio admonitus. Et sane hujus esse Procopii eo facilius crediderim, quod quæcunque illius nomine edita sunt, eum sophistam constanter appellent. De mea vero ejus interpretatione, atque editione, si quid expectas, dicam primum ea me ex professo vocabula, quæ essent Ecclesiæ et patribus usitata; ipsamque adeo vulgatam Bibliorum editionem; quantum meus auctor ferre potuit, retinuisse: studuisse deinde, (non verba verbis reddendo tamen, nisi cum Latini sermonis ratio postulabat) ut Græcæ orationis brevitatem imitarer; ne paraphrasim potius, quam versionem, dedisse viderer. Deinde etiam, ut, quoniam Græca simul et Latina edere statueram, utraque inter se, quam maxime possem, similia facerem. Quod ego si non sum assecutus, effeci tamen οὐκ ἀμογητὶ μὲν, καὶ δὴ καὶ ἀδαπανητί, quod pro ingenii, otiique mei ratione potui; et illud etiam, ut hic auctor, cum Origenianis veterum interpretationum differentiis, et notis ad Isaiæ litteram additis, publice nunquam antea, nec Græce, nec Latine lectus, aut editus, inter tot Græcorum Patrum commentationes in Vetus Testamentum, in lucem prodiret: cujus eo forsan major utilitas et delectatio futura est: quod principatum Isaias, inter prophetas omnes, facile obtineat; tamque aperte de Christi regno disserat, ut Hieronymo evangelista magis quam propheta videatur. Nec male sane, meo judicio, fecerit; qui eum etiam Veteris Testamenti Paulum alterum nominarit; cum in utroque eadem fore sit dicendi libertas et facultas.

Ego vero dignum credidi, qui Græcæ editionis, Græcum etiam haberet enarratorem; eum præcipue, qui omnium instar, quotquot in eumdem ante se scripserunt, de quibus jam vel pauca, vel nulla omnino supersunt, esse posset. Erit igitur noster hic in Isaiam Procopius, quod in Paulum vel Chrysostomus, vel Œcumenius; ambo dudum Græce Veronæ editi. Usus sum porro exemplari unico, eoque multis in locis mutilo, et corrupto; quod quidem non fuit semper deprehendere facile: supplere au-

(1*) Lib. XII, capp. 25-27.

tem omnino, et restituere impossibile. In brevioribus lacunis, nonnullisque locis aliis implendis, et emendandis, conatus sum ipse aliquid efficere : quod ad marginem tantum (2) sine ullis rationibus (ne libri magnitudinem augerent) annotavi, nihil immutare ausus; ut conjecturas meas doctis et probis examinandas judicandasque relinquerem. Tantum ipsa Isaiæ verba, quæ explicanda sumpsisset Procopius, Græce, Latineque, alio charactere excudenda curavi : ut ita distincta suam non solum majestatem retinerent, sed oculis etiam utraque statim subjecta, sensum ipsum facilius et promptius indicarent. Sed non possum non dolere, meam istius instituti rationem, totamque adeo editionem, tam multis operarum erratis (in versione præsertim) esse labefactatam, ut in repurgando isto Augiæ stabulo novo Hercule mihi opus sit. Accedit etiam, ut ingenue fatear, quod nonnulla relegenti mihi occurrerunt, quæ si typis præesse licuisset, procul dubio immutassem. Utrique malo, quantum ita longe abseus potui, sine autographo meo tamen, mederi studui, notatis gravioribus, et ad libri calcem adjectis : partim quidem, ut legentibus ipse succurrerem; partim etiam, ut culpæ istius veniam deprecarer. Quod si plura etiam notari debuisse quis existimet, cum locis infinitis perturbata sit distinctionum, punctorum accentuumque et litterarum ratio : respondeo, id primum tam leve esse, ut quamvis lectori molestum sit, morari tamen eum non possit. Deinde, quia vix unquam accidit, ut eodem loco Græca simul et Latina corrupta sint; eorum illa inter se collatione, brevi et facili negotio posse deprehendi, et corrigi. Sed jam tempus est, ut ad alteram hujusce præfationis partem accedamus : quam placet a Bibliorum Græcis interpretationibus exordiri, et dicere, tam multa apud veteres Græcos poetas, et philosophos reperiri, quæ procul dubio de Mosaicis libris, ipsoque adeo Salomone, hausta sunt; ut dubitari omnino non possit, non de illis eos audisse tantum, sed Hebræorum scripta longe ante Ptolomæorum, Alexandrique, et Persarum tempora, sua lingua habuisse. Neque certe de hoc amplius dubitabit, qui Clementem (3), qui Eusebium (4), ejus assertores noverit. Quo primum posito, sequitur ut de interpretibus lxx disseramus : quos etsi lxxij exstitisse certum sit, illo tamen numero frequentius, quam isto, significatos esse reperimus. Constat igitur inter omnes, quotquot ea de re scripserunt, Ptolomæum Philadelphum, Ægypti regem, Demetrii Phalaræi hortatu, missa ad Eleazarum Judæorum pontificem legatione, ab eodem non sacrorum tantum Librorum exscriptionem, sed eorum Græcam etiam interpretationem, quæ Alexandriæ per duos et septuaginta viros Hebraice Græceque peritissimos, æquo de singulis duodecim tribubus numero, facta est, impetrasse. Sed quomodo id gestum sit; quorumque librorum facta interpretatio, tantum abest, ut inter eos conveniat, ut nonnulli etiam secum de altero si non dissentire, ambigua saltem dicere videantur. Neque enim putat verum esse Hieronymus (5) quod de cellulis in Pharo Ptolomæi jussu constructis, tradiderunt Justinus (6) martyr, et Epiphanius (7), aliique nonnulli. In eo præterea Justinus et Epiphanius inter se dissentiunt, quod ille singulis interpretibus singulas tribuit cellulas; binis autem iste unicam tantum. Et sane in Hieronymi sententiam descenderim facile, qui se Aristææ historia, quam de hoc ad Eleazarum pro Philadelpho legatione functus scripsit (in qua de cellulis nulla mentio habetur, sicut neque apud Josephum), ita tuetur; ut fabulam non dubitet appellare. Putant deinde nonnulli quod Justinus martyr demonstratis sibi ædicularum reliquiis scribit, famam quidem eam apud Alexandrinos fuisse; sed a Judæorum commentis, in quibus miri sunt, ortum habuisse; eoque tandem facilius nostrorum animis insedisse, quod ad Scripturarum sanctarum auctoritatem commendationemque facere videretur. Quacunque tamen id factum sit ratione, in hoc omnes conveniunt, quod istorum interpretationem ita probent et admirentur, ut Ἑλληνικὴν προφητείαν appellare nostri non dubitent : externi vero (Tertulliano (8) istud de Menedemo philosopho referente), senes eos, a quibus confecta est, de sententiæ communione suspiciant. Sed quosnam libros interpretati sint, non minus et illi etiam dissentiunt. Non enim jam obscure hic Josephus, et Aristæus, totaque Judæorum schola, legem tantum (id est, solos Mosis libros) convertisse affirmant : eamque opinionem quamvis amplecti videatur Hieronymus; incertam tamen et dubiam relinquit. Mihi certe magis placet eorum sententia, qui libros omnes Hebræorum translatos esse existimant : quorum in primis fuerint Irenæus, et Justinus qui disputatione cum Tryphone, virorum lxx interpretatione Isaiæ adversus eum utitur; quod multos etiam alios, in aliis Bibliorum libris fecisse manifestum est. Sequetur et Clemens (9) ille Στρωματεὺς, qui cum τάς τε τοῦ νόμου Γραφὰς, καὶ τὰς προφητικὰς esse interpretatos dicit, omnes aperte significat.

Accedet et Eusebius (10), qui, ex Aristobuli sententia, totam Scripturam Philadelphi jussu, ante eum autem, imo et ante Alexandrum, Persarumque imperium, quinque libros Mosis in Græcam linguam conversos fuisse scribit. Et ipse denique Epiphanius (11), qui translationis hujus historiam perstringens, Hebræorum libros omnes nominatim recenset. Non est præterea credibile legem tantum ab Eleazaro petivisse Ptolomæum, neglectis historicis, propheticisque scriptis, quæ res maxime admirabiles complectuntur; de quibus fama tantum rex ipse audiverat, nihil legerat. Neque facile mihi persuaserim, Demetrium,

(2) Ex eis quædam uncis inclusa in textu inseruimus. EDIT.

(3) Clem. Alex. strom. 1.

(4) Euseb. Præpar. 9, c. 3.

(5) Hieronym. in proœmio trad. hebr. in Genes., in Ezech. c. 5, in Mich.

(6) Just. orat. ad Gentes.

(7) Epiph. de pond. et mens.

(8) Tert. advers. Gentes.

(9) Strom. 1.

(10) 13 præp. c. 7 et 9 cap 3.

(11) Lib. de pond. et mens.

qui omni genere librorum Regis bibliothecam instruebat, Mosis libris, qui in Græcia jam, et Alexandriæ forsan habebantur, contentum fuisse. Præterea fieri omnino non posset, ut in patrum Græcorum scriptis tam sæpe citarentur de quibus agitur interpretes, in cæteris præter Pentateuchum libris; nisi et ipsos iidem essent interpretati. Adjicio denique Renati Marchali venerandæ antiquitatis, eorum omnium sententia, qui illud viderunt, probatum et commendatum exemplar; in quo prophetæ omnes, cum viris Septuaginta, reliquisque interpretibus collati, adjectis ad marginem interpretationum differentiis continentur. Quod si quis objiciat me hic Aristæi Josephique sententiam rejicere, quos superius in disputatione de cellulis amplexus sum: possum fortassis et ipsos etiam n odica interpretatione ad opinionis meæ confirmationem adducere; si dicam, ita legis nomine, propter Mosis celebritatem, sacros omnes Judæorum libros hic posse intelligi; ut in lege etiam Judæorum apud Joannem scriptum id esse dicitur, quod in Davidis versibus reperitur. Atque hæc quidem de LXX interpretibus: quos secutus Aquila quidam Sinopita Ponticus, Christumque professus, cum postea ad Judæos defecisset, ipsaque vix Hebræorum elementa didicisset, in Christianorum odium novam et ipse, Adriano imperante, sacrorum Bibliorum interpretationem molitus est. Cujus etiam studium non ita diu post imitatus est et Symmachus, genere quidem Samaritanus, sed Ebionitarum sectæ addictus; ut LXX virorum interpretationi, qua tunc usos fuisse Samaritanos arbitrantur, quantum posset, detraheret. Idem rursum tentavit et Theodotio ponticus, provecta jam ætate, postquam Marcionis hæresi diu inquinatus, ab ea se ad Judaismum recepisset. Etsi enim parum esset in Hebræorum litteris versatus; tamen, ut Marcionitarum libros falsi argueret, ea omnia, quæ pro illis fecerant, apud interpretes LXX ita immutavit, ut novam dedisse interpretationem videatur. Non ita diu postea, sub Caracalla, inventæ sunt et tot aliæ, non auctorum quidem suorum nominibus significatæ; sed ita numero ipso distinctæ, ut præter eam, quæ in Græcia, ante Alexandri tempora, fuisse dicitur, septenarium omnes complere numerum reperiantur. De quibus quia singillatim nonnulla diximus; superest jam, ut pauca de iisdem colligamus, et dicamus uno verbo; ex tam multis interpretationum generibus natam videri sacrorum codicum corruptelam illam, quæ progressu temporis ad Luciani usque martyris, Hesychiique, et Origenis tempora duravit; cum illa ætate, sicut et ista, quidvis sibi Græcæ superstitionis assertores, Judæique et hæretici, assidua aliorum in alia commutatione, permisissent: permulta etiam tempus ipsum depravasset, siculi apud Suidam (12) legimus. Cui morbo mederi cum eadem fere ætate, diversis tamen in locis, studerent superius a me tres nominati; id eo certe melius et facilius efficere potuerunt, quod essent omnes Hebræorum litteris instructi. Neque tamen idem fuisse videtur illorum institutum; eademque corrigendi ratio. Id enim tantum Lucianus et Hesychius conati videntur, ut collatam cum Hebræo LXX virorum editionem iis tantum repurgarent, quæ in eam profanorum hominum hæreticorumque, et aliorum etiam, temeritate, vetustate denique, et librariorum ignavia, irrepserant. At Origenes excogitatis tum primum Tetraplis, Hexaplis, Heptaplis, et Octaplis, ita inter se interpretationes omnes composuerat, ut per quatuor, per sex, per septem, perque octo spatia, veluti columnas, distinctæ in unum ita aspectum caderent, ut Hebræis primas et secundas; (expresserat enim et Hebræa suis Græcisque characteribus) interpretibus LXX, tertias; reliquis autem eumdem, quo eas recensuimus, ordinem concederet. Quod certe non nisi magno labore, magnisque sumptibus effici poterat. Id autem eo fine procurarat, ut Hebræorum fontibus indicatis, quid ab illis differrent interpretes LXX; quid istos rursum cæteri juvarent, omnes facilius invenirent. Sed cum non possent libri isti, partim quidem describendi difficultate, partim mole sua, et magnitudine, partim etiam impensarum gravitate, nisi a paucissimis haberi: aliam et ipse virorum Septuaginta editionem meditatus erat; quæ sola, notis quibusdam adhibitis, quid esset in Hebræo, quid non; quid eidem ex reliquis interpretationibus additum, quid detractum, demonstraret. Neque vero est, quod tantorum virorum opera, incorrupta diu mansisse sacra volumina; aut ubique etiam receptas illorum fuisse editiones existimes. Nam præterquam quod (auctore Hieronymo) Ægyptus et Alexandria, Hesychii; quæ autem inter utramque erant Ecclesiæ Origenis isto codice utebantur; Luciani vero, quæ ab Antiochia fortasse, ubi operam istam navasse putatur, ad Constantinopolim usque fuerant: ex tribus illis rursum codicibus tanta mihi postea interpretationis virorum Septuaginta nata videtur corruptio, et diversitas; cum statim non solum ab ineptis librariis aut non fideliter additæ sunt Origenis notæ, aut etiam neglectæ: sed ab aliis etiam interpretationes ipsæ aliæ in alias, damnosius quam antea, ita commutatæ et confusæ: ut inde mihi scripsisse videatur Hieronymus, sua jam memoria, in omnibus Ecclesiarum bibliothecis vix unum atque alterum inveniri potuisse exemplar, in quo mera esset Septuaginta virorum interpretatio, totque Scripturarum fuisse exemplaria, quod essent codices.

Quibus rationibus mihi ipse persuadeo;

εἰ μὴ τὴν γνώμην ἐξαπατῶσι θεοί

(ut inquit Theognis) præstantissimam illam LXX virorum Ἑλληνικὴν προφητείαν nusquam jam exstare veram et integram: sed omnes Græcas editiones, sive quæ typis jam mandatæ sunt; sive quæ in bibliothecis adhuc latent, mistas esse; forsan alias aliis minus. Quod si quæ in Vaticana Romæ est, ut audio, Septuaginta virorum est; quod non facile crediderim: non potuit certe nisi magna sacrorum

(12) In vocab. Λουκιανός.

studiorum injuria tandiu occultari. Ad singularum vero interpretationum agnitionem, si quando aliquæ reperiantur (quod non possum sperare tamen) cum multum conferant Origenis notæ: de illis etiam omnino necesse est me hic aliquid perstringere; et eo etiam libentius, quod ad illarum explicationem, quibus utitur vetus Isaiæ Renati Marchali exemplar, quod hic expressimus, maxime conferant. Docet igitur Epiphanius, nonnullique alii, Origenianæ editionis notas fuisse quatuor, obelum, asteriscum, limniscum, et hypolimniscum. Primum quidem veru esse, sive lineam, supra dictionis initium, vel orationis, ab interpretibus Septuaginta, præter Hebræi codicis auctoritatem, adjectæ, quæ juguladda esset. Alterum autem, id est asteriscum ⋇, radiantis stellæ formam, ubi aliquid ex Hebræis haustum fontibus addidisset, quod esset a viris Septuaginta prætermissum. Limniscum [÷] deinde, virgulam obelisco quidem similem, sed quæ inter duo puncta jaceret: quo diversorum interpretum varietas in verbis, sed sensus idem, significaretur. Hypolimniscum [⋊] vero, lineam cum subjecto puncto; ut ea, quibus incumbit, diversis verbis et sententiis a pluribus explicari demonstraret. Quod si jam quæras quo pacto Origenianæ istæ notæ cum illis conveniant, quibus in nostra Isaiæ editione usi sumus, possum ego in formis ipsis, et numero, aliquam esse discrepantiam respondere; in re autem, quam significare debent, vel nullam, vel minimam. Primum enim hic obelum omnino non agnosco: neque etiam, judicio meo, necessarius fuit; cum procul dubio non sit hæc Septuaginta virorum interpretatio; sed mista quædam alia, et iis etiam aucta de fontibus Hebraicis, quæ certo consilio fuerant a LXX viris prætermissa, et ab Origene obelo notata. Video præterea et alia hic limniscum, et hypolimniscum forma depingi, quam sint ab Origene (si Epiphanio credimus) delineati. Sed id ex professo magis, quam errore factum esse arbitror, cum sint ubique toto isto libro sui similes. Cum enim in forma qui descripsit, parum esse videret, aut nihil omnino periculi; elegantior sibi fore visus est, si hic utriusque extrema leviter in utramque partem flecteret. Sed sane reprehensione non caret, quod hypolimnisco punctum suum non subjecit, quanquam id forsan eo fecit, quod obelum rejiceret; qui solus pro hypolimnisco cum errore sumi poterat: cujus hic jam periculum sublatum erat. In rebus autem, quas significant; si quid ego sum post longam meditationem assecutus, possum et hoc asserere ubicunque asteriscum [⋇] reperias, aliquid vel ex Hebræo, vel ex aliorum interpretationibus esse adjectum, significari: ubi autem limniscum [÷], notari varias aliorum interpretationes verbis quidem ipsis discrepantes, sed reipsa similes: ubi denique hypolimniscum [⋊], et verbis et sensu inter se differentes. Atque hæ quidem sunt Origenianæ notæ, earumque cum nostris, id est codicis nostri collatio, et significatio.

Sequuntur jam aliæ hujusce nostri exemplaris propriæ. Ubicunque enim ad dextrum marginem ol O' reperies, nihil aliud certe, quam LXX interpretes significare velle putandum est: ubi Σ', Symmachum, ubi Θ, Theodotionem: ubi A, Aquilam: ubi denique ol Γ', tres nomine carentes interpretationes: quarum omnium mira est, cum iis, quæ a Procopio inter explicandum sæpe afferuntur, et cum Hieronymo etiam, consensio. Sunt porro et aliæ duæ, Π' scilicet et ⳩, quæ paucis in locis adhibentur, et iis arbitror Pamphilium, Origenemque significari; quorum labore et industria fuit emendatus codex, a quo ille desumptus est, unde Græca ista Isaiæ verba, variarumque interpretationum notas hausimus. Cujus rei fides ut penes eos esset etiam, qui venerandum adeo exemplar non sunt intuiti: ejus etiam, a quo desumptum esset, testimonium exstare voluimus, quod in eo ante Isaiam, et Ezechielem legimus. Reperies et hic etiam Origenis tomos, quotquot erant adhuc Eusebii ætate superstites (13), ad marginem notatos; ne frustra inter varias interpretum notas adjectos putes. De Π Ι Π Ι autem, quod ad sinistrum marginem toties expressimus, quoties in Isaia Κύριος nomen occurrit, nihil possum certe dicere aliud, quam nobis tetragrammaton nomen videri; quod, ut ejus a cæteris Dei nominibus aliqua exstaret differentia, litteris forsan Hebræis ab Origene, vel alio, expressum cum pingere non valerent Græci sermonis illius rudes, suis illi, quantum possent, imitari conati sunt, ne quid et illi, quod a tantis viris notatum esset, prætermisisse viderentur. Quorum ego religionem imitatus, ex magnorum virorum sententia, et ista etiam nota lectorem carere non volui. Adjeci præterea et prophetarum omnium vitas, quas cum nonnullis aliis, Eusebio adscriptas, habebat vetus Marchali codex; partim quidem, ut ex fragmento haberent ecclesiasticorum scriptorum studiosi, unde opus ipsum, ex quo depromptæ sunt, si quando in eorum manus incidat, tanquam ἀναγνωρίσει justa probatum, parenti suo, et posteris, restituerent: partim vero, ut quæ tantus auctor de prophetis annotasset, tantisper exstarent, dum in lucem melioribus forsan auspiciis opus ipsum prodiret integrum.

In Isaiæ vero versione ita me gessi, ut novam ipse non aggrederer, sed Hieronymianam de Septuaginta viris expressam, quantum meus pateretur codex, qui mistam certe Græcam aliam, non hujus, aut illius certam aliquam complectitur, retinerem. Neque enim tam iniquum in me futurum quemquam arbitror, ut Latinam me alteram, quam idem pater ab Hebræis edidit, et qua etiam nunc Ecclesia utitur, sumere debuisse existimet; cui nec Græca Isaiæ verba essent responsura, nec ipsa etiam Procopii explanatio.

Quo loco et ista etiam mea claudi posset oratio, quæ susceptis Patribus defuncta satis fortasse vi-

(13) Euseb. vi, c. 25.

deatur : nisi etiam aliquid de idonea sacrorum Librorum lectione ὡς ἐν προσθήκης μέρει attingere, non tua tam ratio, quam hujus me moneret operis argumentum. Atque ut breviter incipiam perstringere : afferam Pythagoreorum non minus elegantem quam veram et utilem de philosophia sententiam; qui eam ζωῆς εἶναι ἀνθρωπίνης κάθαρσιν καὶ τελειότητα voluerunt : ut hujus vitæ sordes iis esse purgandas significarent, qui in ejus se disciplinam traderent, qua perfecti Deoque similes efficerentur. Quod si una præstare potest ea, quæ vere philosophia est, et Christiana dicitur ; non est certe ullis ad eam, nisi summa cautione, beneque purgatis, quod aiunt, manibus, accedendum. Neque enim quidquam proderit externis disciplinis, (quæ tamen et hic sunt necessariæ; nec in te, quantum ætas tua ferre potest, desiderantur), excultum habere animum, qui ad eam vitiorum sordibus veniat inquinatus : cum perversæ cogitationes, ut est apud Salomonem, separent a Deo, inque animam malevolam non intret sapientia : nec quisquam sciat sensum Domini, nisi ipse dederit sapientiam, et miserit Spiritum suum de altissimis. Est igitur et hic opus animi non solum purgatione, sed divino etiam ad intelligendum auxilio; sicut bonus auctor indicavit ipse Isaias, cum a Deo purgari sibi labia postulavit; et cum scientem litteras ideo librum legere non potuisse, quod esset obsignatus, monuit. Quæ duo quoniam nulla re magis, votis et precibus, a Deo, qui dat omnibus affluenter, possunt impetrari ; perge obsecro, Francisce, cum tibi nec ingenium, nec cætera ad istam laudem desint adjumenta; imitare et hic majores tuos, e quibus Phœnix ille Picus (a quo maternum genus tibi est) plura se precibus, quam studiorum assiduitate (qua maxime tamen usus esse narratur; eaque hic etiam opus est) didicisse affirmavit. Recordare vero et patrui tui, viri maximi, ad quem educationis tuæ laus præcipue pertinet, præclaræ de re ista sententiæ; qui sæpe nobiscum de te colloquens, cum theologiæ studia ingredi, atque amplecti vidisset; te per nos, ut divi Bernardi lectionem, qua ipse delectatur, illis sæpe intercalares, ideo moneri voluit; ut, quia vir sanctissimus in suis scriptis θεοδίδακτος, id est divina potius, quam humana ope eruditus, apparet ; neque id ulli sine pura et assidua numinis invocatione contingat ; tam pii et eruditi patris familiaritas in similium studiorum admirationem et amorem animum tuum pertraheret. Præclara certe majorum tuorum, domique nata exempla, et monita ; quæ ipse sanctissima et verissima exsistere sæpe alias ante expertus, in hoc opere certe sensi apertissime. Cum enim Græci hujus mei exemplaris multa essent difficillima, multæque lacunæ, multæ etiam depravatæ leetiones; nec humana ratione iis me possem expedire : poetas in tragœdiis imitatus, ubi ad numinis auxilium, tanquam re desperata, confugissem ; sensi ego ipsum mihi velut e machina, quod illi dicunt, persæpe affuisse ; eaque me postea afferre, quæ essent θεόπεμπτα magis, quam ex ingenio meo allata, et a me excogitata. Nec dubito sane, quin idem sit sensus animi tui, eademque sæpe expertus sis ; qui jam diu studiis gravioribus incumbas ; in quibus tantum doctrinæ et eruditionis specimen præbuisti, ut, quoniam ætatem tuam superaret, ad præclaras ingenii tui dotes, numen etiam accessisse propitium omnes judicarent. Quo fit, ut non ego ista tibi, tanquam illis indigeres, addidisse; quibus magis, quam nos, abundas, existimari velim : sed potius, ut hoc loco, quid ipse de sacrarum Litterarum lectione sentirem, qui te ad obscurissimam illarum partem, prophetas scilicet, deducerem, minime prætermitterem : tibique adeo et tuis, et mihi etiam, si juste id possum, tantarum in te surgentium virtutum nomine gratularer, quæ te majorum tuorum laudes vel æquaturum, vel etiam superaturum, si pergis, polliceantur. Macte igitur virtute, Francisce, perge, perge, inquam ; et cave diligenter ne in hac mundi senecta, ævoque labascente, quo jam vulgo exstincta virtus, in præclaris aliquibus ingeniis relucet adhuc, in te autem splendescit maxime, ætatis hujus illecebris, quæ bonis omnibus insidiantur, vinci te palmaque ista spoliari patiaris (14).

Bononiæ, Id. Octob. M. D. LXXIX.

(14) Veterum septem interpretationum differentias cum suis notis ab Origene desumptas quas Curterius modo fusius explicavit, in hac nostra editione omittendas curavimus, quia illas jam edidimus inter Opera Origenis, hujus *Patrologiæ* tom. XVI. Edit.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΓΑΖΑΙΟΥ

ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΕΙΣ

ΤΟΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΗΣΑΙΑΝ

ΚΑΤΑΒΕΒΛΗΜΕΝΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΕΞΗΓΗΣΕΩΝ.

PROCOPII GAZÆI

SOPHISTÆ CHRISTIANI

IN ISAIAM PROPHETAM

COMMENTATIONUM VARIARUM EPITOME.

JO. CURTERIO INTERPRETE.

Προφήτης ὁ προφάσκων ἢ τὸ μέλλον, ἢ τὰ παρόντα λανθάνοντα, ὡς ὁ Παῦλός φησιν· « Ἐὰν δὲ προφητεύητε, εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος, ἢ ἰδιώτης, τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερὰ γίνεται. » Καὶ Ἐλισαῖος· « Οὐχὶ ἡ καρδία μου, φησὶν, ἐπορεύετο μετὰ σοῦ, ἡνίκα ἀνέστρεφεν ὁ ἀνὴρ μετὰ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ εἰς συνάντησίν σοι; » Ὁρᾷ δὲ ὁ προφήτης τὸ ἡγεμονικὸν, ὡς ἐν ὀνείροις ὕπαρ τυπούμενος· ἢ ὡς ἄν τις ἴδοι γραφὴν ἐπὶ πίνακος ἀγαθῶν, ἢ τῶν ἐναντίων πραγμάτων. Οὐ κατὰ ἔκστασιν διανοίας, ὥς τινες ἔφασαν, τοῦ ἀνθρωπίνου νοῦ καλυπτομένου παρὰ τοῦ πνεύματος, ὃ δὴ θείας ἐπιδημίας ἀνάξιον, ἔκφρονα ποιεῖν καὶ μανίας ἐγγὺς τὸν Θεὸν αὐτόν. Τελειωτικὸν γὰρ τὸ Θεῖον οἷς ἂν ἐγγένηται, ἀλλ' οὐ τῶν φυσικῶν ἀποστερητικὸν λογισμῶν. Οὐδὲ γὰρ εἰκὸς τὸν ὠφελοῦντα λόγον τοὺς ἄλλους, ἑαυτὸν ἀγνοεῖν, καὶ τῆς ἐκ τῶν λόγων ὠφελείας ἐκπεπτωκέναι. Πῶς δὲ τὸ πνεῦμα τῆς σοφίας ἄγνοιαν πληροῖ; φῶς γὰρ τύφλωσιν οὐ ποιεῖ· τὴν δὲ δύναμιν προκαλεῖται τὴν ὁρατικὴν εἰς ἐνέργειαν, ὡς καὶ Θεοῦ [a] νοῦν καθαρὸν εἰς ἐποπτείαν πνευματικήν. Πονηρᾶς δὲ καὶ μόνης δυνάμεως, ἔκστασιν ἐμποιεῖν ἐπὶ τῇ τῶν δεξαμένων ἐπιβουλῇ. Πῶς δὲ σοφὸς ὢν ὁ Ἀπόστολος οὐκ ἔχει παρακολουθεῖν οἷς ἐρεῖ; « Σοφὸς γὰρ, φησὶν, νοήσει τὰ ἀπὸ τοῦ ἰδίου στόματος; ἐπὶ δὲ χειλέων φέρει ἐπιγνωμοσύνην. » Πῶς οὖν, « Ἐξέστη Ἰσαὰκ, φησὶν, ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ; » Καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ, « Ἐγὼ δὲ εἶπον ἐν τῇ ἐκστάσει

1 Propheta est, qui res futuras, aut præsentes occultas prædicit, uti Paulus ait: [1] « Si prophetetis, intret autem quis infidelis, aut idiota, occulta cordis ipsius manifesta fiunt. » Et Elisæus: « Nonne cor meum, inquit, tecum ambulabat, quando reversus est vir cum curru suo in occursum tibi [2]? » Videt autem propheta, principe animi parte tamquam per somnium reapse informata, aut tanquam qui in tabula rerum bonarum, vel malarum, picturam intuetur: non vi stupefacta intelligendi, ut quidam asserunt; quasi velo mens humana per spiritum obducatur. Quod sane divino accessu indignum est, Deum ipsum amentem, et furoris affinem facere. Solet enim quibus illabitur, naturales animi sensus non auferre, sed perficere. Neque profecto consentaneum est rationem, quæ prosit aliis, seipsam ignorare, et sermonis utilitate privari. Quomodo vero sapientiæ spiritus ignorationem operetur? Nequaquam enim cæcitatem parit lux, imo cernendi vim ad actum provocat, ut Deus etiam mentem sinceram ad rerum spiritualium contemplationem. Sed solius est malæ potestatis, 2 in eorum fraudem a quibus admittitur, menti stuporem inducere. Qui vero sapiens Apostolus ea, quæ dicit non intelligat? « Sapiens enim, scribit, intelliget quæ loquitur, in aliis autem gestat sapientiam [3]. » Quid ergo in filii sui ingressu obstupuisse Isaacum legimus [4]? Et apud

[1] I Cor. xiv, 24, 25. [2] IV Reg. v, 26. [3] Prov. xxix. 19. [4] Gen. xxvii, 33.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. Θεός.

A magnum Davidem: « Ego dixi in excessu meo? [5] » Nimirum consternationem ita vocat. Cujusmodi est illud: « Commotum est cœlum, et terra inhorruit. [6] » Est et prophetia per somnia, quibus Josephus in Ægypto [7], et Daniel in Babylone [8], futura prædixerunt. Nec mirum si Pharao, et Nabuchodonosor visiones viderint. Par fuit enim eos, qui aliis præerant in mundanarum rerum statu futura prospicere, ut populi in eis confiderent. Imo et Balaam [9], et Caiphas [10], quæ futura essent, præviderunt; ambo quibus præerant habentes; hic quidem tanquam summus pontifex, ille vero tanquam hariolus. Hic itaque dispensatio, non pura mens elucescit. Solent ergo prophetæ nunc ea quæ vident, aperte ita eloqui, B ut nulla posthac opus sit interpretatione. Quale est et illud: « Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, ait Dominus? Plenus sum [11], » et quæ deinceps. Nunc etiam per symbola, ut in somniis Josephi et Pharaonis, cum ille quidem per spicas, quæ sibi, quæ fratribus essent eventura, cerneret, hic autem futura tempora. Cujus generis est et illud: « Vinea facta est dilecto in cornu, in loco pingui [12], » et quæ deinceps. Quin et Daniel in agrestium animalium formis imperiorum vices vidit [13]. Quædam præterea complexim dicuntur; eorumque alia ad litteram, alia ad sensum referuntur. Sicut cum Salvator ait: « Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit? [14] » Hæc quidem sunt ad C litteram sumenda. At quæ sequuntur, sensum respiciunt: « Elevate oculos vestros et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem [15]. » Tale est et apud Isaiam illud: « Pro eo quod abjecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio [16], » et quæ postea. In his enim, Siloe, et qui rapidus dicitur fluvius, tropicum habent intellectum. **3** Ad litteram autem sumitur: Populus volens Raasin, qui rex est Damasci, et filium Romeliæ Samariæ imperantem. Solet enim divina Scriptura quæ ad communem omnium utilitatem data est, rudioribus aut etiam segnioribus facilem sensum protendere: perfectioribus autem et diligentioribus, in quæ mentis aciem exacuant, abstrusiora largiri. Ad hunc quoque modum quid- D quid est in hominum vita ordinationis ut plurimum Deus moderatur, et regit. Mentem autem exercet rerum necessariarum penuria, ipsique adeo, quotquot imminent, casus adversi. Eo vero spectat ista Scripturarum difficultas, ut dum illis opera navatur a deterioribus avocemur. Præterea diligimus magis, et in pretio habemus quæ nobis ipsi labore comparavimus. Quin et somnia nobis ideo profert obscura natura, exercente vim intelligendi Deo;

μου; » Ἀλλὰ τὴν ἔκπληξιν οὕτω καλεῖ, ὡς τὸ, « Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ ἔφριξεν. » Ἔστι καὶ δι' ὀνείρων προφητεία, δι' ὧν Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι προαγορεύει τὰ μέλλοντα. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ Φαραὼ καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ ἑωράκασιν. Περὶ κοσμικῶν γὰρ καταστάσεων τοὺς κρατοῦντας προβλέπειν ἐχρῆν, ἵνα πιστεύωνται. Καὶ Βαλαὰμ δὲ, καὶ Καϊάφας προέβλεπον ἔχοντες τοὺς πειθομένους· ὁ μὲν, ὡς ἀρχιερεὺς, ὁ δὲ, ὡς μάντις. Οἰκονομία τοίνυν ἐνταῦθα, οὐ νοῦς καθαρὸς ἐλλαμπόμενος. Ποτὲ μὲν οὖν οἱ προφῆται σαφῶς λέγουσι τὰ δηλούμενα, ὡς μὴ προσδεῖσθαί τινος αὐτοῖς ἑρμηνείας· ὡς τὸ, « Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει Κύριος, πλήρης εἰμὶ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ποτὲ δὲ διὰ συμβόλων· ὡς ἐπὶ τῶν ὀνείρων τοῦ Ἰωσὴφ καὶ τοῦ Φαραὼ, δι' ἀσταχύων ἰδόντων· τοῦ μὲν, τὰ καθ' ἑαυτὸν, καὶ τοὺς ἀδελφούς· τοῦ δὲ, τοὺς ἐπιόντας καιρούς· ὡς καὶ τὸ, « Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ Δανιὴλ δὲ τὰς βασιλείας ἐν ἀγρείων ζώων ἴδεν μορφαῖς. Τινὰ δὲ καὶ συμπεπλεγμένως λέγεται· τῶν μὲν πρὸς λέξιν, τῶν δὲ πρὸς διάνοιαν εἰρημένων· ὡς τὸ παρὰ τῷ Σωτῆρι· « Οὐχ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἔτι τετράμηνός ἐστιν, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; » Τοῦτο πρὸς λέξιν. Τὸ δὲ πρὸς διάνοιαν, « Ἐπάρεστε [b] τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. » Τοιοῦτον καὶ [c] Ἡσαΐᾳ τὸ, « Διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν λαὸν τοῦτον τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ, τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐν τούτοις γὰρ ὁ μὲν Σιλωὰμ, καὶ ὁ λεγόμενος ἰσχυρὸς ποταμὸς, τροπικῶς εἴρηνται. Πρὸς δὲ λέξιν· Ὁ λαὸς ὁ βουλόμενος τὸν Ῥάασιν, ὃς ἦν βασιλεὺς Δαμασκοῦ, καὶ τὸν υἱὸν Ῥωμελίου τῆς Σαμαρείας βασιλεύοντα. Ἡ γὰρ θεία Γραφὴ τῆς ἁπάντων ὠφελείας γινομένη, καὶ τοῖς ἁπλουστέροις, ἢ καὶ ῥαθυμοτέροις πρόχειρον προτείνει διάνοιαν, καὶ τοῖς σπουδαιοτέροις νοῦ γυμνασίαν διὰ τῶν ἐπικεκρυμμένων χαρίζεται. Καὶ πᾶσαν δὲ τὴν ἀνθρωπίνην ἔσθ' ὅτε διακόσμησιν οὕτω διέπει Θεός. Ἥ τε γὰρ τῶν ἀναγκαίων ἔνδεια γυμνάζει τὸν νοῦν, αἵ τε δὴ περιστάσεις καὶ πᾶσαι συμπτώσεις. Τοιαύτη δὲ καὶ τῶν Γραφῶν ἡ ἀσάφεια, ἵνα τούτοις ἐνασχολούμενος τῶν χειρόνων ἀφέλκηται. Καὶ ὅτι τὰ πόνου κτηθέντα, ἀγαπητά τε καὶ τίμια. Καὶ ἡ φύσις δὲ τοὺς ὀνείρους διὰ τοῦτο δείκνυσιν ἀσαφεῖς, Θεοῦ γυμνάζοντος τὴν διάνοιαν, ὡς ἔσθ' ὅτε δεῖσθαι θείου χαρίσματος πρὸς διάκρισιν, τῶν ἡμετέρων ἐννοιῶν οὐχ ἀρκουσῶν τῆς ἀληθείας πρὸς θήραν. Διὸ [d] ταῦτα κρίνουσιν Ἰωσὴφ τε καὶ Δανιήλ. Ἅμα δὲ καὶ διὰ τῆς συνεχοῦς μελέτης ἐντυποῦται τὰ θεῖα λόγια τῇ ψυχῇ, καὶ σεμνότερα καθίσταται. Δεῖ γὰρ τὸν πάντα βίον μαθεῖν καὶ γνώσει καὶ πράξει. Ὡς ὁ Μωϋσῆς ἐπ' ἔτη τεσσαράκοντα τὴν τῶν Αἰγυπτίων σοφίαν μαθὼν, προφάσει τῆς ποιμενικῆς εἰς τὰς ἐρήμους ἰὼν, τῇ θεω-

[5] Psal. cxv, 11. [6] Isa. xiii, 10. [7] Gen. xli, 15 sqq. [8] Dan. ii, iv, viii. [9] Num. xxiv 2 seqq. [10] Joan. xi, 50. [11] Isa. i, 11. [12] Isa. v, 1. [13] Dan. vii, 1 seqq. [14] Joan. iv, 35. [15] ibid. [16] Isa. viii, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[b] γρ. Ἐπάρατε. [c] λεῖπ. παρ'. [d] γρ. Διά.

ρίᾳ τῶν ὄντων ἐσχόλαζεν, καὶ μὴ βουληθεὶς πρὸς ἐπιμέλειαν ἀνθρώπων ἐκπέμπεται, μηδὲ τότε μόνῃ τῇ πράξει προσκείμενος, ἐπανιὼν δὲ πρὸς ἐποπτείαν πολλάκις, ὅτε καὶ πρὸς τὴν μοσχοποιίαν ἐτράποντο. Τοιοῦτος Ἡλίας τῶν ἀνθρωπίνων ἀποδιδράσκων τὸν ὄχλον. Εἰ τοίνυν τοῖς ἁγίοις πόνῳ προσεγίνετο τῆς ἀληθείας ἡ κτῆσις, καὶ μετὰ μυρίας ἀναχωρήσεις Ἡλίας ἠξίωτο τοῦ Θεοῦ, πῶς εἰκὸς ἡμᾶς ἀκονιτὶ καὶ ποσὶν ἀνίπτοις ἐμβατεύειν τοῖς κρείττοσι; Δεῖ δὲ τὰς κοινὰς καὶ ἀξιολόγους αἰτίας [e] ἔχειν περὶ Θεοῦ ταῖς λέξεσιν ἐντυγχάνοντας. Ἀνθρώποις γὰρ οὖσιν ἀνθρωπίνως ἡ Γραφὴ διαλέγεται. Ὥστε κἂν ὀργιζόμενον, ἢ λυπούμενον, ἢ μεταμελόμενον λέγῃ τὸν Θεὸν ἡ Γραφὴ, ζητεῖν προσήκει τὸ τῆς λέξεως βούλημα ταῖς περὶ Θεοῦ προσηκούσαις ἐννοίαις ἁρμόττον. Τῶν δὲ προφητειῶν, ἐπειδὴ περὶ μελλόντων εἰσὶν, οἱ ἀπὸ τῶν βασιλέων προγράφονται χρόνοι. Ἐπεὶ περὶ ἑτέρους [f] ἦν ἡ τότε κατάστασις τῶν παρ' Ἰουδαίοις πραγμάτων, ἤμελλεν δὲ τὰ μηδὲ πρὸς νοῦν ἐλθόντα μακροῖς ὕστερον χρόνοις γενήσεσθαι· ὡς ἂν γνωσθῇ πρὸ πόσου χρόνου ῥηθέντα μετὰ πόσον ἀπήντηκεν. Καὶ ὅτι, Ὅτε πεπλεόνακεν ἡ ἀσθένεια, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ δύναμις. Σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι συνέδραμον ἀλλήλοις κατὰ τὸν χρόνον. Ὡσηὲ ἐν ἡμέραις Ὀζίου, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοάμ. Μιχαίας ἐν ἡμέραις Ἰωάβ καὶ Ἀχάζ. Σοφονίας ἐν ἡμέραις Ἰωσίου υἱοῦ Ἀμώς. Πρόκεινται δὲ νῦν βασιλεῖς, Ὀζίας, Ἰωὰς [g], Ἀχὰζ, Ἐζεκίας· καὶ δείκνυσιν οὐκ ἐφ' ἑνὸς μόνου βασιλέως, ἐπὶ δὲ τῶν τεσσάρων, ἑωρακέναι τὰ κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ θεσπιζόμενα. Εὕροις γὰρ ἂν αὐτὸν ἐφ' ἑκάστης βασιλείας τοὺς Ἰουδαίους ἐλέγχοντα, προλέγοντά τε τὰ κατ' αὐτῶν μετὰ χρόνους κείμενα, μέχρι τέλους τῆς Βίβλου, ὡς εἶναι τὴν πᾶσαν ὑπόθεσιν, ὥς φησι, *κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὅρασιν*, ἣν ὡς ἐν κατόπτρῳ παρέδειξεν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Ἰουδαίαν* δὲ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἐνταῦθα δηλοῖ, ἢ τὴν χώραν αὐτήν. *Ἱερουσαλὴμ* δὲ τὴν πόλιν, ἢ τὴν ἐν αὐτῇ τότε κατὰ τὸν νόμον λατρείαν· ὧν τὴν καθαίρεσιν, καὶ τὴν καινὴν τοῦ Χριστοῦ πολιτείαν προέδειξεν. Ἀπηλάθησαν γὰρ Ἰουδαῖοι διὰ τὸ ταῖς συνεχέσιν ἀπειθεῖν προτροπαῖς· ἐκλήθη δὲ τὰ ἔθνη τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης παυσάμενα. Μέλλων δὲ ὁράσεις κατ' Αἰγύπτου, καὶ Δαμασκοῦ, καὶ Βαβυλῶνος εἰπεῖν, καὶ πλείστων ἄλλων μεμνῆσθαι, ταῦτα μὲν ἐν δευτέρῳ πάντα πεποίηται. Ἐκ δὲ τῶν ἀφιερωμένων Θεῷ τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, κατὰ τὸ εἰρημένον· « Ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε. » Καὶ, « Δυνατοὶ δυνατῶς ἐτασθήσονται. » Καὶ, « Οἷς τὸ πολὺ δέδοται, τὸ πολὺ ἀπαιτηθήσονται. » Πλείστας γὰρ ἐκ Θεοῦ λαβόντες εὐεργεσίας, ἀνάξιοι τούτων ἐγένοντο. Καὶ σφοδρῶς ἐπιφέρεται ἄρχουσί τε καὶ ἑπομένοις, παραστήματι θείῳ παντὸς κινδύνου καὶ δέους ὑπερορῶν. Μία μὲν οὖν ἡ βίβλος. Εἴρηται δὲ

ut quoties ad veritatis indagationem nostræ non sufficiunt meditationes, divina sciamus ad judicandum opus esse gratia. Hac explicandi via incedunt Josephus et Daniel. Ad hæc assidua meditandi diligentia divina oracula mentibus nostris imprimuntur, et venerabiliora redduntur. Decet enim perpetuo vitæ cursu non cognitionis modo, sed actionis studio nos exerceri: non secus ac Moses [17], qui quadraginta annos in Ægyptiorum disciplinis versatus, simulato gregis pascendi studio, in solitudines secessit, in quibus rerum contemplationi vacaret, unde ad hominum curam advocatur invitus, ne tum quidem tamen soli actioni deditus, sed sæpe ad contemplationem reversus, eoque potissimum tempore, quo ad vituli confectionem animum adjecerant Israelitæ [18]. Talis fuit et Elias, qui solitudine delectatus hominum turbas solebat effugere [19]. Ergo si sanctis viris labore comparatur veritatis possessio, sique non nisi post infinitas solitudinum peragrationes, Deo dignus est habitus Elias [20]: qui justum putabitur, sine sudore et pulvere, illotisque pedibus, ad præstantiora aggredi? Decet vero communibus, et idoneis rationibus eos retineri qui scriptis de Deo incumbunt; cum mortales humano more alloquatur Scriptura. 4. Itaque si iratum, si dolentem, sique pœnitentem dicat Deum, orationis sensus is est inquirendus, qui rectæ et legitimæ de Deo notioni non adversetur. Verum quia de futuris exsistunt prophetiæ, temporum series ab ipsis regibus prænotatur: quoniam penes eos tum rerum Judaicarum status versabatur, erantque ea quæ nondum venerant in mentem, longo postea tempore eventura: ut quam longo ante prædictæ sint tempore, quam impletæ, intelligatur. Ad hæc, quoniam, Cum abundavit infirmitas, superabundavit et virtus. Fere enim multi inter se tempore concurrunt. Vixit Oseas temporibus Oziæ, et Jeroboam; Michæas, Joab et Achaz, Sophonias, Joziæ, filii Amos. Proponuntur vero nobis Ozias, Joatham, Achaz, et Ezechias reges, doceturque non unius regis temporibus, sed quatuor, ea prophetæ visa esse, quæ adversus Judæam et Jerusalem vaticinatur. Reperias autem ipsum per regna singula Judæos insectantem, et quæ illis postea eventura essent ad usque librum ultimum ita prædicentem, ut facile appareat universum esse argumentum, sicut ipse ait, *Adversus Judæam et Jerusalem visionem*; quæ sit ei, tanquam in speculo, a Spiritu sancto demonstrata. *Judæam* autem hic, Judæorum gentem aut regionem, intelligit; *Jerusalem* vero urbem ipsam, aut cultum qui in ipsa ex legis instituto tunc vigebat: quorum excidium, recentisque per Chri-

[17] Act. VII, 22. [18] Exod XXXII, 1 seqq. [19] III Reg. XVII, 1 seqq. [20] III Reg. XIX, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[e] Ισ. γρ. ἐννοίας. [f] γρ. ἐκείνους. [g] γρ. Ἰωάθαμ.

stum regni institutionem prædixit. Abacti namque A ideo sunt Judæi, quod crebro ad frugem provocati, monitis non paruerunt: vocatæ autem gentes, quod ab idolorum errore cessarunt. Visiones autem contra Ægyptum, contra Damascum, contra Babylonem narrare, plurimarumque aliarum rerum meminisse cum statuisset, e secundo loco expedit omnia sumpto ab iis, qui Deo consecrati sunt initio; juxta illud: « A sanctis meis incipite [21]. » Et: « Potentes potenter arguentur [22]. » Item: « Quibus multum datum est, multum exigetur ab eis [23]. » Cum enim multa in illos Deus contulisset beneficia, illis sese indignos præstitere. Insurgit autem vehementer in duces, et subditos, fiducia in Deum adversus omne periculum, et **5** metum fretus. Unicus porro quidem liber est; sed singillatim multa, variisque et magnis locorum, temporumque distincta intervallis, recenset: nec facile est cum verbis tempora componere, rebusque alio atque alio rege gestis, statum urbis assignare. In summam tamen si dictorum regum tempora colligas, quinquaginta consurgent anni; quos prophetæ complexa est oratio. Feruntur vero cum, divino agente impetu, ad populum concionaretur propheta, ei adfuisse aliqui (hos a commentariis vocant) qui verba ejus in templo portisque civitatis, ubi propter ingredientes turbas sermonem habebant, notis exciperent; quæ postea, cessante propheta, in unum colligebant.

κατὰ μέρος ἐν διαφόροις καὶ μακροῖς καιρῶν διαστήμασι. Καὶ δυσχερὲς τοῖς λόγοις ἐφαρμόσαι τοὺς χρόνους, καὶ ταῖς κατὰ βασιλείαν πράξεσιν ἀποδιδόναι τὴν πολιτείαν. Ἐφ' ὅλοις γοῦν ἔτεσιν ὁ τῶν προκειμένων βασιλέων ἀπαρτίζεται χρόνος πεντήκοντα, ᾧ περιέκλεισε τὴν προφητείαν ὁ λόγος. Φασὶ δὲ, ὡς τοῦ προφήτου τοὺς παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγους κηρύττοντος παρῆσάν τινες οἱ λεγόμενοι ὑπομνηματογράφοι τὰ λεγόμενα σημειούμενοι, ἔν τε τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν ταῖς πύλαις. Ἐκεῖ γὰρ τοὺς λόγους ἐποιοῦντο, διὰ τὰ ἐπεισιόντα πλήθη. Μετὰ γοῦν τὴν διήγησιν τοῦ προφήτου, τὰ λεχθέντα συνέταττον.

CAPUT PRIMUM.

Vers. 1. Visio, quam vidit Isaias filius Amos, quam vidit contra Judæam, et contra Jerusalem, in regno Oziæ, et Joatham, et Achaz, et Ezechiæ; qui regnarunt in Judæa.

Sensuum omnium ad veritatis indagationem certissimus est *visus*. Neque enim similiter auditus, et *visus*, quæ jucunda aut formidabilia sunt, percipiunt. Unde fit, ut rerum verarum contemplatio, propter evidentem earum fidem, *visio* nominetur. Ob id et *videns* propheta, et quæ ante sunt, prospiciens, dicebatur; sicut Amos, et Samuel: tum quod futurarum rerum notitiam haberet; tum quod divinæ voluntatis nutum contemplaretur. Est vero nostrarum partium ut ad *videndum* nos ipsi purgemus: Dei autem, ut ad rerum C ineffabilium revelationem mentem nostram illustret. Quod autem *Visionis* vocabulum initio posuit, libri argumentum indicavit. Neque enim quam audiendo excepit, sed quam menti impressam habet, sententiam denuntiat. Est ergo ad eorum explicationem, *quæ videntur*, opus oratione: istaque tum Deus **6** informat, cum eorum, qui digni sunt, mentem attingit. Paternam vero prophetiam indicans, et patrem suum addit. Dupliciter item Videndi verbum sumitur partim quidem, ut Visionis notetur communio: partim autem, ut speciei statuatur differentia. Præterea sermonem facit visibilem, juxta quod in Exodo scribitur; « Cunctus autem populus videbat voces [23*] » D Cæterum, prophetarum alii quidem *Visionis*, alii autem *Verbi* vocabulum suarum vaticinationum exordiis præfixere. *Visionem* quidem Abdias; *Verbum*

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

α'. Ὅρασις, ἣν εἶδεν Ἠσαΐας υἱὸς Ἀμὼς, ἣν εἶδε κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλὴμ, ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου, καὶ Ἰωαθὰμ, καὶ Ἄχαζ, καὶ Ἐζεκίου, οἳ ἐβασίλευσαν τῆς Ἰουδαίας.

Ἀκριβεστέρα τῶν αἰσθήσεων *ὅρασις* πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν. Ὑὐχ ὁμοίως γὰρ ἀκοή τε καὶ *ὅρασις*, φοβερῶν, ἢ τῶν ἡδέων ἀντιλαμβάνονται. Δι' ὅπερ τῶν ἀληθῶν ἡ θεωρία, διὰ τὸ ἐναργὲς καὶ ἀναμφίβολον, *ὅρασις* προσηγόρευται. Δι' ὃ καὶ *ὁρῶν* ὁ προφήτης ἐλέγετο, καὶ ἔμπροσθεν βλέπων, ὡς Ἀμώς τε καὶ Σαμουήλ· τὸ μὲν, ὡς τὸ μέλλον *ὁρῶν*· τὸ δὲ, ὡς θεωρητικὸς τοῦ θείου βουλήματος. Ἔστι δὲ ἡμέτερον μὲν, τὸ πρὸς τὸ βλέπειν καθαίρεσθαι· Θεοῦ δὲ, καταυγάσαι τὸν νοῦν τῶν ἀποῤῥήτων πρὸς ἀποκάλυψιν. *Ὅρασιν* δὲ προτάξας, λόγων ἐπαγγελίαν ἐπήγαγεν. Οὐ γὰρ δι' ἀκοῆς ἐδέξατο, τῷ δὲ νῷ τυπωθεῖσαν ἐξαγγέλλει διάνοιαν. Λόγων μὲν οὖν χρεία *τῶν ἑωραμένων* πρὸς δήλωσιν. Ταῦτα δὲ Θεὸς ἐντυποῖ τοῦ ἡγεμονικοῦ τῶν ἀξίων ἁπτόμενος. Πατρικὴν δὲ τὴν προφητείαν δεικνὺς, καὶ τὸν πατέρα προσέθηκεν. Διττὸν δὲ τὸ *εἶδεν*· τὸ μὲν, ἵνα δείξῃ τὸ κοινὸν τῆς *ὁράσεως*· τὸ δὲ, τοῦ ἰδικοῦ παραστατικόν. Λόγους δὲ δείκνυσιν *ὁρατοὺς*, κατὰ τὸ ἐν Ἐξόδῳ· « Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἑώρα τὴν φωνήν. » Τῶν δὲ ἄλλων προφητῶν, οἱ μὲν *ὅρασιν*, οἱ δὲ *λόγον* τῆς προφητείας προέταξαν. *Ὅρασιν* μὲν, Ἀβδιοῦ, Ναοὺμ [b], Ἀββακούμ· *Λόγον* δὲ, Ὠσηὲ, Ἀμὼς, Μιχαίας, Ἰωνᾶς, Σοφονίας, Ἀγγαῖος, Ζαχαρίας. Ὁ Μαλαχίας δὲ, « Λῆμμα λόγου Κυρίου, » φησί. Καὶ ὁ Ναοὺμ, « Λῆμμα Νινευῆ. » Καὶ Ἀββακοὺμ, « Τὸ λῆμμα ὃ εἶδεν Ἀββακούμ· » δηλοῦντες, ὅτι οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν ἔχουσι τῆς προφητείας τὴν δύναμιν, ὡς

[21] Ezech. IX, 6. [22] Sap. VI, 7. [23] Luc. XII, 48. [23*] Exod. XX, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[b] ἀφ. Ναοὺμ, Ἀββακούμ.

τὸ *Λῆμμα* ἴσον εἶναι τὸ ⁱ δόμα παρὰ Θεοῦ· τὸ δὲ, « Ἐν χειρὶ Ἀγγαίου, » ταὐτὸν τῷ λήμματι δύναται. » Ὁ μὲν οὖν *Ἡσαΐας* προτάξας τὴν *ὅρασιν*, τοὺς λόγους ἐπήνεγκεν· ὁ δὲ Ἀμὼς λόγους προτάξας, τὸ, « Οὓς ἴδεν ἐπήγαγεν· » καὶ οἱ μὲν χρόνους ὁρίζουσιν, οἱ δὲ ἀχρόνως συνέγραψαν. Καὶ οἱ μὲν τοῦ γένους βασιλέας προέγραψαν· οἱ δὲ τῶν Βαρβάρων ἴσως, διὰ τὸ τότε κρατεῖν ὡς ἐπισημοτέρους ἄρχοντας. Καὶ τοὺς ἑαυτῶν πατέρας οἱ μὲν ἐνέθηκαν, οἱ δὲ παρέλιπον. Καὶ τάχα φασὶν, οἱ μὲν ἐξ ἐπισήμων πατέρων, διὰ τὸ εὐπαράδεκτον· (πιστότεροι γὰρ οἱ γνωριμώτεροι)· οἱ δὲ τῶν ἀσήμων παρεσιώπησαν. Λέγουσι δὲ μὴ τὸν ἕνα τῶν δώδεκα τοῦ *Ἡσαΐου* τὸν πατέρα τυγχάνειν· ἐκεῖνος γὰρ Ἀμὼς ψιλῶς λέγεται, καὶ ἑρμηνεύεται λόγος σκληρός. Ὁ δὲ τοῦ *Ἡσαΐου* δασύνεται, καὶ σημαίνει τελέωσιν, καὶ δύναμιν, καὶ ἰσχύν. *Ὀζίας* δὲ ὁ αὐτὸς καὶ *Ἀζαρίας* ἐλέγετο. Ἐν μὲν γὰρ τῇ δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων, *Ὀζίας* εἴρηται· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν, *Ἀζαρίας*, καὶ πατρὸς τοῦ αὐτοῦ καὶ μητρός. Ἡ μὲν γὰρ μήτηρ Χανὰ· ὁ δὲ πατὴρ Ἀμασίας. Καὶ χρόνος τῆς βασιλείας ὁ αὐτὸς, πεντήκοντα δύο ἔτη. Ἐπὶ *Ὀζίου* δὲ τοῦ καὶ Ἀζαρίου ἐπροφήτευσεν ʲ *Ἡσαΐας*, Ὡσηὲ, Ἀμώς. Ἀλλ' ἐπειδὴ, ἀρχὴ λόγου Κυρίου πρὸς Ὡσηὲ, μήποτε πρῶτος ἤρξατο προφητεύειν; καὶ ἐπειδὴ ὁ Ἀμὼς, πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ, μήποτε πρὸ τῆς *Ὁράσεως Ἡσαΐου*, ἐν ᾗ φησιν, Ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον;

A vero, Oseas, Amos, Michæas, Jonas, Sophonias, Aggæus, Zacharias. Malachias autem : « Assumptio verbi Domini, » ait. Et Naum, « Assumptio Ninivæ. » Et Habacum : « Assumptio, quam vidit Habacum ; » ut se non a seipsis vaticinandi potestatem habere docerent ; idemque *assumptionis* verbo, ac Dei dono significari. At illud, « In manu Aggæi, » non diversum habet ab Assumptione intellectum. *Isaias* ergo, *Visionis* præfixo nomine, verba subjunxit ; Amos vero, verbis præmissis, quæ vidit, intulit. At inter eos, qui tempora definiunt (sunt enim et qui neglecta eorum ratione scripserunt) alii quidem gentis, alii autem Barbarorum reges scriptioni suæ præfixerunt ; ea fortasse ducti ratione, quod rebus potirentur, B esetque eorum illustrius imperium. Non desunt etiam, qui patres suos addiderint ; quos alii prætermiserunt. Nec est a vero forsan quod aiunt, alienum, eos, qui celebriores essent, quo fidem magis facerent, a filiis esse nominatos ; cum iis facilius credamus, quos præstantiores putamus ; qui autem obscuri haberentur, silentio prætermissos. Ferunt autem *Isaiæ* patrem non ex XII prophetis esse aliquem. Illum enim Amos tenuiter efferri, sermonemque durum significare ; *Isaiæ* autem parentem aspirari, perfectionemque et virtutem, et robur innuere. Idem vero ipse *Ozias* et *Azarias* dicebatur. Nam Paralipomenon altero, *Ozias* nominatur [24] ; et Regum secundo, *Azarias* [25] ; cujus idem uterque parens. Est enim mater Chana ; pater vero Amasias. Sunt et regni tempora eadem, anni LII. Sub *Ozia* autem, et qui Azarias 7 vaticinati sunt *Isaias*, Oseas et Amos. Annon vero quia principium verbi Domini ad Oseam, in Osea legimus, primus et ipse vaticinari cœpit ? Quia deinde ante duos annos terræ motus incepisse se scribit Amos ; annon et ante *Isaiæ visionem*, qua elevatum superliminare dicit, prophetare aggressus videatur ?

β'. *Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν.*

C VERS. 2. *Audi, cælum, et auribus percipe, terra : quoniam Dominus locutus est.*

A tor, cum ait: « Væ vobis Scribæ et Pharisæi, hypocritæ [46]. » Suum autem *furorem*, expers alioquin perturbationum Deus, ultricem scelerum potestatem vocat: quam, cum humano more terrorem inducit, in principes immissurum se significat. Unusquisque enim minimus est, ita venia dignus; potentes contra, potenter arguendi [46*]. Qui enim aut opibus, **34** aut verbo, aut aliqua alia facultate pollent, nec illis debitum, qui in Ecclesia, vel ubivis laborant, auxilium præstant, Deo tum demum, cum pro acceptorum ratione opus exiget, pœnas persolvent. Atque ii sunt, quos *adversarios* vocat; tanquam qui ejus mandata graviter tulerint; unde non prius iram sit positurus, quam tales esse desierint. *Hostes* vero sibi exsistere, deque ipsis se B *judicium facturum* asserit. Ait enim ipse: « Qui credit in me, non judicabitur; qui autem non credit, jam judicatus est [47]. » *Hostes* ergo judicii auctores exsistunt. « Venit enim, ait, ira Dei super filios incredulitatis [48]. » Cæterum pro peccatorum magnitudine, juste se in eos animadversurum diserte significat. Alioquin tamen Verbum, pro sua in homines benevolentia (quia non ita mortem peccatoris atque pœnitentiam exoptat) illis se, quibus *furore* non opus est, sanatricem *manum* allaturum pollicetur, ut *Ad purum excoquantur*, prolique ab improbis secernantur. Itaque *Ad purum scoriam tuam* quidem Symmachus; Aquilas autem, *vinacea tua* reddiderunt; tanquam qui æs, C aut ferrum excoquentes, *scoriam*, *vinaceaque* in torcularibus abjiciunt. Istos autem exsistere, quos *iniquos et superbos* ait, ex his quæ sequuntur, significat, ut est a Septuaginta clarius, allegoriæ sensu retecto, interpretatum; cum cæteri *stannum* transtulerint. Nonnulli tamen idem *furoris* et *manus* vocabulis significari, deque iisdem utrumque usurpari putantes, vide, aiunt, lætum et prosperum divini judicii exitum. Ita enim Deus irascitur, ut correptos beneficiis cumulet, non suppliciis perdat. Atque illud est quod ipse ait Dominus: « Ambulabit quasi ignis conflatorii, et quasi herba fullonum. Et sedebit conflans, et emundans, quasi argentum, et quasi aurum. [49] » Sed quæ inde postea utilitas? « Erunt Domino, ait, sacrificia offerentes in justitia [50]. » D *Ignem* vero eas vocare consentaneum est, quæ ex bello, reliquisque rebus adversis, ortæ sunt calamitates, olim quidem idololatriæ nomine, postea vero, propter illatam Christo injuriam, conciliatas: quo **35** nimirum tempore ipsis admota *manu*, veluti peritus aliquis artifex, adulterina a veris (ut ista sibi reservet, illa autem perdat) *ignis* ope discrevit,

Βαπτίζει γὰρ πνεύματι καὶ πυρὶ, καὶ τῷ πτύῳ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς· Οὐκοῦν, τοὺς ἀποστόλους ἐπιλεξάμενος, τοὺς *ἀνόμους* καὶ *ἀλαζόνας* Ῥωμαίοις παρέδωκεν, ἀπειθήσαντας μὲν

Baptizat enim in spiritu et igni [51]; et ventilabro purgabit aream suam [52], et quæ deinceps. Selectis igitur apostolis, qui *iniqui* et *superbi* remanserunt Romanis tradidit, tanquam legis contemptores;

[46] Matth. XXIII, 23. [46*] Sap. VI, 7. [47] Joan. III, 18. [48] Coloss. III, 6. [49] Malach III, 2, 3. [50] ibid. [51] Matth. III, 11. [52] ibid. 12.

VARIÆ LECTIONES.

[h] γρ. ἦν. [i] Ισ. αὐτῶν.

elatoque in altum cornu adversus Deum iniquitatem loquentes [33]. Nec vero leve est animæ beneficium, quod ab ea secernantur *iniqui*, et qui defectionis auctores exstitere. Itaque et illæ, quibus Ecclesia utitur, formulæ, eos, qui vetita patrarunt, a reliquis separant, ne modicum fermentum totam massam adulteret [34]; ita tremendum illud in tenebras abjectorum judicium, ad quod imprudentes illi persæpe non advertunt, adumbrando. Verum quam non nisi maximo detrimento qui *iniqui* sunt cum aliis retineantur, vel ipse Paulus abunde testis est, ubi succenset Corinthiis [35], quod non luxissent, ut de medio sui, qui malum perpetrarat, tolleretur. His igitur abactis, ait, Reliquos tibi, tanquam aurum probatum, *restituam judices, et consiliarios; sicut antiquitus.* Neque enim si tales olim non habuissent, istud unquam ab eodem propheta audissent: « Ecce certe dominator Dominus exercituum auferet ab Jerusalem [36]. » Deinde quosnam adjiciens: « Et judicem, inquit, et prophetam [37]; » ubi nec venerandum omittit *consiliarium*, per quos, eo tempore, fidelis, judiciique, et justitiæ plena exstabat civitas; ad quorum exemplum, apostolos antea reliquiarum nomine significatos, cum de illis: *Nisi Deus Sabaoth reliquisset nobis semen*, usurpavit, effecturum se pollicetur: quo tempore, non *meretrix* amplius; sed recenti nomine *justitiæ civitas;* non homicidii, sed *justitiæ plena;* non *civitas* tantum, sed *civitatum magistra* vocabitur; eritque reliquis dux, et auctor salutis; quippe quæ de se cœtus eorum, qui solitario vitæ genere delectantur, tanquam colonias emittet; qualia dudum quidem apud Judæos integra, nunc plane exciderunt; sed per orbem universum **36** in Ecclesiis Christi, quæ supra petram fundatæ sunt, perpetuo ab apostolis, eorum successionis ordine, qui illas regunt, ita vigere cernuntur, ut illorum admiratione ductus David, pro patribus illi natos esse filios diceret [38]. Judæi enim cum essent, Judæorumque discipuli, et ipsorum Synagogæ filii, in patrum illi ordinem transierunt, veterem matrem Synagogam ad Christum deducentes. De Christo rursum, ejusque discipulis sic et alibi propheta: « Ecce rex justus regnabit, et principes cum judicio imperabunt [39]. » Quam ob rem vero regibus prætermissis, *judicum* tantum meminit, cum tamen inter reges non defuerint aliqui, qui probitatis nomine queant commendari? Quoniam sub *judicibus* libera, suique juris erat eorum vitæ ratio, nec regem alium, præter Deum noverant. Sponte enim, sed sano nequaquam consilio, regem sibi postularunt. Beneficiis ergo ornatos, ad beatum pristinæ vitæ statum redire erat operæ pretium cum possent. « Non enim rex erat in Israel, sed unusquisque quod in oculis suis rectum vide-

A τῷ νόμῳ, ἐπάραντας δὲ κέρας εἰς ὕψος καὶ λαλήσαντας κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν. Μεγάλη δὲ εὐεργεσία ψυχῇ, τὸ τοὺς *ἀνόμους* καὶ τῆς ἀποστάσεως αἰτίους αὐτὴν χορηθῆναι [i]. Διὸ καὶ τῆς Ἐκκλησίας οἱ τύποι, τοὺς ἀπηγορευμένα πλημμελοῦντας χωρίζουσιν, ὡς ἂν μὴ μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα δολώσῃ, τύπον ὄντας τῶν ἐκ τοῦ φοβεροῦ κριτηρίου πρὸς τὸ σκότος χωριζομένων, ὃ μὴ νοοῦντες ἀνεσθητοῦσιν πολλάκις. Τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ τοὺς *ἀνόμους* μὴ χωρίζεσθαι βλάβην παρίστησι Παῦλος ἐπιτιμῶν Κορινθίοις, ὅτι μὴ ἐπενθησαν, ἵνα ἐξαρθῇ ἀπ' αὐτῶν τὸ πονηρὸν ἐξειργασμένος. Τούτων δὲ, φησὶν, ἀπεληλαμένων, τοὺς περιλειφθέντας ὡς *Χρυσὸν δεδοκιμασμένον ἐπιστήσω σοι κριτὰς καὶ συμβούλους κατὰ τοὺς πρώην ἐκείνους*. Εἰ μὴ γὰρ εἶχον πά-
B λαι τοιούτους, οὐκ ἂν ἔλεγε διὰ τοῦ αὐτοῦ προφήτου· « Ἰδοὺ δὴ Κύριος Σαβαὼθ ἀφελεῖ ἀπὸ τοῦ Ἱερουσαλήμ. » Εἶτα εἰπὼν τίνας, ἐπιφέρει· « Καὶ δικαστὴν, καὶ προφήτην, » ἐν οἷς καὶ θαυμαστὸν *Σύμβουλον*, δι' οὗ· ὑπῆρχε τότε πιστὴ καὶ πλήρης κρίσεως καὶ δικαιοσύνης· καθ' οὓς ἐπαγγέλλεται τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι τὸ κατ' ἐκλογὴν λεῖμμα· περὶ ὧν ἔλεγεν· *Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα*, ὅτε καινῷ ὀνόματι *πόλις δικαιοσύνης* κληθήσεται ἀντὶ *πόρνης*· καὶ ἀντὶ τοῦ *φονευτῶν, πόλις πιστὴ* [k] *δικαιοσύνης* καὶ ἀντὶ *πόλεως, μητρόπολις*. Καὶ ἄλλοις καθηγουμένη πρὸς σωτηρίαν· καὶ οἷον ἀποικίας τινὰς στέλλουσα τῶν μοναζόντων τὸ σύστημα· τοῦτο δὲ πάλαι μὲν συν-
C εστήκει παρ' Ἰουδαίοις, καὶ πέπτωκε, νυνὶ δὲ καθ' ὅλης ὁρᾶται τῆς οἰκουμένης ἐν Ἐκκλησίαις Χριστοῦ τεθεμελιωμένον ἐπὶ τὴν πέτραν, ἀρχὴν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων λαβὸν, καὶ τῇ διαδοχῇ προεδρεῦον ἐν Ἐκκλησίαις, περὶ ὧν θαυμάζων ἔλεγεν ὁ Δαβίδ· « Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησάν σοι υἱοί. » Ἰουδαῖοι γὰρ ὄντες, καὶ Ἰουδαίων οἱ μαθηταὶ, καὶ τῆς ἐκείνων Συναγωγῆς υἱοὶ, πρὸς πατέρων μετέστησαν τάξιν ὁδηγοῦντες τὴν πάλαι μητέρα Συναγωγὴν ἐπὶ τὸν Χριστόν. Καὶ ἄλλος [l] δὲ προφήτης περὶ Χριστοῦ φησι καὶ τῶν μαθητῶν· « Ἰδοὺ δὴ βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσι. » Διὰ τί δὲ ὑπερβὰς τοὺς βασιλεῖς, τῶν *κριτῶν* ἐμνήσθη, καίτοι καὶ ἐν βασιλεῦσί τινες γεγόνασιν ἀγαθοί; Ὅτιπερ ἐπὶ τῶν *κριτῶν*, αὐτόνομος
D ὑπῆρχεν ἡ πολιτεία, καὶ Θεὸν μόνον ἠπίσταντο βασιλέα. Κατ' ἰδίαν γὰρ γνώμην ἐξ ἀβουλίας ᾑρήσαντο [m] βασιλέα. Ἐχρῆν οὖν εὐεργετουμένους ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν μακαρίαν κατάστασιν, τὸ ἐλευθέριον ἔχοντας. « Οὐ γὰρ ἦν βασιλεὺς ἐν Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἕκαστος τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐποίει. » Ἢ ὅτι [n] τοῦ ἀληθινοῦ βασιλέως ἐπειδημήσαντος, οὐκέτι βασιλέων ὑπῆρχε καιρὸς, *κριτῶν* δὲ, περὶ ὧν εἴρηται, ὅτι Καθίσετε ἐπὶ δώδεκα θρόνους κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. Πάλιν δὲ, διὰ τὸ αὐτεξούσιον, *συμβούλους* δώσειν ἐπήγγελται. Βασιλεὺς

[33] Psal. LXXIV, 6. [34] I Cor. v, 6. [35] ibid. 1, 2. [36] Isa. III, 1. [37] ibid. 2. [38] Psal. XLIV, 17. [39] Isa. XXXII, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[i] γρ. αὐτῆς χωρισθῆναι. [k] ἄρ. πιστή. [l] γρ. ἀλλαχοῦ. [m] γρ. ᾐτήσαντο. [n] γρ. ἤ

μὲν γὰρ προστάττει, πείθει δὲ *σύμβουλος* τοὺς οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν συνορῶντας τὰ δέοντα. Πᾶς οὖν ἐπίσκοπος, οὐχ ἄρχων, ἀλλὰ *σύμβουλος* δέδοται, ὡς οἱ προφῆται, καὶ Μωϋσῆς· οἷς πᾶσιν[o]... νόσιν ἐξομοιοῦσθαι χρεών. « Γνώμην δὲ δίδωμι ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου. » Ὅτι δὲ περὶ ὀλίγων ὁ λόγος, ἀπὸ τοῦ Ἰουδαίων περιλειφθέντων λαοῦ δεδήλωκεν ἐπενεγκών· *Μετὰ γὰρ κρίματος σωθήσεται ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς, καὶ μετὰ ἐλεημοσύνης*. Ἢ ὡς οἱ λοιποὶ ἑρμήνευσαν *μετὰ δικαιοσύνης*. Οἱ γὰρ σωτηρίας ἄξιοι κριθέντες ὑπὸ Θεοῦ, μόνον τεύξονται τῆς ἐπαγγελίας, τῶν Ἰουδαίων φανταζομένων μίαν τὴν ἐπιστροφὴν ἔσεσθαι τοῦ παντὸς αὐτῶν ἔθνους. *Αἰχμαλωσίας*[p] δὲ ἀπαλλαγὴν ἀπὸ πλάνης ἐπὶ Θεοῦ γνῶσιν μεταβολήν, διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ τὴν ἔχουσαν περικοπήν· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. » Ἐν ᾗ ἐστι, « Κηρῦξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν· » περὶ ἑαυτοῦ εἰρῆσθαι διισχυρίσατο. Οὐδὲν γὰρ νῦν ὁ προφήτης περὶ αἰσθητῶν πολεμίων διήλεκται. Ἀλλ' ἕκαστος ἁμαρτάνων ὑπὸ τοῦ πολεμίου δέσμιος, καὶ . . . .

. . . .

σχηματισμῷ τὴν παρ' ἀνθρώπων δόξαν θηρῶντες, μετὰ τὴν φανέρωσιν τῶν κρυπτῶν (ὅταν γένηται πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα, μηδέ τις ἢ[q] κτίσις ἀφανής), ἄωρον ἔσονται θέαμα τῆς νῦν περὶ αὐτοὺς ἀπάτης ἀφανισθείσης, ὥς τε *δρυῒ* τὰ κατ' αὐτοὺς ἀπεικάζεσθαι· οὕτω γὰρ οἱ λοιποὶ τὴν *τερέβινθον* ἐκδεδώκασιν. Καὶ ἐν τῇ Γενέσει δὲ τὴν αὐτὴν *δρῦν* καὶ *τερέβινθον* μεμαθήκασιν. *Ἔσται δὲ καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ὡς καλάμη στυππίου*. Ἀλλ' οὐ σίτου, οὐ δέ τινος ἑτέρου ἀναγκαιοτέρου, « Διὰ τὸ ἀφῃρῆσθαι παρ' αὐτῶν ἰσχύοντα, καὶ ἰσχύουσαν ἰσχὺν ἄρτου, καὶ ἰσχὺν ὕδατος, γίγαντα, καὶ ἰσχύοντα. » Ὡς μὴ δύνασθαι κατὰ Παῦλον εἰπεῖν, « Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. » -« Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; » ἀπολέσαντες γὰρ τὴν ἐλευθερίαν, τοῖς τυχοῦσι Ῥωμαίων δουλεύουσιν ἄρχουσιν, καὶ ἡ τῶν εἰδώλων, ἐν οἷς ἐθάῤῥουν, *ἰσχὺς* διελήλεγκται. Οὕτω σειραῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων ἕκαστος σφίγγεται. Αὐτὰ γὰρ αὐτοῖς γέγονε μονονουχὶ *πῦρ* τε καὶ ξύλα. Καὶ ἡ προσδοκηθεῖσα δύναμις αὐτοὺς *πυρὶ* ἀσβέστῳ παρέδωκεν, ὡς καὶ πάντα τὰ παρ' ἡμῶν πλημμελούμενα πυρὶ τοὺς δράσαντας παραδίδωσιν, κἂν αὐχῶσιν[r] εἶναι Χριστιανοί. *Ἄνομοι* [*καταυχηθήσονται*] γὰρ, φησὶ, καὶ *ἁμαρτωλοὶ ἅμα*. Μηδεὶς οὖν ψιλῷ καυχάσθω Χριστιανισμῷ. Αἱ γὰρ ἐργασίαι πᾶσι *πυρὸς* αἴτιαι γίνονται τοῖς μὴ χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ λίθους τιμίους, μόνην δὲ καλάμην οἰκοδομοῦσιν, ὡς περὶ τῶν Ἰουδαίων ὁ λόγος·[s] ὧν τὴν *μητρόπολιν* καὶ τὸ αἰσθητὸν ἐπενείματο *πῦρ* παροινησάντων εἰς τὸν Χριστόν. Τινὲς δὲ, διὰ τῶν προκειμένων, τὴν μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν ἔφησαν

A batur, faciebat [60]. » Aut quoniam veritatis absente rege, regibus locus non remaneret, sed *judicibus* : quos supra thronos duodecim sessuros, totidemque tribus Israel judicaturos esse legimus [61]. Deinde vero, propter arbitrii libertatem *consiliarios* daturum se pollicetur. Est enim regis imperare ; *consiliarii* autem, eos, qui per se non vident quæ recta sunt, edocere. Meminerint igitur episcopi se non tanquam principes, aut imperatores sed ut *consiliarios* (quales prophetæ ipsi, et Moses exstiterunt; quibus per omnia similes esse debent) populo concedi : « At ipse consilium do, tanquam misericordiam consecutus a Deo [62]. » Verum enimvero, quoniam de paucis sermo est, a Judaici populi reliquiis progreditur, his verbis : *Cum judicio enim*
B *salvabitur captivitas ipsius, et cum misericordia* ; vel, prout alii sunt interpretati, *cum justitia*. Quos enim Deus *salute* dignos censuit, soli illi promissionis erunt participes; quantumvis solam gentis suæ universæ conversionem nescio quam somnient Judæi. **37** *Captivitatis* autem liberationem, eam dicit mutationem, quæ ab errore fiet, renovato ad Dei cognitionem animo : quæque nullam postea habitura sit intermissionem ; unde illud est, quod ait Salvator : « Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. » Quo loco ? « Prædicare captivis remissionem [63], » de se dici confirmavit. Nihil enim nunc de iis hostibus, qui sub sensum cadunt, propheta disputat. Imo omnis peccator ab hoste vinctus,
C et . . . .

. . . .

ficto vultu ab hominibus gloriam venantes, postquam quæ latent, retecta fuerint (quo nimirum tempore nuda fient et aperta omnia [64], nullusque latendi creaturæ remanebit locus), tum patefacta fraude, adeo injucundum de se præbebunt spectaculum ; ut eos non immerito *quercui* assimilarit ; sic enim reliqui pro *terebintho* reddiderunt ; et in Genesi [65] idem *quercum* et *terebinthum* esse didicerunt. *Erit* porro et *robur ipsorum tanquam lini stipula*, non frugum, aut rerum magis necessariarum; quando « Ab eis ablata sunt fortitudo omnis, omneque robur panis, et robur aquæ, et fortis, et vir bellator [66]: » quibus effectum est, ut cum Paulo di-
D cere non queat: « Omnia possum in eo qui me confortat Christus [67]: » -« Quis nos separabit a dilectione Christi [68]? » Nam libertate prorsus amissa, quibuslibet Romanorum serviunt imperatoribus, illudque idolorum *robur*, cui fidebant tantopere, vanum jam *roboris* nomen apparet. Adeo suis quisque peccatis, tanquam catenis, constringitur. Illis enim ipsa pro *igne* et lignis exstiterunt ; illosque exspectata virtus **38** perpetuo *igni* tradidit ; non

[60] Judic. XXI, 24. [61] Matth. XIX, 28. [62] I Cor. VII, 25. [63] Isa. LXI, 1 ; Luc. IV, 18, 19. [64] Hebr. IV, 13. [65] Gen. XXXV, 4, 8. [66] Isa. III, 1. [67] Philipp. IV, 13. [68] Rom. VIII, 35.

VARIÆ LECTIONES.

[o] Ἴσ. γρ. κανόσιν. [p] *locum hunc varie mutilum, et perturbatum, sic legi posse putarim* : αἰχμαλωσίας δὲ ἀπαλλαγὴν λέγει τὴν ἀπὸ πλάνης ἐπὶ Θεοῦ γνῶσιν μεταβολήν, μὴ ἔχουσαν περικοπήν. Διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ φησι· Πνεῦμα. [q] γρ. ἦ. [r] γρ. αὐχῶμεν. [s] Ἴσ. λ. φησίν.

aliter, quam quæ a nobis improbe aguntur omnia, quantumlibet ipsi Christiano nomine gloriemur. *Comburentur* enim, ait, *iniqui et peccatores simul.* Cesset igitur jam quilibet nudum Christiani nomen confidenter jactare. *Ignis* enim quibuslibet operationes causæ sunt, qui neque aurum, neque argentum, neque lapides pretiosos, sed solam stipulam ædificant [67]; veluti de Judæis præsens indicat oratio : quorum ne *principi* quidem *civitati* idem ille, qui sub sensum cadit, *ignis*, propter illatam Christo injuriam, pepercit. Non desunt autem, qui, per ea, quæ præmissa sunt, eorum statum, quæ captivitatem secuta sunt, demonstrari putent ; cum veteris gloriæ splendorem, judicesque bonos, et veræ in Deum pietatis cultum amisisse Judæos puderet. Aiunt etiam hoc demum pudore tactos esse, cum captivitate affligerentur. Erubuerunt enim, aiunt, vel tum maxime, cum omni ope destituti, eaque spe, quam in idolis collocarant, imbecilles esse se, et divini *furoris ignem* in sese accendisse didicerunt. Sed quis divinæ voluntatis decreta possit impedire ?

A δηλοῦσθαι κατάστασιν, τὴν ἀρχαίαν δόξαν ἀπειληφότων, καὶ κριτὰς ἀγαθούς, καὶ αἰσχυνομένων ἐφ' οἷς πάλαι κατέλιπον τὸν Θεόν · καὶ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ δὲ ταύτην φασὶ, τὴν αἰσχύνην ᾐσχύνθησαν πάντων στερηθέντες, καὶ ματαιωθείσης αὐτοῖς τῆς ἐπὶ τοῖς εἰδώλοις ἐλπίδος, δι' ἣν γεγόνασιν ἀσθενεῖς, καὶ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ τὸ *πῦρ ἀνῆψαν* ἐφ' ἑαυτούς. Ἀπόφασιν δὲ Θεοῦ τίς δὴ κωλῦσαι δυνήσεται ;

CAP. II.

39 VERS. 1-4. *Verbum, quod factum est ad Isaiam filium Amos, de Judæa et Jerusalem*, etc.

Prima quidem adversus Judæam visio inscripta est. Præsens autem *de Judæa*, vel, secundum Symmachum, *super Israel.* Certe si de hac, postquam comminationes recensuit, quæ fausta sunt, adjecisset, mutationem appellare decuisset. Sed quoniam de hac rursum, quæ tristia sunt, addidit his verbis : *Dereliquit populum suum, domum Jacob*, etc. Itemque : *Ecce certe Dominus exercituum auferet a Judæa*, et quæ deinceps : consequenter et ista ad visionem, quæ in Judæam præcessit, referuntur, tanquam illius repetitionem habeant inertiæ. Sunt autem et ista ob id *de Judæa* inscripta, quod cum gentibus, de quibus nunc sermo est, *Judæos* etiam ad veritatis notitiam vocat, his verbis : *Et nunc, domus Jacob, venite, et ambulemus in luce Domini.* Fortassis autem et istos imprimis vocat. Abunde siquidem eos visione præcedenti adhortatus, cum præter paucos rejecisset, ad gentes transiit : quibuscum nihilominus et illos vocavit. Itaque et Paulus ait : « Vobis oportebat primum loqui verbum Dei : sed quoniam repellitis illud, ecce convertimur ad gentes [67*]. » Quod et hac etiam prophetica oratione usurpari videmus. Nec vero absurdum præterea videtur, *super Judæa* inscriptionem admittere, cum inde Evangelii, cujus virtute prædicationis et curationis opera patravit Christus, gratiam cœpisse notum sit. Neque enim quod illis comminatus est, iisdem primum hanc esse communicatam gratiam prohibet. Itaque et de hac concionatus est his verbis Zacharias :
40 « Lauda et lætare, filia Sion [68], » quæ cum istis eadem sunt. Quod si quis mentem intueatur, nunc de *Judæa* alia, et *Jerusalem* ; vel, ut interpretatur Symmachus, *pro Jerusalem*, sermo esse videatur. Recentem enim, præter eam, quæ a Mose lata est, legem, aliudque *verbum*, et *montem* etiam

B

ΚΕΦΑΛ. Β'.

α-δ'. Λόγος ὁ γενόμενος πρὸς Ἡσαΐαν υἱὸν Ἀμὼς περὶ τῆς Ἰουδαίας καὶ περὶ Ἱερουσαλήμ.

Ἡ μὴν πρώτη, κατὰ τῆς Ἰουδαίας ὅρασις ἐπεγέγραπτο· ἡ δὲ νῦν, *περὶ τῆς Ἰουδαίας*· κατὰ δὲ Σύμμαχον, *ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ.* Εἰ μὲν περὶ ταύτης ἐπέφερεν ἀγαθὰ, τῆς εἰρημένης ἀπειλῆς ἠνεικα [t] ειν μεταβολήν. Ἐπειδὴ δὲ σκυθρωπὰ περὶ ταύτης πάλιν ἐπήνεγκεν [u]... *νηκε τὸν λαὸν αὐτοῦ τὸν οἶκον τοῦ Ἰακὼβ*, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ πάλιν, *Ἰδοὺ δὴ Κύριος Σαβαὼθ ἀφελεῖ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀκολούθως ἀποδέδοται καὶ [v]... κατὰ τῆς Ἰουδαίας ὁράσει καθάπερ ἐκείνης ἐπανάληψιν ὄντα [x] ῥώνης... Τὰ νῦν [x*] *κατὰ τῆς Ἰουδαίας* ἐπέγραψεν, ἐπειδὴ μετὰ τῶν ἐθνῶν, περὶ ὧν νῦν ὁ λόγος, καὶ τοὺς Ἰουδαίους
C ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας γνῶσιν καλεῖ λέγων, *Καὶ νῦν, ὁ οἶκος τοῦ Ἰακὼβ, δεῦτε καὶ πορευθῶμεν ἐν τῷ φωτὶ τοῦ Κυρίου.* Τάχα δὲ καὶ προηγουμένως τούτους καλεῖ. Καὶ διὰ τῆς προλαβούσης γὰρ ὁράσεως ἱκανῶς αὐτοὺς προετρέψατο, καὶ πλὴν ὀλίγων ἀποδοκιμάσας αὐτοὺς, πρὸς τὰ ἔθνη χωρεῖ. Μεθ' ὧν κἀκείνους οὐδὲν ἧττον καλεῖ. Τοιγαροῦν καὶ Παῦλός φησιν· « Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρωτον λαλῆσαι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. » Τοῦτο καὶ νῦν ἐν τοῖς τοῦ προφήτου λόγοις γεγένηται. Οὐκ ἀποτρόπου δὲ πάλιν *ὑπὲρ τῆς Ἰουδαίας* εἶναι νῦν εἰπεῖν τὴν ἐπιγραφὴν, διὰ τὸ τὴν εὐαγγελικὴν ἐντεῦθεν ἄρξασθαι χάριν, καθ' ἣν τὸ κήρυγμα, καὶ τὰς θεραπείας ὁ Χριστὸς
D ἐπεποίητο. Τὸ γὰρ αὐτοὺς [y] ἠπειληκέναι, τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν οὐκ ἀθετεῖ πρῶτον εἰς αὐτοὺς γενομένην. Τοιγαροῦν καὶ Ζαχαρίας ταύτην εὐηγγελίζετο· « Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιὼν, » καὶ τὰ αὐτὰ ταῦτα. Τῷ δὲ πρὸς νοῦν ὁρῶντι περὶ ἑτέρας δόξειεν λέγεσθαι νῦν *Ἰουδαίας· καὶ Ἱερουσαλὴμ*, καὶ *ὑπὲρ Ἰουδαίας*, κατὰ τὸν Σύμμαχον. Εἰσάγει γὰρ νόμον παρὰ τὸν Μωσέως καινὸν, καὶ *λόγον* ἕτερον, καὶ ὄρος ἄλλο καινὸν, τὸ πάλαι μὲν ἀφανὲς, νῦν δὲ γεγονὸς ἐμφανὲς, *οἶκόν τε Θεοῦ* τοῖς ἔθνεσιν ἐγνωσμένον,

[67] I Cor. III, 12. [67*] Act. XIII, 46. [68] Zachar. II, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[t] *Ἴσ. γρ.* ἔδει καλεῖν. [u] *Ἴσ.* εἰπὼν, ἀνῆκε. [v] *Ἴσ.* καὶ τάδε τῇ. [x] *ἴσ.* ῥαστώνης. [x*] Τὰ νῦν δὲ περὶ τῆς. [y] *γρ.* αὐτοῖς.

οὐκ Ἰουδαίοις. Ἀκολούθως οὖν καὶ *Ἰουδαίαν* καὶ *Ἱερουσαλὴμ* ἐκληπτέον ἐπηγγελμένας τοῖς ἔθνεσιν. Περὶ ἧς φησι, « Γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός. » Εἴη δ' ἂν ἡ τὴν Θεοῦ γνῶσιν ἀνειληφυῖα ψυχή, ἣν οὐκ ἔσχεν ὁ πρῶτος λαός. Ἔφη γάρ, « Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν. » Διὸ λαὸς Γομόῤῥας καὶ Σοδόμων ἄρχοντες ἐχρημάτισαν. Ἀκολούθως τοίνυν κλήσεως ἐθνῶν θεσπιζομένης, τὸν τοῦ *Θεοῦ Λόγον* προτάττειν ἐχρῆν συμφώνως Ἰωάννῃ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀρχὴν ἀπὸ τούτου ποιήσαντι, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος. » Αὐτὸν γὰρ καὶ νῦν ὁ προφήτης εὐαγγελίζεται. Ταὐτὸν δὲ ὅρασίς τε καὶ *λόγος*. Οὐδέτερον γὰρ αἰσθητόν. Ἃ γάρ τις ἀκούει, βλέπει τῷ νῷ. Καὶ ὧν αὖθις ὁρᾷ, φέρει τοὺς λόγους ἐν ἑαυτῷ. Καὶ πάλιν, μία μὲν ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις δύναμιν ἐκ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις παρέχουσα πρὸς τὴν τῶν ἀγνοουμένων διάγνωσιν δι' ἀποκαλύψεώς τε καὶ φωτισμοῦ τῆς καρδίας· κατὰ δὲ τὴν τῶν πραγμάτων διαφορὰν, περὶ ἃ ἡ γνῶσις, ὅρασις, ἢ *λόγος* εἰκότως ἂν λέγοιτο. Ἀνωτέρω μὲν οὖν τὰ παρόντα ἐβλέπετο, ἡ κακία τοῦ λαοῦ, ὁ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ χωρισμὸς, τὸ περὶ τὸν εὐεργέτην ἀχάριστον· ἐνταῦθα τὸ μέλλον προαγορεύεται. Διὰ τοῦτο *λόγος* περὶ τῶν ἐθνῶν τονῦν προαγορεύεται. Οὐ γὰρ Ἰουδαίων μόνον ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν. Καὶ κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, « Οὐχ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ. » Τῷ μὲν οὖν φανερῷ τὰ προειρημένα, τῷ δὲ κρυπτῷ τὰ μέλλοντα λέγεσθαι [a]. Ὁ δὲ *οἶκος τοῦ Θεοῦ* ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, τεθεμελιωμένη ἐπὶ τὴν ἀῤῥαγῆ καὶ σωτήριον πέτραν. *Ἐσχάτας* δὲ ἡμέρας καλεῖ, τὰς τῷ τέλει τοῦ παρόντος αἰῶνος ἐγγύς· συγγενεῖς [a] γὰρ τοῖς ὁρωμένοις ὁ χρόνος καὶ φθειρομένοις συμφθείρεται. Συνῳδὰ δὲ τούτοις τεθέσπικεν Ἰακὼβ τὰ ἐπ' ἐσχάτων ἐσόμενα τοῖς παισὶ λέγειν ἐπαγγειλάμενος, « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως οὗ ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Καὶ νῦν γὰρ *ἥξει*, φησὶ, *πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ τὸ ὄρος Κυρίου*, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, τὴν Χριστοῦ δηλῶν Ἐκκλησίαν, περὶ ἧς αὐτός φησιν· Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη. Τὸ ἐπ' *ἄκρου* δὲ τῶν *ὀρέων* ὁ Παῦλος ἡμῖν ἐξηγήσατο φήσας, « Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν προφητῶν. » Τὸ δὲ *ὄρος τοῦ Θεοῦ* εἴποις ἂν ἴσως σωματικώτερον, ὡς Ἰουδαῖοι, τὸ ἐπὶ χωρὰς αὐτοῖς [b]. Καὶ πῶς *ἐμφανὲς* ἔσται φησίν, ὡς λανθάνοντος πρότερον; οὔτε γὰρ ἄλλου ὄρους γένεσιν, οὔτε δευτέρου *οἴκου* κατασκευὴν ἐπ' ἄλλων *ὀρῶν* ἐσομένην ὁ σάρκινος Ἰσραὴλ περιμένει· κατὰ δὲ τοὺς Ἡσαΐου χρόνους καὶ τὸ *Σιὼν ὄρος*, καὶ ὁ ναὸς, πᾶσιν ἐφαίνετο κατὰ τὴν νῦν διάνοιαν ὁ *ὑψηλὸς* καὶ οὐράνιος τοῦ Κυρίου *Λόγος* ὁ εὐαγγελικός. Ἢ, ὡς ὁ μέγας Παῦλος *Σιὼν ὄρος* ἐπουράνιον εἶναι διδάσκει, καὶ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἥν τινά φησιν εἶναι μητέρα πάντων ἡμῶν. Οὐκ ἦν δὲ ἄρα τοῖς παλαιοῖς ἀνθρώποις *ἐμφανὲς* τοῦτο τὸ

novum alium, antea quidem obscurum, nunc vero illustrem, *domumque Dei* gentibus notam, non Judæis inducit. Sequitur ergo, ut *Judæam*, et *Jerusalem*, gentium prædicatione illustres intelligamus, a quibus « Notus in Judæa Deus [69] » dicitur. Fortasse vero et animus esse queat, qui Dei cognitionem resumpserit, qua primus carebat populus. Ait enim : « Israel autem me non cognovit; et populus me non intellexit [70]. » Quo fit ut populus Gomorrhæ Sodomorumque principes evaserint. Bono igitur ordine, post gentium vocationem, *Verbum Dei* prophetiæ præmisit; ut cum Joannis Evangelio conveniret, qui ejus a Verbo, « quod erat in principio [71], » sumpsit exordium. Ipsum enim etiam nunc propheta enuntiat. Idem vero visionis, quod *verbi* nomine significari putandum est; cum neutrum sensibus percipiatur. Quæ enim quis audit, mente intuetur. Et quæ oculis usurpamus, eorum intus ipsi rationes gerimus. Una quidem est præterea Spiritus gratia, virtutem a Deo sanctis viris, ad eorum quæ ignorantur, cognitionem per revelationem, cordisque illustrationem præstans; sed pro negotiorum differentia, in quæ cognitio incumbit, vel visio, vel *verbum* merito dicatur. Superius quidem ergo, quæ præsentia erant, ipsa nimirum populi iniquitas ; ipsa a Deo secretio, ipse denique in beneficum et liberalem ingratus animus cernebatur; sed hic futurarum rerum agitur prædictio : *verbumque* ideo de gentibus nunc prædicitur. Neque enim Judæorum tantum Deus est, sed et gentium. Deinde Apostolo teste : « Non qui in aperto Judæus est, sed qui in occulto [72]. » Ergo ad apertum superiora, ad occultum futura referuntur. *At domus Domini* illa ipsa est, quæ ex gentibus supra firmam salutaremque petram fundamenta jecit Ecclesia. *Novissimos* **41** autem dies vocat, qui extremum hujus sæculi finem prope attingunt. Cognatum enim iis, quæ cadunt in aspectum, tempus est ; illisque pereuntibus non potest non corrumpi. Conveniunt autem cum istis, quæ vaticinatus est Jacob ; ubi quæ postremis temporibus liberis suis essent eventura, dicturum se professus, ait : « Non auferetur sceptrum de Juda, neque dux de femore ejus, donec veniat quod reconditur, et ipse erit exspectatio gentium [73]. » Et nunc enim ait : *Venient omnes gentes in montem Dei ;* Christi videlicet Ecclesiam : de qua, quæ supra montem est, civitatem abscondi non posse legimus [74]. Quod autem in *vertice montium* dixit, vel Paulo pateat interprete; qui superædificatos super fundamentum apostolorum et prophetarum scribit [75]. *Montem Dei* præterea crassius fortasse quis ex Judæorum sensu, eum intelligat, qui in ipsa regione patet. Sed qui tandem *manifestum* fore ait ; quasi prius latuisset ?

[69] Psal. LXXV, 1. [70] Isa. I, 3. [71] Joan. I, 1. [72] Rom. II, 28, 29. [73] Gen. XLIX, 10. [74] Matth. V, 14. [75] Ephes. II, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. λέγεται. [a] γρ. συγγενής. [b] γρ. χώρας αὐτῆς.

Neque enim vel *montis* ortum recentem, vel *domus* alterius quibuslibet in montibus ædificationem carnalis exspectat Judæus. Imo vel ipsis Isaiæ temporibus, *Mons Sion*, et templum, eodem, quo nunc, sensu, *excelsa*, cœlesteque Dominici Evangelii *verbum*; esse apparebat; aut, sicut magnus docet ille Paulus, *mons Sion* cœlestis, supernaque Jerusalem, quam communem omnium matrem idem nominat [76]. Nec eo tamen tempore priscis hominibus talis *mons* ante *manifestus* exstitit, quam peccati Christus profligator, petra factus, supra quam suam ipse Ecclesiam construxit [77], in terris innotesceret. Omnibus enim jam, cum substrata eidem petra, inclaruit Evangelii *verbum*; ex quo mysterium illud, quod ab infinito sæculo latebat, ad temporum consummationem prodiit in lucem [78]. *Monti* porro Christi comparatus est in terram descensus; quia *mons* est, quod in terra multum eminet, ipsaque Domini caro, terra alioquin naturæ communione existens, per eam, quam habet cum Deo, affinitatem, sursum assumpta, elevataque est: quam qui imitantur, *montes* illi, et petræ *domum Dei* fulcientes **42** vocantur; qualis et Petrus exstitit, de quo illud: « Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam [79], » legimus. Qualis item quisquis supra caduca hæc evectus, rerum divinarum cognitione, pro sua animi magnitudine, actionumque sinceritate, perfruitur. Iidem vero et ipsi sunt *montium vertices*, in quibus constructa est *Domus Domini elevata super colles*; id est supra terræ cumulos modice quidem a terra elatos, humilibusque paulo sublimiores; sed altissimis tamen depressiores. Quoniam vero Domini et hominum celsitudo, quantumlibet omnes rerum gestarum magnitudine clarissimos simul comprehendas, similis nunquam esse potest; ob id eam *super colles elevari* dixit. Amplioris enim gloriæ ipse præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricavit illam. Item præ Abrahamo, qui exsultavit, ut videret diem incarnationis, et vidit, et gavisus est, et decimas Melchisedecho, Christi typum gerenti præstitit. Talis enim Dominicæ incarnationis exstitit dispensatio. « Peccatum enim non fecit, nec inventus est in ore ipsius dolus [80]. » Absit enim, ut Deo gloriam ab ea celsitudine, qua rebus subjectis eminet, quaque vel cœlos exsuperat dignitate, quæramus. *In domum Domini* ergo, inquit, *venient omnes gentes*. Venient enim salutari prædicatione vocati: « Quoniam prædicabitur Evangelium hoc in universo mundo [81]. » Item, quoniam apostolorum vox in omnem terram exivit [82]. Cæterum quonam tandem pacto *venturas gentes omnes*, deinde *multas ambulaturas* significat? Nimirum, ut ad fidem, quod præcedit, quod sequitur autem, ad vitæ genus refera-

A ὄρος· ἀλλ' ὅτε Χριστὸς εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας πεφανέρωται, γενόμενος τοῖς ἐπὶ γῆς πέτρα, ἐφ' ᾗ τὴν ἰδίαν ᾠκοδόμησεν Ἐκκλησίαν. Ἐφάνη γὰρ νῦν ἅπασιν ὁ εὐαγγελικὸς *λόγος* μετὰ τῆς ὑποκειμένης αὐτῷ πέτρας, ὅτε τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐπὶ συντελείᾳ τῶν χρόνων ἐφανερώθη. *Ὄρη* [c] δὲ ἡ τοῦ Κυρίου κάθοδος ἐπὶ γῆς παρεικάσθη, διότι τὸ *ὄρος* ἐπὶ γῆς ἐστιν ὑψηλόν· καὶ ἡ σὰρξ δὲ τοῦ Κυρίου, γῆ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν ὑπάρχουσα, διὰ τῆς συναφείας τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀνυψώθη, ὃν οἱ μιμούμενοι χρηματίζουσιν *ὄρη*, καὶ πέτραι τὸν *οἶκον* ἀνέχοντες *τοῦ Θεοῦ*, οἷος ἦν ὁ Πέτρος πρὸς ὃν εἴρηται, « Καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, » καὶ πᾶς ὅς τις ὑψηλὸν καὶ ἐπηρμένον ἔχει τὸ φρόνημα τῶν γηΐνων ὑπερανεστη- B κὼς, χωροῦν τε τὴν θείαν γνῶσιν διὰ μέγεθος νοῦ καὶ καθαρότητα πράξεων. Οἱ δὲ τοιοῦτοι *ἄκρα* εἰσὶ τῶν *ὀρέων*, ἐφ' ὧν ᾠκοδόμηται ὁ τοῦ *Θεοῦ οἶκος ὑπερυψούμενος τῶν βουνῶν*, οἵ τινες γήλοφοί τινές εἰσιν εὐπερίγραπτον ἔχοντες τὴν ἀπὸ γῆς ἐπανάστασιν, τῶν μὲν ταπεινῶν ὑπερέχοντες, τῶν δὲ ὑψηλοτάτων ἀπολιπόμενοι. Ἐπεὶ οὖν ἀνείκαστος ἡ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Κυρίου ὑπεροχὴ πρὸς πάντας ὁμοῦ τοὺς ἐν οἵοις δήποτε διαφανεστάτους κατορθώμασιν, διὰ τοῦτο καὶ *τῶν βουνῶν ὑπερανέστηκε*. Μείζονος γὰρ δόξης παρὰ Μωϋσῆν ἠξιώθη, καθ' ὅσον μείζονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν· καὶ παρὰ τὸν Ἀβραὰμ, ὃς ἠγαλλιάσατο τὴν ἡμέραν ἰδεῖν τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ ἴδεν, καὶ ἐχάρη, καὶ δεκάτας δέδωκε τῷ Μελχισεδὲκ, ὃς ἦν τύπος τοῦ Κυρίου. C Ἡ μὲν οὖν ἔνσαρκος τοῦ Κυρίου οἰκονομία τοιαύτη. « Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Μὴ γὰρ εἴη τὴν θεότητα δοξάζειν ἐκ τῆς πρὸς τὰ δοῦλα ὑπεροχῆς, ἧς ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπεια ὑπὲρ ἄνω τῶν οὐρανῶν. *Ἐπὶ* οὖν *τοῦ Κυρίου πᾶν ἔθνος ἥξει*, φησίν. *Ἥξει* γὰρ ἐπὶ τὴν πίστιν πάντα κληθέντα τῷ σωτηρίῳ κηρύγματι· « Κηρυχθήσεται γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. » Καὶ τῶν ἀποστόλων ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. Ἀλλὰ πῶς ἐν μὲν τῷ, *ἥξειν πάντα* ἔφη *τὰ ἔθνη*· ἐν δὲ τῷ, *πορεύεσθαι πολλά*; ὅτι τὸ μὲν, ἐπὶ τοῦ πιστεύειν τέτακται· τὸ δὲ *πορεύεσθαι*, ἐπὶ τοῦ πολιτεύεσθαι. Πάντες γὰρ ὁμολογοῦμεν τὴν πίστιν. Πάντες δὲ, κατὰ τὰς ἐντολὰς [οὐ] πορευόμε- D θα. Ἐπὶ γὰρ πολιτείας καὶ ὁ θεῖος ἔφη Δαβὶδ, « Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου. » Πῶς οὖν *ἔθνη πολλὰ* φησὶ, τοῦ Κυρίου λέγοντος ὀλίγους εἶναι τοὺς εὑρίσκοντας τὴν ὁδόν; ὅτι ἄλλο *ἔθνος*, ἡ ὁλότης· ἄλλο δὲ τὸ πλῆθος τὸ ὑπ' αὐτό. *Πολλὰ* μὲν οὖν *ἔθνη*, ἐν οἷς οἱ βιοῦντες ὀρθῶς· ἐκ δὲ τῶν ὑφ' ἕκαστον ἔθνος, ὀλίγοι.

[76] Galat. IV, 26. [77] Matth. XVI, 18. [78] Coloss. I, 5 seqq. [79] Matth. XVI, 18. [80] I Petr. II, 22. [81] Matth. XXVI, 13. [82] Psal. XVIII, 5; Rom. X, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[c] γρ. ὄρει.

tur. Fidem enim nulli non profitemur; cum tamen secundum præcepta non omnes ambulemus. Nam et de vitæ ratione intellexit quod ait David sanctissimus : « Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini [83]. » At vero, qui *gentes multas* dixit, cum paucos esse, qui viam inveniant testetur Dominus [84]? Quia aliud, est *gentem* dicere universam, aliud subjectam *genti multitudinem*. **43** Sunt ergo *gentes multæ*; inter quas non desunt, qui recte vivant: ex illis autem, qui singularum *gentium* nomine continentur, pauci.

A Καὶ Σοφονίας φησὶ, « Πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἥξουσι τοῦ δουλεύειν αὐτῷ ὑπὸ ζυγὸν ἕνα. » Ἀπολιπόντα τοίνυν τὰ *ἔθνη* τὴν πολύθεον πλάνην καὶ τὰ πάλαι νομιζόμενα δαίμοσιν ἢ θεοῖς ὄρη σωματικὰ σπεύδει νῦν ἐπὶ τὸν ὄντως Θεὸν ἀλλήλοις παρακελευόμενα· *Δεῦτε, καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ*. Οὐκ εἴρηται δὲ νῦν οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος καὶ *Θεὸς*, ἀλλ' *Ἰακώβ*· ἐπειδήπερ ὤφθη τῷ *Ἰακὼβ* ἐν ἀνθρωπίνῳ σχήματι, καὶ τὴν τοῦ πατριάρχου προσηγορίαν μετέβαλεν καλέσας αὐτὸν Ἰσραήλ. Διὸ καὶ τὸν τόπον ἐκάλεσεν *εἶδος Θεοῦ*, εἰπών· Ἴδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. Νῦν οὖν φησιν αὐτὸν ἐκεῖνον τοῖς *ἔθνεσι* γνώριμον ἔσεσθαι, ὡς τῷ *Ἰακὼβ* τὴν τῶν *ἐθνῶν* ἐπηγγείλατο κλῆσιν· οἷς νῦν προφητεύει τὸ *ὄρος* καὶ τὸν *οἶκον τοῦ Θεοῦ*, τὰ ἐν οὐρανοῖς ἐμφανῆ γενέσθαι καὶ γνώριμα Παύλου λέγοντος· « Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. » Καὶ, « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. » Οἱ δὲ προκόπτοντες τῇ γνώσει, καὶ οἷον προκαταλαβόντες τὰ ἄνω, προκαλοῦνται πρὸς ὅμοιον ζῆλον τοὺς ἐμφιλοχωροῦντας τοῖς κάτω. Ὁ γὰρ συνεγερθεὶς τῷ Χριστῷ, καὶ τὰ ἄνω ζητῶν, χειραγωγεῖ τοὺς φρονοῦντας ἐπίγεια. Καὶ εὐκτέον ἀνιόντας μὴ κατελθεῖν. Διττὴ γὰρ ἡ σχέσις. Νοοῖτο δ' ἂν ἐπὶ τῆς σαρκικῆς οἰκονομίας ὀρθῶς, Θεοῦ μὲν συγκαταβαίνοντος τῇ τῆς σαρκὸς κοινωνίᾳ, ταύτης δὲ συνυψουμένης ἑνώσει τῇ πρὸς αὐτόν. Προτρέπωμεν τοίνυν ἀλλήλους ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς θεολογίας ἀναδραμεῖν, ἀπὸ τοῦ πάθους ἀρχόμενοι, καὶ πρῶτον εἰς τὸ *ὄρος τοῦ Κυρίου*, κατὰ τὰς κοινὰς περὶ Θεοῦ προλήψεις· εἶτα προκοπτούσῃ τῇ γνώσει τὴν τοῦ Θεοῦ προσθήσομεν ἰδιότητα τοῦ *Θεοῦ Ἰακώβ*. « Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ. Τοῦτό μού ἐστιν ὄνομα αἰώνιον. » Συνῆψε γὰρ ἑαυτῷ τοὺς ἁγίους ἀειμνήστους εἶναι ποιῶν παρὰ τοῖς ἀεὶ μεμνημένοις Θεοῦ. Γνώσεται δὲ *Θεὸν* μὲν *Ἰακὼβ*, ὁ ἔτι παλαίων καὶ πτερνίζων τοὺς δαίμονας, τὰ ἑαυτῷ μανθάνων ἐφικτὰ καὶ ἁρμόδια· Θεὸν δὲ Ἰσραὴλ, ὁ τὴν τελείαν θεωρίαν δεξάμενος· ὁ δ' οὖν *Θεὸς Ἰακὼβ* οὐκ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ἐὰν μὴ *ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος*. Μὴ δεχόμενοι γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον, πῶς κατ' αὐτὸ βιωσόμεθα; οἱ δὲ καλοῦντες ἀλλήλους, ἐὰν ὦσιν ἴσοι, πόθεν ἐπίστανται τὴν ὁδόν; Ἀλλὰ δηλονότι τὴν προθυμίαν ἐμφαίνουσιν, οὕτω [d] δὲ τῶν ἀγαθῶν τὴν ἐπίτευξιν· ὡς εἰ [e] νῦν τινες ἀλλήλοις λέγοιεν· Δεῦτε τῶν γηΐνων ἀποστάντες φρονήσωμεν τὰ οὐράνια· εἰσέλθωμεν εἰς *οἶκον Θεοῦ*, καὶ τὴν ὁδὸν ἐκεῖθεν

Præterea, Sophonia teste : « Reges omnes terræ venient, ut illi serviant sub jugum unum [85]. » Deorum enim fallaci rejecta multitudine, repudiatisque sive dæmonum, sive, quos antea colebant, consecratis montibus, ad eum jam, qui vere Deus est, festinant, ita sese mutuo provocantes : *Venite, ascendamus in montem Domini, et in domum Dei Jacob*. Nec vero jam cœli, terræque dominus sed *Deus Jacob* dicitur; qui patriarchæ humana forma apparuit, cum mutato nomine, Israelem eum nuncupavit, unde et locum, *Dei faciem*, Jacob appellavit [86]; cum se ei Deum facie ad faciem vidisse, suamque servatam esse animam diceret. Eum ipsum ergo nunc *gentibus* notum fore innuit; uti *Jacobo* gentium vocationem prædixit; quibus B nunc *montem, domumque Dei*, quæ in cœlis sunt, nota et aperta fore vaticinatur, astipulante Paulo his verbis : « Illa autem quæ sursum est Jerusalem, libera est; quæ est mater nostra [87]. » Itaque: « Accessistis ad montem Sion, civitatem Dei viventis, cœlestem Jerusalem [88]. » At qui cognitione profecerunt, quique veluti quæ sursum sunt, priores adepti sunt, alios rebus humilibus inhærentes ad simile provocant studium [89]. Qui enim in Christo excitatur, idem cœlestia quærit, reliquisque ad eadem dux est et auctor, qui terrena adhuc sapiunt. Atque utinam qui eo ascendunt, nunquam relabantur. Duplex enim habitus, duplexque ratio est; eaque recte ex incarnationis mysterio intelligetur; in quo se Deus ad carnis participa- C tionem demisit, eamque facta unione secum exaltavit. Nos ergo ad divinitatis altitudinem capessendam mutuo excitemus, sumpto ab animorum infirmitate exordio, primumque in *montem Domini*, secundum communes de Deo notitias, ascendamus : deinde promovente intelligentia, peculiare *Dei Jacob* adjiciemus discrimen. « Sum enim ipse, ait, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob; hoc mihi nomen est perpetuum [90]. » Sanctos enim sibi adjunxit, ut sempiternam **44** illorum memoriam, apud eos, qui *Dei* nunquam obliviscuntur, futuram esse ostenderet. *Deum* vero *Jacob* ille cognoscet, qui adhuc luctatur, et dæmonas supplantat, quæ potest, sibique congruunt, addiscens: Deum autem Israel, qui per- D fectam contemplationem fuerit amplexus. *Deus* ergo *Jacob* viam nobis ipsius non annuntiabit, nisi prius *in montem ascendamus*. Quo pacto enim, nisi admisso prius Evangelio, ex ipsius instituto vivamus? Qui vero sese invicem provocant, si

[83] Psal. CXVIII, 1. [84] Matth. VII, 14. [85] Sophon. III, 9. [86] Gen. XXXII, 30. [87] Galat. IV, 26. [88] Hebr. XII, 22. [89] Coloss. III, 1, 2. [90] Exod III, 15.

æquales sunt, unde ipsi, monstrante nemine, viam addiscent? Suum ipsi nimirum studium ostendunt, qui boni nihil sunt adhuc consecuti: non aliter quam si nunc ita se mutuo alloquantur aliqui: Agite, spretis rebus terrenis cœlestia cogitemus; ingrediamur *domum Domini;* viamque inde, qua patet ad perfectionem ascensus, addiscamus. Unde vero provocatæ gentes, et quo usæ præceptore: *Venite, ascendamus* dicant, significat, cum ait *De Sion esse exituram legem, et verbum Domini de Jerusalem.* Est enim lex ista recens et verbum inaudita afferens aliud ab eo quod in Sina monte traditum est; illud, inquam, quod *de Sion egressurum*, gentesque docturum significatur. Superne enim Christi lex evangelica de cœlesti illa, imo etiam et terrestri *Sione* prodiit; in qua salutis nostræ causa, et mori, et resurgere Salvator voluit, ab eaque ejus in orbem universum propagandæ principium sumere. Nam qui de Mosis *lege* ista efferri arbitrantur, etiam quo pacto, de *Sion illa exierit;* quomodo rursus futurum illius exitum prædici; quod denique *verbum* significari putent, interrogandi sunt. Si enim propheticum respondeant, quomodo de *Hierusalem prodiisse* docebunt? Ubique enim in Judæa exstitit, imo et ubi captivi tenebantur: et Ninivæ etiam. *Leges* ergo Domini, de summa specula, id est de carne ipsius, manantes, unde res nostras intuebatur; unde etiam *verbum*, facto ex *Jerusalem* docendi principio, ad omnes dimanavit, amplectantur. Aiunt ergo invicem sese vocantes: aut *verbum de domo Dei* **45** sumemus; illudque cum eo semel pervenerimus, intelligemus: aut *Sionem* reliquit, ab eaque *recessit lex;* et ab *Jerusalem*, contumeliose illud excipientibus Judæis, divinum *verbum* refugit.

A γνωσόμεθα τῆς πρὸς τὸ τέλειον ἀναβάσεως. Πόθεν δὲ ὁρμηθέντα τὰ ἔθνη, ἢ τίνος διδάξαντός φασι· *Δεῦτε ἀναβῶμεν*, ἐπήνεγκε λέγων· *Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται ὁ νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ.* Καινὸς γὰρ οὗτος ὁ *νόμος*, καὶ ξενίζων *λόγος* παρὰ τὸν ἐν ὄρει Σινᾶ, λεγόμενος *ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεσθαι*, καὶ διδάξειν τὰ ἔθνη. Ὁ γὰρ εὐαγγελικὸς τοῦ Χριστοῦ νόμος ἄνωθεν ὁρμηθεὶς, ἐκ τῆς ἐπ' οὐρανίου *Σιὼν*, μᾶλλον δὲ καὶ τῆς ἐπιγείου, ἐν ᾗ πέπονθεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Σωτὴρ, καὶ παθὼν ἀνέστη, καὶ τὰ τῆς Καινῆς Διαθήκης μυστικὰ παραγγέλματα τὴν ἀρχὴν λαβόντα προῆλθεν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Τοὺς γὰρ περὶ τοῦ Μωσέως *νόμου* λέγεσθαι ταῦτα νομίζοντας, καὶ πῶς *ἐκ Σιὼν οὗτος* ἐρωτητέον· πῶς δὲ μέλλουσαν αὐτοῦ προφητεύει τὴν ἔξοδον. B Τίς δὲ καὶ ὁ *λόγος;* Εἰ γὰρ ὁ προφητικὸς, πῶς ἐξ *Ἱερουσαλήμ;* Πανταχοῦ γὰρ τῆς Ἰουδαίας γεγένηται. Μᾶλλον δὲ κἀν τῇ αἰχμαλωσίᾳ καὶ Νινευῇ. Οὐκοῦν δεχέσθωσαν τὴν τοῦ Κυρίου νομοθεσίαν ἀπὸ τοῦ σκοπευτηρίου γενομένην, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ σαρκὸς, ἀφ' ἧς ἐπεσκόπει τὰ καθ' ἡμᾶς, οὗ καὶ ὁ *λόγος* ἀρξ... μὲν ὡς [f] ἐξ *Ἱερουσαλὴμ* εἰς πάντα διεδόθη τὸν κόσμον. Φασὶ τοίνυν οἱ καλοῦντες ἀλλήλους, ἢ ὅτι ληψόμεθα *λόγον ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ*, καὶ τοῦτον ἐκεῖ γεγονότες εἰσόμεθα· ἢ ὅτι καταλέλοιπε *τὴν Σιὼν*, καὶ οἷον ἐκβέβηκεν ἀπ' αὐτῆς ὁ *νόμος, καὶ ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὁ θεῖος* [λόγος] ἀποπεφοίτηκε, παροινησάντων αὐτῶν εἰς αὐτόν.

Itaque ait propheta: « Et dixi: Non pascam vos: quod moritur, moriatur, et quod succinditur, succidatur [91]; » et reliqua, « devorent unusquisque carnem proximi sui [92]. » Est enim hæc eventu ipso post Salvatoris crucem, visio prophetiaque confirmata. Itaque et eos, qui *verbum* non exceperant, his verbis alloquitur Paulus: « Ecce convertimur ad gentes; sic enim nobis imperavit Dominus [93]. » Idem vero *Judicabit inter gentes*; dignis quidem sibi seorsum positis, vocatis autem ab illis, qui tales non sunt, separatis. At enim stans Deus in cœtu deorum dijudicabit [94]; *inter gentes autem judicabit.* Eum enim inter sanctos, propter eximiam ipsius cognitionem, dijudicare; inter eos autem qui frustra vixerunt *judicare* convenit. Et hac igitur ratione aiunt quidam, quotquot pietatem non colunt omnes *judicabuntur;* sed pro cujusque vitæ ratione, et *judicii* etiam exstabit differentia. Sic ergo *verbum* evangelicum (postquam *gentes a populo multo* discrevit) *arguit* vel eos, qui crediderunt; cum priorem illorum errorem ostendit, vel eos, qui in ipsum non credentes, sua culpa perierunt.

C Ἀφ' οὗ τις ἔφη προφήτης· « Καὶ εἶπα, οὐ μὴ ποιήσω [g] ὑμᾶς. Τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνησκέτω, καὶ τὸ ἐκλειπὸν ἐκλειπέτω, » καὶ τὰ κατάλοιπα. « Ἐσθιέτω ἄνθρωπος τὰς σάρκας τοῦ πλησίον αὐτοῦ. » Ἐσφραγίσθη γὰρ ὅρασις καὶ προφητεία μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρόν. Διὸ [καὶ μὴ] δεξαμένοις τὸν *λόγον* ὁ Παῦλός φησιν, « Ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. Οὕτω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος. » Αὐτὸς δὲ καὶ *διέκρινεν* [h] *ἀναμέσον τῶν ἐθνῶν*, ἀφορίσας ἑαυτῷ τοὺς ἀξίους, καὶ ἐκλεξάμενος τοὺς κλητοὺς ὑπὸ τῶν μὴ τοιούτων. Ἀλλ' ἐν μὲν συναγωγῇ θεῶν στὰς Θεὸς διακρινεῖ· *ἀναμέσον δὲ τῶν ἐθνῶν κρινεῖ.* Τοῖς μὲν γὰρ ἁγίοις τὸ διακρίνεσθαι πρέπει, πρὸς τὴν τῆς ἀξίας αὐτοῦ γνῶσιν. Τοῖς δὲ μάτην βεβιωκόσιν τὸ *κρίνεσθαι.* Καὶ πάντες μὲν οὖν, φασί τινες, οἱ D τῆς εὐσεβείας ἐκτὸς κατ' αὐτὸ τοῦτο *κρίνονται·* πρὸς δὲ τὸν διάφορον ἑκάστου βίον καὶ πολιτείαν καὶ ἡ κρίσις διάφορος. Οὕτως οὖν ὁ εὐαγγελικὸς *λόγος, τῶν ἐθνῶν διακρίνας* [τὸν] *λαὸν πολὺν, ἤλεγξεν*, ἤτοι τοὺς πιστεύσαντας εἰς αὐτὸν, τὴν προτέραν αὐτῶν πλάνην ἐλέγξας, ἢ τοὺς εἰς αὐτὸν μὴ πιστεύσαντας *ἐλέγξας* [i], παρὰ τὴν αὐτῶν αἰτίαν

[91] Zachar. XI, 9. [92] ibid. [93] Act. XIII 46, 47. [94] Psal. LXXXI, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[d] γρ. οὔπω. [e] γρ. ὡσεί. [f] γρ. οὗ καὶ ὁ λόγος ἀρξάμενος. [g] γρ. ποιμανῶ. [h] ἴσ. γρ. κρίνει. [i] ἀφ. τὸ ἐλέγξας.

ἀπολλυμένους. Διὰ δὲ τοῦ *ἐλέγξει*, τὸ δίκαιον τῆς κρίσεως δείκνυται. « Ἐλέγξω γάρ σε, φησὶ, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου. » Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν διὰ μαρτύρων ὁ *ἔλεγχος*· ἐν δὲ τῷ τῶν κρυπτῶν δικαστηρίῳ, αὐτὰ ἡμῖν τὰ πράγματα παρίστανται, ἐν τῷ ἰδίῳ σχήματι ἑκάστης ἁμαρτίας παρισταμένης τῷ ἁμαρτήσαντι. Κἀκεῖ μὲν ὁ *ἔλεγχος* εἰς σύστασιν τοῦ δικαίου τῆς κρίσεως· ἐνταῦθα δὲ πρὸς διόρθωσιν. Βασανιζόμεθα γὰρ πικρῶς, τῶν ἡμαρτημένων λαβόντες συναίσθησιν, ἀναισθητοῦντες τὸ πρότερον. Οἱ δὴ οὖν καταδεξάμενοι αὐτὸν, πάσης πολεμικῆς προαιρέσεως ἀπαλλαγέντες, ἐν εἰρήνῃ διάγουσιν, ἀπηλλαγμένοι τῶν πάλαι κρατούντων δαιμόνων, οἷς φησιν ὁ Σωτήρ· « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. » Ὃ δὴ καὶ σημεῖον τῶν χρόνων ὁ λόγος ἐδίδου, φήσας τὰ πολεμικὰ πρὸς εἰρήνης ὄργανα μετατίθεσθαι, πάλιν [j] πάντων ἐπ' ἀλλήλους μεμηνότων. Οὐκ ἂν γὰρ εὕροι τις τοιαύτην εἰρηναίαν κατάστασιν, ὁποίαν ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίαν, κατὰ ἔθνη καὶ πόλεις τε καὶ ἀγρούς. Διό φησι, *καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν*. Τὸ δὲ τῶν *ἐλέγχων* εὔχρηστον τέλος, τὸ τοὺς ταραχώδεις εἰς εἰρήνην μεταβαλεῖν. Ὁ γὰρ Χριστοῦ *νόμος* καὶ *Λόγος* εἰρήνην ἐκήρυξεν τοῖς ἐγγὺς, καὶ τοῖς μακρὰν, Ἰουδαίοις καὶ *ἔθνεσιν*, ὡς τὴν φθείρουσαν *μάχαιραν*, ζωοποιῶν σπερμάτων τῶν ἐκ τῆς σοφίας ταῖς λογικαῖς ψυχαῖς ἐγγινομένων εἶναι παρασκευαστικὴν *ἄροτρον* γενομένην ἁπαλύνον τὰ πεπορωμένα, ἀκάνθας ἀνατρέπον· τὴν δὲ *ζιβύνην*, τὸ πόῤῥωθεν κατακοντίζον καὶ ἀπωθούμενον, εἰς τὸ συνάγον ἐγγὺς καὶ συνδετικόν. *Δρεπάνη* γὰρ τὰ διεσκορπισμένα συναγαγοῦσα πρὸς κοινωνίαν, συνδεῖσθαι παρασκευάζει τὰ δράγματα. Πρὸς δὲ τὸ λογικὸν αὗται θέρος συμβάλλονται, περὶ οὗ φησιν· « Ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε ὅτι αἱ χῶραι λευκαί εἰσιν. » Πρὸς ὃν ἀποστέλλει τοὺς μαθητάς. Πολεμοποιὸς γὰρ οὐδεὶς πρὸς τοιοῦτο θέρος ἐστὶν ἐπιτήδειος. Ὡς οὖν ἐν τῇ καρδίᾳ πολέμου μὴ ἔχουσιν ὄργανον δέδωκεν ἐξουσίαν εἰρήνην ἐναφιέναι τοῖς οἴκοις εἰς οὓς ἀφίκονται· ὅπερ οὐκ ἦν ἕως ἐνείργει [k] τὸ διαπύρως ὁ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας λόγος. Ἠκουνημένη [l] γὰρ μελέτῃ καὶ πιθανότητι στίλβουσαν τοῦ λόγου τὴν *μάχαιραν* ἀλλήλοις προσέφερον· ὡς δὲ κατηγγέλει, « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, » ἅπαν ὅσον ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ ὑπεσιώπησε, καὶ οὐκέτι τοῖς διδασκάλοις λογομαχίας τρίβουσιν λόγος. Ἐπὶ δὲ τὴν χάριν τοῦ σωτηρίου λουτροῦ φιλανθρώπως καὶ τοὺς Ἰουδαίους καλεῖ.

A Ostenditur autem *arguendi* verbo ipsa judicii æquitas. « Arguam enim te, ait, et statuam contra faciem tuam [95]. » Sed hoc loco, quæ testibus fit adhibitis, *reprehensio* intelligitur : cum in occulto illo judicio, res ipsæ nobis obversentur, et propria specie singula in auctorem suum peccata testentur : cum denique recti judicii illic statuendi, hic autem pœnarum ratio postuletur. Tum demum enim acerbe torquemur, cum sensu, quo antea caruimus, revocato in peccata mentis oculos intendimus. Qui illud ergo excipiunt cunctis prorsus ; quæ solent semper eum animo bellum gerere, repulsis cupiditatibus superatisque dæmonibus, quibus antea obsidebantur, tranquille agunt; ii videlicet, ad quos ait Salvator : « Pacem
B meam do vobis, pacem meam 46 relinquo vobis [96]. » Atque hoc quidem temporum signum ipsa oratio, cum cuncta rei bellicæ instrumenta in pacis usum, omnibus antea inter se furentibus, conversum iri significavit. Neque enim pacem ejusmodi, qualis in imperio Romano, post Christi adventum, per gentes urbesque, et agros stetit, quisque reperiat. Itaque ait, *nec discent amplius bellum gerere*. Est vero reprehensionum finis optimus, cum turbulenti homines, in quietos, et pacis amatores transmutantur. Ita enim Christi *lex et verbum*, non vicinis modo, sed longe remotis id est Judæis, et *gentibus*, pacem enuntiavit ; ut qui *gladius* fuerat ad interimendi usum fabri-
C catus, in *aratrum* jam conversus, semina illa vivifica quæ sapientiæ beneficio, rationis participibus animis innascuntur, præpararet: et quæ jam obduruerant, emolliret, sentesque revelleret : *lancea* autem eminus petere et propellere solita, in id quod prope cogendi colligandique facultatem habet, verteretur. *Falx* enim quæ dispersa sunt, cogens in unum, manipulos ad colligationem præparat. Conferunt vero ista ad verbi messem, de qua legitur : « Elevate oculos vestros : et videte quoniam regiones albæ sunt [97]; » ad quam etiam discipulos suos mittit Christus. Neque enim qui bella ciet, ad hanc messem commodus esse ducat. Illis ergo, tanquam qui in corde nullum belli gestarent organum, quascumque domos appellerent, im-
D mittendæ pacis facultatem dedit : quod non licuit, donec mundanæ sapientiæ verbum ferociter intus desæviret. Cura siquidem magna, veluti admota cote acutum ; rerumque probabilium specie fulgentem orationis *gladium* in se invicem depromebant. At ex quo : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus [98], » annuntiari cœpit ; omne prorsus veritas mendacium compescuit ; nec jam inde qui verborum pugnas docebant, quidquam vel hiscere ausi sunt. Vocat vero perhumaniter et Judæos ad salutaris lavacri gratiam.

ε-θ'. *Καὶ νῦν* [m] *ὁ οἶκος Ἰακὼβ, δεῦτε καὶ πορευθῶμεν ἐν τῷ φωτὶ Κυρίου. Ἀνῆκε γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ, τὸν οἶκον τοῦ Ἰακὼβ*, κ. τ. λ.

47 VERS. 5-9. *Et nunc, domus Jacob, venite et ambulemus in lumine Domini. Dereliquit enim populum, domum Jacob* ; etc.

[95] Psal LXIX, 21. [96] Joan. XIV, 27. [97] Joan. IV, 35. [98] Luc. II, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[j] γρ. πάλαι. [k] γρ. ἐνεγεῖτο. [l] γρ. ἠκονημένη. [m] γρ. σύ.

Peramanter domesticos adhortatur, ut effusam in gentes omnes pacem, id est Evangelii splendorem, amplectantur, apta valde, et ad incendendum commoda adhortatione. Neque vero eos Jacobi sobolem amplius; qua jam indigni appellatione evaserant; *domum Jacob* simpliciter vocavit: velutique suscepta pro Deo defensione, *rejiciendi populi* causas adjecit. Apertius præterea quiddam est quod, post *montem Domini*, etiam *domum* adjunxit; ut promoventium notaret ascensum; qui puriore et splendidiore luce illustrati, beatarum rerum spectaculorumque sola mentis agitatione cognitorum voluptate fruuntur. Tale est et illud [99]: « Accedite ad eum et illuminamini, et facies vestræ non confundentur. » Qui possunt enim confundi, super quos signatum est lumen vultus Domini [1]? B Quoniam vero abunde lucis habere copiam dicebant, qui legali et prophetica illustraretur: veluti interpretationis gratia, *Domini* vocabulum addidit. Lex enim et prophetæ lampadis, et stellarum instar, ante solis ortum habuere. **48** At ex quo cœpit iste illucescere, inutiles illas occultari certum est. Itaque et eos sic adhortatur Salvator: « Quandiu lucem habetis ambulate in luce, ut non vos tenebræ comprehendant [2]. » Et alibi cum de se loqueretur: « Ego sum lux mundi [3]. » Eodem et hic fere pacto Mosis se litteram in veritatem transformare clamitat propheta. Cæterum, quoniam propter majores suos Deo se curæ esse credebant, quamvis alioquin graviter peccarent; C et ab eo se, qui communis omnium salutis causa carnem assumpsit, averterent; *populum suum dereliquisse Dominum* propheta testatur. Quod et alius his verbis innuit, « Concupierunt agros: bona orphanorum diripuerunt; vi possederunt [4]. » Atque ita de Domino verbis audacibus loquebantur: « Nonne Dominus in nobis? Minime venient in nos mala [5]. » Ob id, « Propter vos *Sion*, tanquam ager, arabitur [6], » etc. Idem et ad ipsos aiebat Christus qui se nolebant recipere: « Ecce relinquetur domus vestra deserta [7]. » Alioquin enim et causam cur ab *ipso relicti sunt*, addidit propheta, nempe, quod eorum impietatem qui regionem prius incolebant, essent imitati. Est autem non levis multa, cum quis *a Domino derelinquitur*. D Tanquam enim ipsos, omni adhibita servandi diligentia, prius manu Deus cohiberet, nec esset amplius de populo sollicitus, *relinquendi* verbum usurpavit. Præterea, quanta mala pariat *divinatio* (habet enim causam cur a Deo *relinquantur*) eorum exemplo intuere; qui fidem professi ejusmodi rebus agitantur. Omnia enim ista, vel ipsa Mosis lex, tanquam dæmonum commenta, vetuit. « Tibi autem, ait, non ita dedit Dominus Deus tuus [8]. » Est enim absurdum plane eos, qui et cer-

A stabant [62]. » Nec vero patitur, ut sicut arbitrati sunt quidam, duo ob id *Seraphim* intelligantur, quod in *circuitu Dei esse*, ejusque thronum ambire dixit, ut ab ipso animentur et illustrentur; ob quas potestates etiam Dominus Sabaoth, id est potestatum, sive exercituum Dominus appellatur. Quod autem *sex alas* unicuique attribuit, insitas quasdam et innatas virtutes intelligit, quibus ita sursum attolli contingat, ut mente Deo quam proxime adhærescere, rerumque arcanarum meditatione in sublime erigi valeamus. Ut enim corporum naturales sensus quosdam habemus; sic divinis illis virtutibus nobis ignotis rerumque admirabilium effectricibus esse præditas consentaneum est; quæ et ipsæ tamen non delectu magis, quam B natura censeantur. Quod ut ita cogitemus, facit ille, qui lapsus est, Lucifer [63]. Corporeæ autem esse hic nequaquam valeant alæ, quemadmodum nec ubi: « Qui ambulas super pennas ventorum [64], » scribitur. Ex *alarum* igitur ejusmodi numero, *duabus* quidem propriam *faciem velabant*, quod ita plane Symmachus intellexit, qui *faciem suam* interpretatus est; tanquam fixis oculis in id, quod contemplarentur, minime intueri audere significaret: « Nemo enim novit Filium, nisi, qui ipsum genuit, Pater [65]. » *Duabus* autem *pedes suos velabant*, quæ propria gradiendi, nostrique corporis infima organa; id est, vitæ anteactæ tanquam obumbrabant vestigia, ne ad regem suum nudis acC cederent pedibus, sed celato prioris vitæ gressu, illius tantum medium statum spectandum exhibebant. Unigeniti præterea quæ omnibus in medio apparet, providentiæ **94** et gubernationis sapientiam admirabantur, nec divinæ naturæ immensæ videlicet, atque incomprehensæ limites, quos *pedes* nominavit, audebant intueri. Ingenti enim admiratione incitati, totis vicissim alter ad alterum viribus canticum istud personabant. Neque enim una et confertim, sed ordine, certisque vicibus, *alter alterum* excipientes, quo miraculi in lucem magis prodiret dignitas, intonabant. Eos vero imprimis in admirationem trahebat divini Verbi tantus a supernis ad infima descensus, quo non cœlis modo ejus gloria perfrui, sed ad terram usque etiam D deferre, eaque istam, quod in mortales benevolentiæ maximum est argumentum, replere daretur. Quo ergo tempore rerum istarum editum est spectaculum, sola in orbe universo Hierosolymitana domus *Gloria ipsius plena exstitit*. Hoc enim ipsum dixisse propheta videtur. At quando futurorum præsensione *Gloria ipsius terram universam plenam fore* didicerunt: tunc et *superliminare* commoveri *domumque ipsam fumo repleri* conspexerunt. Talibus enim et asyli fiduciam, templo videlicet spoliato, ademptum iri, et *domum* esse conflagra-

[62] Dan. VII, 10. [63] Luc. X, 18. [64] Psal. XVII, 11. [65] Matth. XI, 27.

VARIÆ LECTIONES.

[u] γρ. ἐκάλυπτον.

turam, cum gentibus innotuisset Christus significabatur, quo tempore non una amplius, sed pluribus et præstantioribus per orbem universum constructis *domibus*, divinitatis ipsius gloria apparuit. Tanquam enim Judaicæ, *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus* (quod per orbem universum decantatura erat Ecclesia), non quadraret; quam superne habebat, ab eadem gratia jam tollitur. Fuit ergo superliminare vel facile commoveri necesse, cum vim omnem ad Judaicas res commovendas turbandasque fieri contingeret. Hinc est, quod ait quidam propheta : « Ponam Jerusalem, veluti superliminaria commota[46]. » Quod quidem tum factum esse apparet, cum *Gloria ipsius orbis universus repletus est*. Ista rursus et Mosi, cum populus vitulum conflasset, pudore et ægritudine perturbato prædixit Deus. « Vivo ego, ait, et vivet nomen meum, quoniam implebitur gloria mea universa terra[47]. » **95** Psalmo præterea LXXI scribitur : « Et implebitur gloria ejus omnis terra. Fiat, fiat[48]. »

A Ἀνάγκη τοίνυν καὶ τὰς παραστάδας σαλεύεσθαι ῥᾳδίως, ὅθεν πᾶσα χεὶρ σαλεύει τὰ Ἰουδαϊκά. Διὸ προφήτης τις ἔλεγεν· « Θήσω τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡς πρόθυρα σαλευόμενα. » Ὃ δὴ γέγονε *πάσης τῆς γῆς πληρωθείσης τῆς δόξης αὐτοῦ*. Τοῦτο δὲ καὶ προείρητο Μωϋσεῖ περὶ τῆς τοῦ λαοῦ μοσχοποιίας τὸν Θεὸν δυσωπήσαντι· « Πλὴν ζῶ ἐγώ, καὶ ζῇ τὸ ὄνομά μου, ὅτι πλησθήσεται τῆς δόξης μου πᾶσα ἡ γῆ. » Καὶ ἐν πρώτῳ καὶ ἑβδομηκοστῷ ψαλμῷ φησι, « Καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. Γένοιτο, γένοιτο. »

Haud aliter et nunc *inclamarunt Seraphim*, cum B gloriam ejus in terra fore illustrem, nec terreuæ quidquam substantiæ admissuram, cernerent; sanctas autem laudes non semel modo, sed sæpe, imo etiam vicibus infinitis iterarent; dum *alter alteri*, quid peculiariter miraretur, ostenderet : id est, dum sibi vicissim ex adverso responderent, non ut cantandi labore sublevarentur; sed, ut spatium laudes vicissim reponendi præberent. Neque enim fas, quæ sursum fiunt, ornate et decore fieri non putare. Ter deinde *sanctus* repetentes, in eo laudis summam concludunt, quod qui *Dominum Sabaoth* dicunt, in una divinitatis natura Trinitatem ponunt. Videtur autem propheta, qui de futuro eorum excidio non ambigeret, ne et ipse simul cum multitudine pereat, metuere. Itaque compa- C rata hominum natura cum ea, quam viderat, *miserum* se exclamat, non animi, non corporis universi, sed *labiorum impuritatem* confessus; nisi si quis ex parte totum intelligat, quanquam potius reliquis omnibus, et corde ipso, purum fuisse conveniat; qui alias *Dominum videre* non poterat. Unde autem *immundæ se labia* habere dixit, nisi ex quotidiana cum impuris hominibus consuetudine, quibuscum agens, eorumdem scelera non immerito cogeretur insectari? Adeo enim *purus* exstitit; ut perlevi de causa *compunctus*, *miserum* se et infelicem exclamet. Justus enim sui ipse est accusator[49]. Ita vero prior cum Deo allocutione Abrahamus, simulatque eumdem esset intuitus, terram esse se et pulverem, non veritus est dicere[50], id alioquin D non antea professus, sicuti nec Isaias *Me miserum* prius, quam Deum esset intuitus, exclamavit. Imo Moses ille Ægyptiorum disciplina instructus, ipsisque, ut par est ingenio, prudentiaque longe superior linguæ suæ balbutiem et tarditatem animadverterat. Sed ex quo edentem Deum oracula audivit, linguæ suæ vitium statim non agnovit modo, sed accusavit. Mosis præterea legibus, ne cum sanctis profani misceantur, cautum esse, nec **96** parva diligentia observatum, legimus. Indeque est

Καθὰ καὶ νῦν *ἐβόα τὰ Σεραφεὶμ* μέλλουσαν ἐκλάμπειν ἐπὶ γῆς ὁρῶντα τὴν δόξαν αὐτοῦ, μηδὲν ἐκ τῆς γεώδους ζημιουμένην οὐσίας, τὸν δὲ ἁγιασμὸν οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπειράκις ἐφθέγγετο, *πρὸς τὸν ἕτερον ἕτερος* τὸ ἴδιον θαῦμα δηλῶν· ἤγουν ἐξ ἀμοιβῆς ἀντιφωνοῦντα πρὸς ἄλληλα, οὐ διὰ τὸ κάμνειν, διὰ δὲ τὸ τὰς τιμὰς ἀλλήλοις παραχωρεῖν, ἀντιδωρεῖσθαί τε τὰς δοξολογίας· πάντα γὰρ ἐν κόσμῳ τὰ ἄνω. Τρὶς δὲ τὸ *ἅγιος* λέγοντες, καταχλείουσι τὴν δοξολογίαν εἰς τό, *Κύριος Σαβαώθ*, ἐν μιᾷ θεότητος φύσει τὴν ἁγίαν τιθέντες Τριάδα. Τὴν δὲ μέλλουσαν αὐτοὺς ἐρημίαν καταλαβεῖν ὁ προφήτης μαθών, δέδοικε μὴ τῷ πλήθει καὶ αὐτὸς συναπόλοιτο. Καὶ τὴν ἀνθρωπίνην δὲ φύσιν τῇ φανείσῃ παρατιθείς, ὡς ἔστι *τάλας* φησί, καὶ τῶν ἰδίων *χειλῶν τὴν ἀκαθαρσίαν* ὁμολογεῖ, οὐ ψυχῆς, οὐδὲ παντὸς τοῦ σώματος, πλὴν εἰ μὴ τὴν πᾶσαν ἑαυτοῦ φύσιν ἐκ μέρους δηλοῖ, μᾶλλον δὲ τὰ λοιπὰ καὶ τὴν καρδίαν κεκάθαρτο. Οὐ γὰρ ἂν *ἴδε τὸν Κύριον*, τὰ δὲ *χείλη* φησὶν ἔχειν *ἀκάθαρτα*. Πόθεν, ἢ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς *ἀκαθάρτους* ὁμιλίας, οἷς ὁμιλῶν ἠναγκάζετο τῆς ἐκείνων μοχθηρίας ἄξια φθέγγεσθαι; οὕτω γὰρ ἦν *καθαρός*, ὡς κἀπὶ σμικρῷ *κατανύττεσθαι* καὶ *ταλανίζειν* ἑαυτόν. Δίκαιος γὰρ ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ· καὶ Ἀβραὰμ δὲ θεωρήσας τὸν Κύριον, γῆν καὶ σποδὸν ἑαυτὸν ἀπεκάλεσε, πρότερον μὴ τοῦτο εἰπών, ὡς οὐδὲ νῦν Ἡσαΐας τὸ *τάλας* πρὶν κατανοῆσαι τὸν Κύριον. Οὐδὲ Μωϋσῆς παιδευόμενος τὴν Αἰγυπτίων σοφίαν, καί, ὡς εἰκός, εὐφυΐᾳ καὶ συνέσει τούτους νικῶν, ᾔσθετο ἑαυτοῦ ἰσχνοφώνου ἢ βραδυγλώσσου· ἀλλ' ὅτε ἤκουσε τοῦ χρηματίζοντος, τὴν ἰδίαν φωνὴν ἐμέμψατο. Ὁ μέντοι Μωσέως προσέταξε νόμος μὴ συναναμίγνυσθαι τοῖς ἁγίοις τὸν βέβηλον· καὶ τοῦτο διὰ πολλῆς ἐτίθεντο φυλακῆς. Διὸ καὶ Πέτρος ἐν τῷ τῆς ἄγρας πλήθει, τῆς Ἰησοῦ δυνάμεως πειραθείς, ὅτε κελεύσαντος αὐτοῦ καθῆκε τὸ δίκτυον, Ἔξελθε, φησίν, ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἠξίωσεν ἀπ' αὐτοῦ τὸν Χριστὸν ἀπελθεῖν. Καὶ οἱ Γεργεσηνοὶ δὲ μετὰ τὴν πεῖραν τῶν τοσούτων θαυμάτων παρεκάλεσαν μεταβῆναι ἀπὸ τῶν ὁρίων

[46] Zachar. XII, 2. [47] Num. XIV, 21; Deut. XXXII, 3. [48] Psal. LXXV, 9. [49] Prov. XVIII, 17. [50] Gen. XVIII, 27.

A αὐτῶν, καίτοι κρατεῖν ἔδει μᾶλλον τὸν ἐλαύνοντα δαίμονας, καὶ πάσης νόσου γινόμενον ἰατρόν. Ὅθεν καὶ Φαρισαῖοι, κληθέντος πρὸς σωτηρίαν Ματθαίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον ἑαυτοῦ καλέσαντος Ἰησοῦν, ἐπειδὴ πολλοὶ συνῆσαν ἁμαρτωλοὶ καὶ τελῶναι, τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ἔλεγον· Διὰ τί μετὰ ἁμαρτωλῶν καὶ τελωνῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; Αἰτιᾶται δὲ καὶ τοὺς ἐξάρχοντας τῶν Ἰουδαίων Θεὸς λέγων, Ἀναμέσον ἁγίου καὶ βεβήλου οὐ διέστελλον. Δι' ὃ καὶ νῦν ὁ προφήτης ὑπὸ τοῦ συνειδότος *κατανένυκται*, φησὶν, ὅτι τῶν ἁγίων δυνάμεων *χείλεσι* παναγίοις ὑμνούντων τὸν Κύριον, οὐκ εἶχε σὺν αὐτοῖς ἀνυμνεῖν, εἰδὼς ὡς οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. Διόπερ ἐξέδωκε Σύμμαχος· *Οἴμοι, ὅτι ἐσιώπησα.* Ἦν μὲν γὰρ *ἀκάθαρτος χείλεσιν Ἰσραὴλ*, βλασφημήσας τὸν Κύριον Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. B Ὁ δὲ προφήτης πρὸς αἷς εἰρήκαμεν αἰτίαις, μετριάζων ἑαυτὸν συναναμίγνυσιν τῷ λαῷ· τάχα δὲ καὶ τῆς ἀνθρώπου φύσεως τὴν νόσον ὁμολογεῖ, κατὰ Δαβὶδ εἰρηκότα· « Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. » Νοσεῖ γὰρ τὸ ψεῦδος ἡ φύσις, εἰ καὶ νήφοντες ὀλίγοι τοῦτο φεύγειν δεδύνηνται. Ὅτι δὲ χρὴ *καθαροῖς χείλεσιν* ὑμνολογεῖν τὸν Θεὸν, δηλοῖ τις τῶν μαθητῶν περὶ τῆς γλώσσης εἰπὼν, « Ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Κύριον, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας. » Ὁ δὲ Σύμμαχος ἐξέδωκεν ἔτι σαφέστερον εἰπών· *Εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ τὰ πρὸς ποδῶν αὐτοῦ ἐπλήρου τὸν ναόν. Σεραφεὶμ ἑστῶτα ἐπάνωθεν.* C Ἐπειδὴ γὰρ ὁ οὐρανὸς αὐτῷ *θρόνος*, ἡ δὲ γῆ *ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ*, ὁ ἐπὶ γῆς δὲ ναὸς, ἐν τῷ ὑποποδίῳ αὐτοῦ συνειστήκει· εἰκότως *τὰ πληροῦντα τὸν ἐπὶ γῆς οἶκον, πρὸς ποδῶν* ἐλέγετο τοῦ Θεοῦ. *Σεραφεὶμ* δὲ *εἱστήκει ἐπάνωθεν τοῦ οἴκου.* Οὐ γὰρ δὴ τοῦ Κυρίου, ἀλλ' οὐδὲ εἴσω ἦν τοῦ *οἴκου* (ἦ γὰρ ἂν καὶ αὐτὰ πρὸς τοῖς *ποσὶν* ἦν τοῦ Θεοῦ), ἀλλ' ἦν *ὑπεράνω τοῦ οἴκου* περιπολοῦντα τὸν βασίλειον *θρόνον*. Μὴ ἀγνοῶμεν δὲ ὡς *οἶκον* τινες ἔφασαν τὸ σύμπαν σύστημα τῆς νοητῆς καὶ αἰσθητῆς κτίσεως, *ἐπηρμένον* δὲ *θρόνον*, τὴν ἐπὶ πάντων ἀρχήν. Ἐχρῆν δὲ τούτους προσθεῖναι καὶ πῶς ὁ οὕτω νοούμενος *οἶκος ἐπληρώθη καπνοῦ.*

quod in prædæ ubertate, cum divinæ virtutis periculum, retibus in Dei verbo laxatis [51], fecisset Petrus, Dominum a se quia peccator exsisteret, recedere postulavit [52]. Alioqui enim Christum a se ut recederet nunquam fuerat petiturus. Quin et Gergeseni miraculorum ejus magnitudinem experti, eum, ut suis finibus exiret, precati sunt [53]; cum dæmonas abigentem, morbumque omnem persanantem amplecti potius decuisset. Inde etiam quod cum vocatus esset ad salutem Matthæus, domique *Jesum* exciperet, quoniam intererant peccatores multi, multi item publicani, a Pharisæis ejus discipuli, cur cum illis magister ederet, interrogati sunt. Accusat autem et Judæos Dominus, qui sanctum a profano minime discernerent; ideoque se jam conscientiæ spiculo *compungi* ait propheta, qui *labiis suis* hymnum Deo dicentibus potestatibus, eadem ipse cum illis personare non valeat; qui ingratam Deo in ore peccatorum laudem esse non ignoraret. Itaque sic habet Symmachi interpretatio: *Hei mihi, quoniam tacui.* Erat enim revera *labiis impurus Israel*, qui in Dominum Jesum Christum ore blasphemo convicia exspuisset. Sed propheta præter eas, quas attulimus rationes, modestiæ causa, seipse populo admiscet. Fortasse vero et humanæ naturæ morbum confitetur, juxta Davidicum illud: « Dixi in excessu meo, omnis homo mendax [54]. » Est enim mendacium hominibus naturalis quidam morbus; quantumvis sit a nonnullis evitatum. Eum vero, qui ad Dei laudes sese accingat *purgatis* esse *labiis* oportere, satis indicavit apostolorum quidam de lingua sic locutus: « In ipsa benedicimus Deum et Patrem, et in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem et similitudinem Dei facti sunt [55]. » At isthæc adhuc apertius interpretatus est Symmachus, cum ait: *Vidi Dominum sedentem in throno excelso et elevato: et quæ sub pedibus ejus erant, templum replebant. Seraphim stabant superne.* Quia enim cœlum ipsi *thronus* est terraque *scabellum pedum ejus*; **97** quod in terra deinde templum habetur, in ipsius etiam scabello consistit; ea merito *quæ terrenam domum replent, sub* Domini *pedibus* esse dicuntur. Sequitur vero: *Seraphim stabant supra domum.* Neque enim certe supra Dominum, imo ne intra *domum* quidem (essent enim et ipsa sub *Dei pedibus*), sed *supra domum* exsistere, regiumque *thronum* circumire significavit. Non ignoramus tamen, *domus* appellatione, universam intelligibilis, visibilisque mundi, structuram; sicut per *thronum exaltatum*, summam ipsam in res omnes potestatem intelligere. Sed hujus sententiæ auctores oportuit explicare, qui posset hoc sensu *domus* usurpata *fumo* etiam repleri.

D ς-ιγ'. *Καὶ ἀπεστάλη πρός με ἓν τῶν Σεραφεὶμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου*, κ. τ. λ.

Τῷ μὲν Ἱερεμίᾳ εἰρηκότι· « Ὁ ὢν, Δέσποτα Κύριε, ἰδοὺ, οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν, ὅτι νεώτερος ἐγὼ

VERS. 6-13. *Et missus est ad me unus de Seraphim, et in manu habebat prunam, quam forcipe accepit ab altari, et tetigit os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua*, etc.

98 Cum dixisset Jeremias: « A, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum [56]; » extendit

[51] Luc. v, 9. [52] Matth. xvi, 23. [53] Matth. viii, 34. [54] Psal. cxv, 11. [55] Jac. iii, 9. [56] Jerem. i, 6.

manum suam Dominus, et tetigit os ejus, implens spiritus prophetici gratia, cum purgatione opus non haberet [57]: qua cum isti opus sit, non Dominus ipse, sed *Seraphim unus purgatoriam prunam* admovet; unde urentes merito, sive accendentes, vocati sunt. Eam ob rem de potestatibus angelicis scriptum legimus: « Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam urentem [58]. » Purgationis enim, quibus ipsa opus est, vim obtinent. *Implet* autem *altare suum purgatoriis carbonibus* Deus; indeque et alicubi, carbones succensos esse ab eo, legimus [59]. Ad hæc ignem consumentem, Deum Moses appellavit [60]. In Spiritu sancto et igne præterea baptizat Salvator [61]: cum nisi solo igne divino purgari quemquam posse certum sit. Quale enim cujusque sit opus, ignis ipse probabit, et salvabitur, ait, tanquam per ignem [62]. Fortasse vero Christus prunæ, sive *carbonis* nomine, significatur, qui lignum natura exsistens, ignem toto corpore concipit, ejusque vires et actionem retinet. Solet vero Deum igni perlibenter Scriptura comparare. At: « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [63]. » In Christo enim si unionis rationem contempleris, omnis habitavit deitatis plenitudo [64]. Est vero et hinc miraculorum effectrix caro Salvatoris. Simul ac enim *loculum tetigit*, redivivus viduæ factus est filius [65]. Idem præterea sputo visum restituit [66] **99** qui nunc *labiis* appositus, eadem quoties ejus fidem profitemur, repurgat.

Hinc et illa Pauli: « Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo, hic est, Verbum fidei, quod prædicamus [67], » et quæ postea. Ejus enim opera *peccatorum* sordibus *mundati* spiritu ferventes efficimur; quod ejus caro mundi peccatum sustulerit. Ait vero et David: « Ignitum eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud [68]; » postquam vires illius expertus est. Cognatus vero huic et ille, qui Mosi in rubo in monte Choreb apparuit, ignis est [69]. Nec ab eo differt, qui Cleophæ Simonique corda, cum eis Scripturas Dominus aperiret [70], incendebat. Talem et ipse sensit Jeremias, cum diceret: « Et factus est ignis in visceribus meis, et fractus sum undique [71]. » Hunc ipsum et Salvator etiam ut in mundum jaceret venit. « Et quid volo? ait: enimvero jam accensus est [72]. » Hunc ergo ab *altari* ignem *capit unus de Seraphim*, qui locus est purgationis animarum cœlestis, unde sanctificantibus et lustrantibus Potestatibus *ignis purgatorius* emittitur. Ipsæ siquidem datis a Deo cuique honoris nomine partibus defungentes, sub jugum unum ordinemque muneris veniunt. Nutibus enim Dominicis obsequentes, honoris

A εἰμι, » ἐξέτεινε Κύριος τὴν αὐτοῦ χεῖρα, καὶ ἥψατο τοῦ στόματος αὐτοῦ πληρῶν τῆς προφητικῆς αὐτὸ χάριτος, ἐπείπερ οὐκ ἐδεῖτο καθάρσεως. Νῦν δὲ τῷ δεομένῳ ταύτης, οὐχ ὁ Κύριος, *ἓν* δὲ *τῶν Σεραφεὶμ προσάγει τὸν ἄνθρακα* τὸν καθάρσιον, ὅθεν εἰκότως τὴν, ἐμπρησταὶ, ἤγουν ἐμπιπρῶντες, προσηγορίαν ἠνέγκαντο. Δι' ὃ περὶ τῆς ἀγγελικῆς δυνάμεως εἴρηται· « Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. » Καθαρτικοὶ γάρ εἰσι τῶν δεομένων καθάρσεως. *Πληροῖ* δὲ *τὸ ἑαυτοῦ θυσιαστήριον ἀνθράκων καθαρτικῶν* ὁ Θεὸς, δι' ὃ πού φησιν· Ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ πῦρ καταναλίσκον τὸν Θεὸν ἐκάλει Μωσῆς. Βαπτίζει καὶ ὁ Σωτὴρ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ πυρί. Οὐκ ἔστι γὰρ καθαρθῆναι, πλὴν διὰ τοῦ θείου πυρός.

B Ὁποῖον γάρ ἐστιν ἑκάστου τὸ ἔργον, τὸ πῦρ αὐτὸ δοκιμάσει. Καὶ σωθήσεται δὲ, φησὶν, ὡς διὰ πυρός. Μή ποτε δὲ Χριστοῦ σύμβολον ληπτέον *τὸν ἄνθρακα*, ὃς ξύλον μέν ἐστι τῇ φύσει, πλὴν ὅλος δι' ὅλου μεμέστωται τοῦ πυρὸς, οὗ καὶ τὴν δύναμιν ἔχει καὶ τὴν ἐνέργειαν. Παρεικάζειν δὲ φιλεῖ πυρὶ καὶ τὸν Θεὸν ἡ θεία Γραφή. « Γέγονε δὲ σὰρξ ὁ Λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Ἐν τῷ Χριστῷ γὰρ πᾶν τὸ τῆς θεότητος κατῴκηκε πλήρωμα, κατὰ τὸν τῆς ἑνώσεως τρόπον. Θαυματουργὸς ἐντεῦθεν καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡ σάρξ. *Ἥψατο* γοῦν [v] τῆς *σοροῦ* καὶ ἀνέστησε τὸν τῆς χείρας [x] υἱόν. Καὶ πτύσας, τὸ βλέπειν χαρίζεται, ὃς περικαθαίρει *τὰ χείλη* γινόμενος ἐν αὐτοῖς, ὅταν τὴν πίστιν ὁμολογῶμεν τὴν εἰς αὐτόν.

C Διὸ καὶ Παῦλός φησιν· « Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τουτέστιν τὸ κήρυγμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν, » καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Δι' αὐτοῦ γὰρ ὁ τῆς *ἁμαρτίας ἐκτήκεται* ῥύπος, γινόμεθά τε τῷ πνεύματι ζέοντες. Αὐτοῦ γὰρ ἡ σὰρξ ἦρε τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Καὶ Δαβὶδ δέ φησι· « Πεπυρωμένον τὸ λόγιόν σου σφόδρα, καὶ ὁ δοῦλός σου ἠγάπησεν αὐτό· » τῆς ἐντεῦθεν ἐνεργείας αἰσθόμενος. Συγγενὲς δὲ τούτου τὸ πῦρ τὸ ἐπὶ τῆς βάτου καὶ τοῦ Χωρὴβ· τοιούτῳ πυρὶ Κλεώπα καὶ Σίμωνος ἐκαίετο ἡ καρδία, ὅτε διήνοιγεν αὐτοῖς ὁ Κύριος τὰς Γραφάς. Τοιοῦτον Ἱερεμίας ἔλαβε πῦρ, δι' ὃ καὶ ἔλεγεν· « Καὶ ἐγένετο πῦρ ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου, καὶ παρ' εἶναι [y] πάντοθεν. »

D Τοῦτο καὶ ὁ Σωτὴρ ἐπὶ τὴν γῆν ἦλθεν βαλεῖν. « Καὶ τί θέλω, φησίν; ἀλλ' ἤδη ἀνήφθη. » Τοῦτο τὸ πῦρ ἀπὸ τοῦ *θυσιαστηρίου λαμβάνει τὸ* [z] *Σεραφείμ*. Χωρίον δὲ τοῦτο καθαρισμοῦ ψυχῶν ἐπουράνιον, ὅθεν ἐκπέμπεται ταῖς ἁγιαζομέναις δυνάμεσι τὸ *καθάρσιον πῦρ*. Αὗται μέντοι τῆς πρεπούσης ἑκάστῃ παρὰ Θεοῦ τιμῆς ἀπολαύουσαι ὑπὸ ζυγὸν ὑπάρχουσιν ἕνα· νεύμασι γὰρ ὑπηρετοῦσι Δεσποτικοῖς, ἐν μέρει τιμῆς τὴν δουλείαν δεχόμενα [a]. Διὸ καὶ νῦν

[57] Jerem. I, 9. [58] Psal. CIII, 4. [59] Psal. XVII, 9. [60] Deut. IV, 24; Hebr. XII, 29. [61] Matth. III, 11. [62] I Cor. III, 13, 15. [63] Joan. I, 14. [64] Coloss. I, 19. [65] Luc. VII, 14, 15. [66] Joan. IX, 6. [67] Deut. XVIII, 18; Hebr. X, 8. [68] Psal. CXVIII, 140. [69] Exod. III, 2 seq. [70] Luc. XXIV, 32. [71] Jerem. XX, 9. [72] Luc. XII, 49.

VARIÆ LECTIONES.

[v] γρ. γάρ. [x] γρ. χήρας. [y] γρ. παρεῖμαι. [z] ἴσ. γρ. ἓν τῶν. [a] γρ. δεχόμεναι.

τὸ [b] *Σεραφεὶμ* τῇ τοῦ προφήτου καθάρσει διακονεῖ, A *λαμβάνον τῇ λαβίδι τὸν ἄνθρακα*, τὸ σέβας ἐμφαῖνον, ὅπερ ἔχει πρὸς τὸ *θυσιαστήριον*, χειρὶ μὴ τολμῆσαν ἐφάψασθαι. Ἀληθινὸν γὰρ ἦν τὸ πῦρ, ἀλλ' οὐκ ἀλλότριον, ᾧ Ναδὰβ καὶ Ἀβιοὺδ κατεκάησαν. Τοῦτο γὰρ ὡς μὴ καῖον τοῖς χείλεσιν τοῦ προφήτου προσάγεται. Οὕτω νῦν [c] διὰ τὸ καυστικὸν ἡ *λαβὶς*, ἀλλὰ δηλοῖ τὴν ἐν ἑκάστῳ τυγχάνουσαν ἐπιτηδειότητα πρὸς τὴν τῶν ἀπὸ Θεοῦ διδομένων ἀγαθῶν ὑποδοχὴν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐν ἑκάστῳ ὑπαρχούσης πρὸς τὸ καλὸν οἰκειώσεως. Ἢ, ὅτι τὴν ἐπὶ Χριστῷ πίστιν καὶ γνῶσιν, καθάπερ τινὶ *λαβίδι*, δεχόμεθα διὰ νομικῶν τε ἅμα καὶ προφητικῶν παιδευμάτων, ὧν ταῖς μαρτυρίαις οἱ ἀπόστολοι τοὺς ἰδίους λόγους ἐπισφραγίζοντες, ἔπειθον τοὺς ἀκούοντας, *τὸν ἄνθρακα* τοῖς αὐτῶν προσάγοντες *χείλεσιν*, καὶ τὴν πίστιν ὁμολογῆσαι παρασκευάζοντες· ὃν ὁ προφήτης δεξάμενος B θαῤῥεῖ, μηκέτι λέγων· Τάλας ἐγώ· ἀποστολῇ δὲ τῇ παρὰ τοῦ φανέντος ἐπιτρέχων αὐτόματος. Τοσοῦτον δύνανται δυνάμεις λειτουργικαὶ πεμπόμεναι πρὸς τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, οὐκ αὐθεντικῶς, οὐδὲ αὐτεξουσίως παραγινόμεναι. Προηγουμένη γὰρ αὐταῖς καὶ κατὰ φύσιν ἐστὶ ζωὴ τῷ τοῦ Θεοῦ κάλλει ἐνατενίζειν ἀεὶ, καὶ διηνεκῶς δοξάζειν αὐτόν· περιστατικὴ δὲ ταύταις ἐνέργεια ἡ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιμέλεια καὶ στροφή. Τοιαύτη καὶ ἡ νῦν προσενεγκοῦσα *τὸν ἄνθρακα*. Νοήσωμεν δὲ τοῦτον λόγον ἀληθῆ, διαπύρως καὶ ἐλεγκτικῶς τὸ ψεῦδος καθαίροντα, οἷς ἂν ἀπὸ τῆς δραστηρίου δυνάμεως προσενεχθῇ. *Τὴν γὰρ χεῖρα τοῦ Σεραφεὶμ* ἐνέργειαν χρὴ νοεῖν ἀγαθῶν παρεκτικήν. Ὁ δ' οὖν C Κύριος καθαρθέντα τὸν προφήτην προσταχτικῶς οὐκ ἀπέστειλεν, ἀλλά φησι· *Τίς πορεύσεται;* Δοκιμάζοντος δὲ τοῦτον ἡ τοιαύτη φωνὴ, καὶ τὴν αὐτοῦ προθυμίαν προκαλουμένου, ὡς ἂν τῆς ἀγαθῆς προαιρέσεως κομίζοιτο τὸν μισθόν. Ἔοικε δὲ καὶ αἰτιᾶσθαι λίαν τὸν Ἰσραὴλ, ὡς τοῖς ἀποστελλομένοις ἀεὶ γινόμενον ἀπειθῆ, καὶ διαφόρως αὐτοὺς τιμωρούμενον. Τοιγαροῦν καὶ πρὸς τὸν Ἰεζεκιὴλ φησιν ὁ Θεός· « Ὁ δὲ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ οὐ μὴ ἐθελήσωσιν ἀκοῦσαί σου, διότι οὐ βούλονται εἰσακοῦσαί μου, ὅτι πᾶς ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ φιλόνεικοί εἰσι καὶ σκληροκάρδιοι. » Ὅθεν ἔοικεν ἀποροῦντι, Τίς δυνήσεται πεῖσαι τὸν Ἰσραήλ; Ὁ δὲ, ἅτε *ἄνθρακος* τοῦ θείου μεταλαβὼν, καθαρὸς μέν ἐστι, πρόθυμος δὲ καὶ νεανικὸς πρὸς ἀποστολὴν, οὐ μετειληφότες· μᾶλλον οἱ τοῦ D Χριστοῦ μαθηταὶ θερμότεροι πρὸς ταύτην ἐγένοντο. Θεὸς δὲ τὸν Μωϋσῆν οὐκ ἠρώτησεν, ὡς νῦν Ἠσαΐαν· ἀλλ' ὡς ἔχων ἕτοιμον, φησί· « Δεῦρο, ἀποστείλω σε πρὸς Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου. » Καὶ ὅμως παραιτεῖται, ὁ δὲ πλείστῃ τῇ ἀγάπῃ φερόμενος, ἀορίστως ἀκούσας τοῦ λόγου, ἐπιδίδωσιν ἑαυτὸν μηδὲν ὧν πάσχειν ἤμελλεν λογισάμενος. Ἀλλ' οὐκ ἐναντίαν ταύτῃ διάθεσιν ἔσχεν ὁ Μωϋσῆς. Ἀλλ' ᾔδει τὴν ὑπόθεσιν, εἰς ἣν ἀπεστέλλετο, καὶ ὡς ἀνένδοτός ἐστιν ὁ Φαραὼ,

A ergo servitutem amplectuntur. Itaque et hic prophetæ purgationi subservit *unus de Seraphim*, qui *carbone de altari forcipe accepto*, honorem, quem altari exhibet, aperte significat, cum manu tangere non audet. Verus enim, non alienus ignis ille exstitit, quo Nadab et Abiud conflagrasse legimus[73]. Tanquam enim non urat, prophetæ labiis admovetur. Non hic igitur, ut urendi potestas videtur, *forceps* adducitur; sed, ut percipiendæ a Deo gratiæ juxta singulorum virtutis rationem, facultas demonstretur. Aut certe, quia quæ in Christum est fidem et cognitionem, non aliter quam *forcipe*, per legis et prophetarum documenta accepimus; quorum testimoniis scripta sua roborantes apostoli, auditores admoto tanquam *labris carbone* ad fidei confessionem præparatos, pertraxerunt. B Quem cum semel excepisset propheta **100**, mire confidens, miserum se non exclamat amplius, sed ultro ad ejus, quem vidit, missionem festinat. Adeo magnum est ministrarum virtutum, in eos qui salutem sunt consecuturi, monumentum; quæ non sponte tamen, sed Dei nutu missæ nobis adsunt. Primaria enim illis et naturalis vita est, in Dei pulchritudinem semper aciem intendere eumque perpetuo celebrare: hæc autem adventitia functio, ut hominum curam habeant, et nobiscum versentur: qualis et ipsa nunc est, quæ *carbonem* deferre dicitur. Intelligamus vero et veritatis verbum exsistere, quod acriter et evidenter falsa destruat, in quæ semel virtutis suæ vires converterit. C Decet vero per *manum Seraphim*, vim ipsam bonorum effectricem et largitricem intelligere. Neque vero purgatum prophetam Dominus abire jubet, sed his verbis interrogat: *Quis ibit?* Quæ vox probantis est, et alacritatem illius provocantis, bonique instituti tanquam mercedem pollicentis. Videtur autem Israeliticum populum non leviter accusare, tanquam qui ad se missis semper reluctatus, eosdem variis cruciatuum generibus affecisset. Itaque et nunc Ezechielem ipsum alloquitur Dominus: « Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me, quando quidem omnis domus Israel contentionibus delectatur, et duro corde est[74]. » Indeque fit, ut dubitanti similis, quis Israelem flectere posset, et persuadere, quærere videatur. At hic, D tanquam divino labris admoto *carbone* purgatus propheta, magna ad gerendam provinciam animi alacritate, et fervore accedit; cujus qui abundantius fuere participes Christi discipuli, in hujus legationis obeundo munere, etiam ferventiores exstiterunt. Nec vero Mosen Deus, ut hic Isaiam, interrogavit, sed tanquam paratum haberet: « Accede, ait, mittam te ad Pharaonem regem Ægypti[75]; » et ille recusat tamen, cum hic majore longe dilectione præditus sermone nondum penitus

[73] Levit. x, 1, 2. [74] Ezech. III, 7. [75] Exod. III, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[b] *Ισ. γρ.* ἓ. τῶν. [c] γρ. οὐ τοίνυν.

audito, nihil eorum animo quidquam, quæ passurus esset, cogitans, seipsum permittat. Neque est tamen, quod huic esse contrariam Mosis credamus animi sententiam. Sed notat ad quæ negotia mitteretur, qui esse obstinato animo Pharaonem non **101** ignorabat; qui populi pervicaciam experimento didicerat.

A ὁ δὲ λαὸς Ἰσραὴλ δυσπειθὴς, πεῖραν τούτου μαθών.

De se enim benemeritum fuga sibi salutem quærere compulerunt, et simulato pastoralis vitæ studio, hominum tumultus declinare. Verum, quid ipse sentiret postea satis aperuit. Constat enim suis eum precibus conflati vituli pœnas ab Israele depulisse; cum dicenti Domino: « Abi, populique istius dux esto, et mittam angelum meum ante te [76], » statim reposuit: « Precor, Domine, si te ducem nobis præbere non statuis, inde nos non educas [77]. » Quamobrem vero? quia nimirum sceleratus populus, peccatorum remissione, quam angeli præstare nequeunt, opus haberet. Peccata enim ulcisci quidem, sed non item possunt remittere. Unde et alium superius, quem mitteret, verum illum scilicet legislatorem, qui potest unus salutem dare, unus item peccata remittere, proferendum dicebat [78]. Sed est haudquaquam exauditus, cum temporum nondum adventasset plenitudo, figurisque prius homines assuescere docerique conveniret. At Isaias peccatorum remissionem adeptus, cum *medio in populo labia impura habente habitare* se dixisset; cum præterea, quis ad populum istum esset abiturus quæri audisset; talem ideo postulari, ut pari beneficio afficerentur, arbitratus; tum, sperata illorum nomine peccatorum venia, lætus offerre se, secureque, veluti *carbonis* opera purgatum decebat, respondere non dubitavit. Cum enim duo distincte, *quem mittam, et quis ibit* essent postulata; unica ambobus responsione satisfecit, cum *Ecce ego, Domine, mitte me*, non autem amplius, *iturum se*, adjecit. Est enim in nostra situm potestate, apostolatum admittere. Vires autem ad obeundum sufficere, Dei unius, qui istam gratiam largitur, humanæ itaque imbecillitatis probe conscius, nihil ad id respondens, soli Deo reliquit et quod sibi non arrogavit, Domino largiente accepit. Sequitur enim: *Vade, et dic populo huic*. Quod autem habetur: *Ecce sum ego*, confidentis verba sunt, tanquam ejus, qui est, participem se, et in eorum quæ sunt, numero, post purgationem censeri significet. Quoniam vero apostolos **102** primum, deinde prophetas[c], creavit Deus [79]; ob id primum apostolatus gratiam Isaias excipit; audit et Moses: « Accede, mittam te [80] » Et Jeremias: « Ad omnes, ad quos mittam te, abibis [81]. » Audit autem vocem Domini, qui mente ab ipso informata, propter vitæ integritatem, resonantis in se Verbi, tanquam in libro, divinos conce-

Εὖ γὰρ παθόντες τὸν εὐποιήσαντα φυγεῖν παρεσκεύασαν, καὶ προφάσει ποιμενικῆς τοὺς τῶν ἀνθρώπων θορύβους ἐξέκλινεν. Δηλοῖ δὲ τὴν γνώμην τοῖς ἐφεξῆς. Ὡς γὰρ ταῖς αὐτοῦ λιταῖς τὴν ἐπὶ τῇ μοσχοποιΐᾳ δίκην ἀπέδρασαν, τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν εἰπόντος· « Πορεύου καὶ ὁδήγει τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ τὸν ἄγγελόν μου ἐξαποστελῶ ἔμπροσθέν σου, » φησὶν εὐθέως· « Δέομαι, Κύριε, εἰ μὴ αὐτὸς σὺ προπορεύῃ ἡμῶν, μὴ ἀναγάγῃς ἡμᾶς ἐντεῦθεν. » Τίνος χάριν; B Ὅτι ἁμαρτωλὸς ὁ λαὸς χρῄζει τοῦ ἀφιέντος ἁμαρτίας, ὅπερ ἀγγέλοις ἀδύνατον. Τιμωρητικοὶ μὲν γὰρ τῶν ἁμαρτανομένων οἱ ἄγγελοι, συγχωρητικοὶ δὲ τούτων οὐκέτι. Διὸ καὶ ἐξαρχῆς ἔλεγεν, Προχείρισαι ἄλλον ὃν ἀποστελεῖς. Τουτέστιν, Ἐλθέτω ὁ ἀληθινὸς νομοθέτης, ὁ δυνατὸς Σωτὴρ, ὁ μόνος ἔχων ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας. Οὐκ εἰσηκούσθη δὲ, ὅτι μήπω παρῆν τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν, καὶ ἔδει ἐν τοῖς τύποις προεθισθῆναι τὴν ἀνθρωπότητα. Ἡσαΐας δὲ τῶν ἁμαρτιῶν ἀφείμενος εἰπὼν, ὅτι *Ἐν μέσῳ λαοῦ ἐγὼ οἰκῶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος*· εἶτα νῦν ἀκούσας, Τίς πορεύεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; νομίσας ἐπὶ τῷ παραπλήσια κἀκείνους εὐεργετηθῆναι, ζητεῖσθαι *τὸν ἀποστελλόμενον*, ὑπὸ περιχαρείας ἑαυτὸν ὑποβάλλει, ὡς ἂν κἀκείνοις ἀφεθῇ τὰ ἡμαρτημένα· ἀσφαλῆ C μέντοι πεποίηται τὴν ἀπόκρισιν, ὡς ὠφελημένος ἐκ τῆς τοῦ *ἄνθρακος* ἤδη καθάρσεως. Πρὸς γὰρ δύο λόγους μίαν πεποίηται τὴν ἀπόκρισιν, *Τίνα ἀποστελῶ*; καὶ, *Τίς πορεύσεται; Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι, ἀπόστειλόν με*, μηκέτι προσθεὶς καὶ, *Ἐγὼ πορεύσομαι.* Τὸ μὲν γὰρ δέξασθαι τὴν ἀποστολὴν, ἐφ' ἡμῖν· τὸ δὲ δυναμωθῆναι πρὸς τὴν πορείαν, ἐκ τοῦ διδόντος τὴν χάριν Θεοῦ· διὸ τοῦτο κατέλιπε τῷ Θεῷ, μηδὲν ἐπαγγειλάμενος ἀσθενείᾳ τῆς φύσεως. . . περ [d] οὐκ ἔλαβεν ἑαυτῷ, τοῦτο χαρίζεται Κύριος, εἰπών· *Πορεύθητι, καὶ εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ*. Τὸ δέ· *Ἰδοὺ, εἰμὶ ἐγὼ*, θαῤῥῶν εἶπεν, ὡς ἤδη τοῦ ὄντος μεταλαβὼν, καὶ ἐν τοῖς οὖσιν ἀριθμῶν ἑαυτὸν μετὰ τὴν κάθαρσιν. Ἐπεὶ δὲ ἔθετο ὁ Θεὸς πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον D προφήτας, διὰ τοῦτο Ἡσαΐας πρῶτον τὸ τῆς ἀποστολῆς δέχεται χάρισμα· καὶ Μωϋσῆς ἀκούει· « Δεῦρο ἀποστελῶ σε· » καὶ Ἱερεμίας· « Ὅτι πρὸς πάντας οὓς ἂν ἐξαποστελῶ σε, πορεύσῃ. » Ἀκούει δὲ φωνῆς Κυρίου ὁ τὸ ἡγεμονικὸν ἐξ αὐτοῦ τυπωθεὶς, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ καθαρότητα τοῦ ἐνηχοῦντος ἀκροώμενος Λόγου, ὥσπερ βιβλίῳ τῇ ψυχῇ τὰ νοήματα τὰ θεῖα χαράττοντος. Τί οὖν εἰπεῖν Ἡσαΐας προστάττεται, *Ἀκοῇ ἀκούσητε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψητε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.* Τίνα δὲ *βλέψουσιν*, ἢ τίνος *ἀκούσονται*, παρῆκεν ἡμῖν καταλιπὼν τοῦτο

[76] Exod. XXXIII, 33. [77] ibid. 34. [78] Exod. IV, 13. [79] Ephes. IV, 11. [80] Exod. III, 10. [81] Jerem. I, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[d] Ισ. λ. καὶ ὅπερ.

σκοπεῖν ἐκ τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου λεγούσης, ὅτι A Ὃν σὺ τεθέασαι Κύριον, ὦ προφῆτα, τοῦτον ὄψεται καὶ ὁ λαὸς οὗτός ποτε· καὶ οὗπερ *ἀκήκοας*, κἀκεῖνος *ἀκούσεται*· ἀλλ' οὐ συνήσει, οὐδὲ *γνώσεται*, τὴν αὐτοῦ χάριν δέξασθαι μὴ βουλόμενος, ὡς ἀνθρώπου φανέντος ἐπὶ τῆς γῆς. Τοιγαροῦν προϊών, « Ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐπράθητε, φησὶ, καὶ ταῖς ἀνομίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν. Διότι ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἐκάλεσα καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων. » Τὸν δὲ τρόπον τοῦ *ἑωρακέναι* δεικνὺς, *τοὺς ὀφθαλμοὺς* αὐτῶν *ἐκάμμυσαν*. Ὁ μὲν γὰρ, ἅτε φῶς ὑπάρχων, πάντων ἐφώτιζε τὰς ψυχὰς, ὡς καὶ τυφλοῖς τὸ βλέπειν χαρίζεσθαι. Οἱ δὲ *τοὺς ὀφθαλμοὺς καταμύσαντες, βλέποντες οὐκ ἔβλεπον*, τουτέστι, δυνάμενοι βλέπειν, οὐκ ἤθελον. Γίνε- B ται δὲ τοῦτο, ἢ καταφρονήσει τοῦ ὁρωμένου παρατρεπόντων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἢ προσποιήσει τοῦ μὴ ἑωρακέναι, ἅ τις ἑώρακε. Τὸ μὲν οὖν *βλέψαι* παρῆν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς τοῦ ὀφθέντος χάριτος· τὸ μὴ *ἰδεῖν* δὲ συμβέβηκεν *μυσάντων τοὺς ὀφθαλμούς*. Οὕτως *ἀκούων* τις *οὐκ ἀκούει*, εἰ μὴ *συνιῇ* παρακούων· ἃ δὴ γέγονεν αὐτοῖς ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας. Παρόντα γὰρ αὐτὸν *ὀφθαλμοῖς ὁρῶντες* οὐκ ἔβλεπον, τά τε μυστήρια τῆς βασιλείας διδάσκοντος οὐκ ἠνείχοντο. Οὕτω γὰρ καὶ Παῦλος νοῶν ἔλεγεν ἐν ταῖς Πράξεσιν πρὸς τοὺς ἐν Ῥώμῃ τυγχάνοντας Ἰουδαίους· « Καλῶς γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν λέγον· *Πορεύθητι, καὶ εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ*, » καὶ τὰ ἑξῆς, εἰς C τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀναφέρων ἐπιδημίαν τὸν λόγον. Τοῦτο δὲ ἦν ἄρα καὶ μάλα σαφῶς, ὅπερ ἔφη Χριστὸς, τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἀπειθεῖν εἰρημένοις· « Μὴ γογγύζετε κατ' [c] ἀλλήλων. Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. » Καὶ πάλιν· « Πᾶς ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ μαθὼν, ἔρχεται πρός με. » Οὐκ οὖν ἐκκέκληνται πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Υἱοῦ δι' ἀποκαλύψεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὅτι μηδὲ ἦσαν ἄξιοι τῆς αὐτοῦ σωτηρίας τε καὶ ζωῆς· καὶ ἐν τούτῳ τὸ εὔλογον τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως ἀναφαίνεται. Εἰπόντος γὰρ Ἡσαΐου· *Ὅτι ἀκάθαρτα χείλη ἔχω*, καὶ περὶ τοῦ λαοῦ πάλιν τὰ ὅμοια, αὐτῷ μὲν ἐδόθη διὰ τοῦ *ἄνθρακος* ἡ χάρις τῆς συγχωρήσεως· τοῖς δὲ, οὐκέτι. Ὁ μὲν γὰρ *ἰδὼν Κύριον Σαβαὼθ*, ἐπίστευσεν οἷς ἐθεάσατο· οἱ δὲ βλέ- D ποντες ἐπιδημοῦντα τὸν Κύριον, οὐκ ἐπίστευον. Καὶ ὁ μὲν ἀκούσας τῆς δοξολογίας, *συνῆκεν*· οἱ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἀκούσαντες, οὐκ ἐδέχοντο. Καὶ ὁ μὲν *κατανυγεὶς* τῆς ἰδίας ἁμαρτίας ᾐσθάνετο, καὶ *τάλας* ἔφη πρὸς ἑαυτόν· τῶν δὲ ἐπαχύνθη ἡ καρδία, πρὸς τὸ μὴ τῶν ἰδίων κακῶν ἐπαισθάνεσθαι, καὶ προσελθεῖν τῷ δωρουμένῳ τὴν ἄφεσιν. Δι' ὅ φησιν ὁ Κύριος πρὸς αὐτούς· « Ὅτι ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. » Δόξει δὲ κωλύειν ἐπὶ τοὺς χρόνους ταῦτα τοῦ Σωτῆρος ἀνάγεσθαι, τὸ (*Εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ*) λέ-

A ptus in anima nostra describentis, sonum auscultat. Quid ergo dicere jubetur Isaias? *Auditu audite; et nolite intelligere. Et videntes videte; et nolite cognoscere.* Quænam vero ipsi *audituri* essent, aut *visuri*, progressu orationis discendum reliquit, dum quem propheta Dominum cerneret, eumdem esse quidem visurum populum addidit; quem item *audiret*, *auditurum*: sed eum, cujus gratiam, cum ut homo in terris visus est, admittere noluerunt, nec *cogniturum*, nec intellecturum. Itaque ait postea: « In iniquitatibus vestris venditi estis, et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram; quia veni, et non erat vir; vocavi, et non erat qui audiret [82]. » *Videndi* autem B modum exprimens, *oculos* eorum *clausos esse* adjicit. Ille siquidem, quia lux erat, ita animis omnium illucebat, ut cæcis visum etiam restitueret; at qui *oculos claudere* voluerunt, *videntes ipsi non viderunt*; id est, cum videre possent, noluerunt. Efficitur autem istud, vel cum ejus, quod cernitur, contemptu, oculos avertimus; vel cum ea, quæ ipsi videmus, non videre nos simulamus. *Videre* ergo potuissent, si ejus gratiam, in quem intueri debebant, amplexi essent. At quod non *viderunt*, id solum causa est, quod *oculos clauserunt*. Pari modo *audiens* quis, *non audire*, nisi quæ audit intelligat, putandus est. Quæ ipsis certe cum in terris Salvator ageret, contigisse nemo est, qui ambi- C gat. Præsentem enim suisque obvium *oculis* nec *videre*, nec cœlestis regni mysteria docentem tolerare potuerunt. Ita enim et Paulus secum in Actis reputans, sibi, qui Romæ occurrissent, Judæis ista exprobrat: « Bene enim per Isaiam prophetam ad patres vestros **103** locutus est Spiritus sanctus dicens: *Vade, et dic populo huic* [83], » etcætera, quæ ad Salvatoris nobiscum peregrinationem retulit. Istud ipsum autem vel liquido apparet exsistere; quod Israelitis fidem abnuentibus hoc modo dicebat Christus: « Nolite murmurare in invicem. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum [84]; » Et rursum: « Omnis qui audivit a Patre, et didicit, venit ad me [85]. » Ad Filii igitur agnitionem, ex ea, quæ Dei Patrisque D est, revelatione, quoniam erant salutis ejus, et vitæ munere indigni, non vocantur: quo vel maxime divini judicii probitas æquitasque apparet. Isaiam enim, *cum impura se*, populumque *labia habere* confessus esset, *carbone* admoto remissionis gratiam consecutum esse, istos autem nequaquam, videmus. Ille enim *Dominum Sabaoth contemplatus*, quæ vidit, credidit: cum isti Dominum secum diversantem intuiti, in eumdem nequaquam crediderint. Ille etiam laudes auditas *intellexit*: cum isti auribus suis personantem Salvatorem experti,

[82] Isa. L, 1. [83] Act. XXVIII, 26. [84] Joan. VI, 43. [85] ibid. 45.

VARIÆ LECTIONES.

[c] γρ. μετ'.

nequaquam admiserint. Ille denique *corde compunctus*, peccatique sui conscientia commotus, *miserum* se exclamavit: cum istorum adeo induratum cor fuerit, ut nec sua peccata agnoscere nec ad eum qui peccata condonat voluerint accedere. Hinc est, quod eos sic alloquitur Christus: « Et in peccatis vestris moriemini [86]. » Videbitur autem, quominus ad Salvatoris tempora isthæc referantur, illud impedire; quod demonstrative, *dic populo huic*, expressa legantur. Quem enim ex toto populo, qui tum ostendebatur, Salvatorem vel auditurum, vel ejus miracula intuiturum fuisse credimus? At ex simili, quale sit et istud, intelligemus. Dixit enim ex duodecim quidam propheta: « Popule mi, quid feci tibi? Responde mihi. Quandoquidem eduxi te de terra Ægypti; et servitutis domo liberavi te, et misi ante te Mosen, Aaronem et Mariam [87]. » Quemadmodum enim qui prophetæ tempore superstes erat populus Ægyptum non viderat; imo ne superius quidem nominatos duces unquam habuerat, et tamen in eos tanquam ingratus arguitur. Sic qui tum **104** fuere superstites, hic intelliguntur. At certum est, quæ prophetia notantur, Salvatoris tempore contigisse. Est vero et hic usitatus nobis loquendi modus, quem ἀλλοιούμενον Græce quidam nominarunt: Latine variatum, vel mutatum dicere possumus. Chorum enim eumdem vocamus etiam cum singulis, quibus antea constabat, discedentibus, alii in eorum vicem locumque subeunt. Quod certe et urbibus ipsis accidere videmus; cum prole in mortuorum locum suffecta, rursus implentur. Ad hunc modum, demonstratus prophetæ populus, idem cum eo, qui temporibus Salvatoris superstes esset non singulorum duratione, sed communi gentis appellatione, dici potest. Talibus igitur auditis interrogat propheta: *Usquequo, Domine?* Quem tandem enim finem cæcitatis habitura est civitas? At ex his mala quæ Judæis, sub Vespasiano, post Salvatoris crucem acciderunt, Deus significavit: quo tempore permultæ ita deletæ sunt urbes, ut, teste Josepho, ne nomine quidem supersint. Pari quoque ratione gladio viduatæ domus; fame denique, exsilio, captivitate, homines profligati et perditi. Cæterum pro his verbis: *Et post hæc elongabit Deus homines;* apertius extulit hoc modo Symmachus; *Longe faciet Dominus homines:* quod captivitatem, fugam et dispersionem potest significare. At non defuere, qui Judæorum a Deo aversionem quibus hæc ex parte cæcitas contigerat, ut gentium intraret plenitudo [88], notari autument. Sanctorum enim cæde et sanguine prius contaminati, adjecta vitæ auctoris nece, longe ipsi recesserunt. Cæterum qui *relinquentur*, ait, *multiplicabuntur*. Quamvis ita pauci exsistant, ut ne mortuorum quidem decima pars esse videantur. Nec tamen et istorum qualis vitæ finis futurus sit, reticuit; cum eos rursus *in depastionem* fore, cæteraque, quæ sequuntur, diserte monuit. Pro quibus, ita Symmachus: *Et rursus in depastionem erit, tanquam quercus, et*

A γεσθαι δεικτικῶς. Τοῦ γὰρ δεικνυμένου λαοῦ τίς ἤμελλε τοῦ Σωτῆρος ἀκούειν, ἢ βλέπειν αὐτοῦ τὰ θαυμάσια; Ἐξ ὁμοίου δὲ τοῦτο νοήσομεν. Εἴρηται γάρ τινι τῶν δώδεκα· « Λαός μου, τί ἐποίησά σοι; ἀποκρίθητί μοι. Διότι ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐξ οἴκου δουλείας ἐλυτρωσάμην σε, καὶ ἐξαπέστειλα ἔμπροσθέν σου τὸν Μωσῆ, καὶ Ἀαρὼν, καὶ Μαριάμ. » Ὥσπερ γὰρ τότε οὐχὶ ὁ κατὰ τὸν προφήτην λαὸς εἶδε τὴν Αἴγυπτον, οὐδὲ παρὰ τῶν εἰρημένων ὡδήγηται, καὶ ὅμως, ὡς ἐπὶ τούτοις ἀγνωμονῶν ὀνειδίζεται· οὕτω καὶ νῦν οἱ μὲν τότε ζῶντες ἐδείκνυντο· τὰ δὲ τῆς προφητείας, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίαν ἐξέβαινεν. Ἔστι δὲ καὶ συνήθης ὁ τοιοῦτος λόγος ἡμῖν, ὃν ἀλλοιούμενόν τινες προσηγόρευσαν. Τὸν αὐτὸν γὰρ καλοῦμεν χορὸν, καὶ ὅτε καθ' B ἕνα ἑκάστου τῶν αὐτὸν πληρούντων ὑπεξελθόντος, ἕτεροι τοὺς ἐκείνων διαδέξονται τόπους. Ὃ δὴ καὶ πάσχουσιν πόλεις διαδοχῇ τῶν ἐπιγινομένων ἀντὶ τῶν ἐν μέρει θνησκόντων ἀναπληρούμεναι. Οὕτω καὶ *λαὸς* ὁ νῦν τῷ προφήτῃ δεικνύμενος λέγοιτ' ἂν ὁ αὐτὸς τῷ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ὑπάρχειν, οὐ διαμονῇ τῶν καθ' ἕκαστον, τῇ κοινῇ δὲ τοῦ ἔθνους ὀνομασίᾳ. Τούτων οὖν ὁ προφήτης ἀκούσας πυνθάνεται, *Ἕως πότε, Κύριε;* Τί γὰρ ἔσται τέλος τῆς τοσαύτης αὐτῶν ἀβλεψίας; Ὁ δὲ Θεὸς, δι' ὧν ἐπιφέρει, δηλοῖ τὰ ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ γενόμενα τοῖς Ἰουδαίοις κακὰ, μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, ὅτε καὶ πλεῖσται πόλεις γεγόνασιν ἀφανεῖς, ὡς ὄνομα τούτων μὴ λείπεσθαι, καθάπερ ἱστόρησεν ὁ Ἰώσηπος. Καὶ ὡς οἶκοι πλεῖστοι τῶν οἰκητόρων κεκένωνται μαχαίρᾳ, καὶ λιμῷ, φυ- C γαῖς τε καὶ αἰχμαλωσίᾳ διεφθαρμένων. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Καὶ μετὰ ταῦτα μακρυνεῖ ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους*, σαφέστερον ἐξέδωκε Σύμμαχος εἰπών· *Μακρὰν ποιήσει Κύριος τοὺς ἀνθρώπους*. Τοῦτο δὲ τὴν αἰχμαλωσίαν παρίστησι, καὶ τὸν τῆς φυγῆς σκεδασμόν. Τινὲς δὲ τοῦτό φασι δηλοῦν τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀλλοτρίωσιν, οἷς ἡ ἀπὸ μέρους ἐγένετο πήρωσις, ἵνα τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ. Ἐμακρύνθησαν δὲ ἁγίους ἀπεκτονότες, προσθέντες δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς· ἀλλὰ καὶ *οἱ καταλειφθέντες*, φησὶ, *πληθυνθήσονται*, καίπερ οὕτως ὄντες ὀλίγοι, ὡς δοκεῖν αὐτοὺς μέρος εἶναι τῶν ἐφθαρμένων τὸ δέκατον. Τί δὲ καὶ τούτων ἔσται τέλος, ἐπήνεγκε. *Καὶ πάλιν ἔσται εἰς προνομὴν*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀνθ' ὧν ἐξ- D έδωκε Σύμμαχος, *Καὶ πάλιν ἔσται εἰς καταβόσκησιν ὡς δρῦς, καὶ ὡς βάλανος, ἥτις ἀποβαλοῦσα ἵσταται μόνη*, ἐρημίαν παντελῆ τοῦ λόγου προαγορεύοντος ὑπ' Ἀδριανοῦ γεγονυῖαν τοῦ αὐτοκράτορος, ὅτε διατάγμασι καὶ νόμοις βασιλικοῖς οὐδὲ πόῤῥωθεν αὐτοῖς ἐξῆν τῆς ἑαυτῶν μητροπόλεως τὴν ἐρημίαν ἰδεῖν· ὅτε καὶ ξένοι τινὲς ἀλλογενεῖς κατέσχον ἐξελληνισθέντα τὸν τόπον, καὶ τὴν προσηγορίαν ἡ πόλις μετέλαβεν, ἐπώνυμος γενομένη τοῦ ταύτην ὑστάτου πολιορκήσαντος.

[86] Joan. VIII, 21. [87] Mich. VI, 3, 4. [88] Rom. XI, 25.

glans, quæ semel dejecta sola stat. Quibus procul dubio magnam illam solitudinem, **105** verbique penuriam, quæ Adriano imperante fuit, intellexit: quo tempore legibus ita, regiisque edictis, abacti sunt, ut iis ne desertam quidem principem patriæ civitatem procul aspicere liceret: quam externæ gentes aliæ occupatam, falsis superstitionibus profanarunt, et præcedenti mutato, de ultimi nomine expugnatoris appellarunt.

Οἰκεῖα δὲ λίαν τὰ παραδείγματα, *ὡς τερέβινθος, ἢ ὡς δρῦς, ἢ ὡς βάλανος, ὅταν ἐκπέσῃ ἐκ τῆς θήκης αὐτῆς.* Οὐκέτι γὰρ ἀμπελὼν Κυρίου Σαβαὼθ, οὐδ' ὡς παράδεισος Θεοῦ, οὐδ' ὡς ἐλαία ὡραία, οὐδ' ὡς φοῖνιξ κατὰ τὸν δίκαιον, ἢ ἄλλο τι τῶν ἡμέρων καὶ ἀναγκαίων φυτῶν ἔσεσθαι τούτους φησὶν, ὡς *βάλανον*. Οὐδὲ αὐτὴν συνεστῶσαν, ἀλλὰ *πεσοῦσαν τῆς θήκης*. Καὶ ὡς *τερέβινθον*, ἢ κατὰ τοὺς ἄλλους ἑρμηνευτὰς, ὡς *δρῦν δὲ καὶ βάλανον*, καὶ δρυμὸν, καὶ τῶν ἄλλων δένδρων, ὅσαπερ ἄκαρπα καὶ ἀνήμερα τὰ ἔθνη καλεῖν τὰ ἀλλόφυλα σύνηθες τῇ Γραφῇ. Οἷει [f] ὅμοιον ἔσεσθαι τὸ Ἰουδαίων ἔθνος φησὶ, μηδενὶ διαφέροντα [g] τρόπῳ καὶ βίῳ, πλὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον, ὡς τοὺς μὲν τὰς οἰκείας ἐπέχειν χώρας, καὶ τοὺς κατὰ φύσιν τὴν αὐτῶν προφέρειν καρποὺς, τοὺς δὲ τῆς ἑαυτῶν ἐκπεπτωκέναι, καὶ μηδὲ ὁμοίως ἐκείνοις ἐνεργεῖν, ὡς διὰ τοῦτο παραβάλλεσθαι δοκεῖ ἀγρίῳ φυτῷ, *καὶ βαλάνου* καρπῷ ζώων ἀλόγων θρεπτικῷ. Ἐπὶ τούτοις, μετὰ προσθήκης ἀστερίσκων, ἐπιλέγει περὶ τοῦ ἐξ αὐτῶν ἁγίου σπέρματος, περὶ οὗ τό· « Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, » προὐλέγετο. Θεοδοτίων μὲν γὰρ ἔφη, *Τὸ σπέρμα ἅγιον τὸ στήλωμα* αὐτῆς. Ὁ δὲ Ἀκύλας *στήλωσις* ἔφησεν. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἡ στάσις αὐτῆς. Στάσις* γὰρ τοῦ ἐκπεσόντος λαοῦ, τὸ ἐξ αὐτῶν ἅγιον σπέρμα τὸ μὴ τὴν ὁμοίαν τοῖς λοιποῖς ὑπομεῖναν πτῶσιν. Οἱ τὴν σωτήριον χάριν δεξάμενοι, καὶ *συνέντες τὴν ἀκοὴν*, καὶ *ἰδόντες ἐθεάσαντο*. Οὓς μακαρίζων ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν· « Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσιν, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούουσι. » Τινὲς δὲ τὸ, *Καὶ οἱ καταλειφθέντες πληθυνθήσονται*, ἐπὶ τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων ἐδέξαντο. Εἰ δέ φησι, *Καὶ ἔσονται εἰς προνομὴν*, καὶ τὰ ἑξῆς, δηλοῖ, φασὶ, τὴν κατὰ μικρὸν ἀπὸ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐθῶν, ἐπὶ τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείαν μεταβολήν. Πάλιν γὰρ *εἰς προνομὴν* οὗτοι γενήσονται συνηγμένοι, ὡς συνάγεται ὁ τῆς *τερεβίνθου* καρπὸς, καὶ ὡς *ἡ βάλανος* ἡ ὥριμος ἤδη πρὸς συλλογήν. Τότε γὰρ ἀπολύεται ἀπὸ τοῦ πρὸς τῇ θήκῃ δεσμοῦ ἡ πεφθεῖσα ἤδη καὶ τελειωθεῖσα τῷ χρόνῳ. Τάχα δὲ, φασὶ, καὶ διὰ τὸ ἐκπεπτωκέναι γενομένους ἐν τῇ διασπορᾷ, *βαλάνῳ* τῆς θήκης ἐκπεσούσῃ παρεβλήθησαν. Συνάγονται δὲ οὗτοι, ὡς *τερέβινθός τε καὶ βάλανος*, ἐν τῷ γενέσθαι σπέρμα ἅγιον *ἐν τῇ στάσει* καὶ βεβαιότητι αὐτῶν, κατὰ τὴν προσθήκην Θεοδοτίωνος. Τινὲς δὲ οὕτως ἐνόησαν. Ἠρώτησεν ὁ προφήτης· Μέχρι τίνος ἡ πώρωσις; ὁ δὲ Θεὸς δηλῶν τὴν τοῦ παρόντος βίου συντέλειαν, τὰ ἐπὶ τούτοις ἐπήνεγκε. Δεῖ γὰρ πρῶτον πολέμους ἡμᾶς ἀκοῦσαι, καὶ ἀκοὰς πολέμων, ἀναστῆναί τε

Commoda autem valde exempla adhibuit, cum *tanquam terebinthus, aut quercus, aut glans, cum theca sua exciderit*, dixit. Non enim eos jam vineam Domini Sabaoth, non ut Dei paradisum, non ut olivam pulchram, non ut palmam denique, cui justus comparatur [89], aut cicuratarum, ad usumque vitæ necessariarum arborum aliquam; sed veluti *glandem*, nec eam quidem sibi constantem amplius, sed deciduam, relictaque *theca humi jacentem;* vel *tanquam terebinthum*, vel (si alios sequaris interpretes) *quercum, et balanum*, agrestemque arborem aliquam, vel nullos, vel amaros fructus edentem (quibus Scriptura gentes usitate significat), fore prædicit. Nec his absimilem Judæorum fore gentem significat, quæ moribus et vita cum his consentiat. Imo vero longe illis deteriorem; cum et suas isti regiones occupent, et solito naturæ ordine fructus edant; illis contra, sua etiam nihil illis tale producente exciderint: unde agresti plantæ *balanique* fructui, quo bruta vescuntur, comparari videantur. Posthæc adjectis asteriscorum notis, de sancto illo semine, quod ab ipsis fuerat oriturum, aliqua colligit, de quo et illud antea: « Nisi Dominus reliquisset nobis semen [90] » fuerat usurpatum. Theodotio enim, *semen sanctum fulcimentum* ejus; Aquila *firmitatem;* Symmachus autem *stabilitatem*, transtulerunt. Et enim populi cadentis *stabilitas*, semen illud, quod similem cum reliquis casum non sentit; nimirum, qui accepta salutari gratia *auditu intellexerunt*, eumque, quem *sunt contemplati*, *viderunt;* quos Salvator beatos prædicat his verbis: « Beati oculi, quia vident, et aures vestræ, quia [91] audiunt. » **106** Non desunt autem, qui verba ista: *Et qui relinquentur, multiplicabuntur*, de his, qui in Christum crediderunt, intelligant. Quod autem eos dicit *in depastionem fore*, et quæ sequuntur, de ea istud mutatione, quæ paulatim a Judaicis ritibus ad evangelicam vitam futura est, intelligendum putant. Rursus enim illi *in depastionem*, quando collecti fuerunt, futuri sunt; non aliter, quam solet *terebinthi* fructus, ipsaque adeo tempestiva *glans* in unum acervum congregari. Tunc enim excocta, temporisque diuturnitate maturata, vinculo illo, quo in theca retinetur, exsiccato, solvitur. Fortasse vero, aiunt, eo etiam quod propter peccata sua dispersi essent, *glandi*, quæ theca exciderit, comparantur. Congregantur vero ipsi, *tanquam terebinthus et balanus*, dum semen sanctum *in sua firmitate* et constantia, ut Theodotio-

[89] Psal. LXXXI, 13. [90] Isa. I, 9. [91] Matth. XIII, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[f] γρ. οἷς. [g] γρ. διαφέρον τῷ.

nem sequamur, fiunt. Non desunt tamen, qui ita explicent. Quæsivit propheta : Usquequo tandem abitura est cæcitas ista ? At Deus, ut præsentis vitæ consummationem notaret, quæ postea sequuntur intulit : Oportet enim bella primum nos audire, et rumores bellorum, gentem adversus gentem insurgere, domos ipsas et urbes in solitudinem redigi, deinde finis [92] : post quem deinceps, exacto nimirum resurrectionis tempore, prolongabuntur, cum omni in sempiternum corruptione peccatoque purgati vitam agent perpetuam. Sed enim qui nunc excæcatus est Israel, eumdem ultimis sæculi temporibus vocatum iri testatur Scriptura [93].

A ἔθνος ἐπ' ἔθνος, ἐρημωθῆναί τε πόλεις, καὶ οἴκους, εἶτα τὸ τέλος. Μεθ' ὃ μακρύνονται λοιπὸν, μετὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως δηλονότι καιρὸν, διηνεκῆ ζῶντες βίον, ἀνῃρημένης εἰς ἅπαν φθορᾶς τε πάσης καὶ ἁμαρτίας· τὸν δὲ νῦν πεπωρωμένον Ἰσραὴλ, ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος κληθήσεσθαι καιροῖς ἡ θεία λέγει Γραφή.

CAP. VII.

107 VERS. 1-9. *Et factum est in diebus Achaz filii Joatham, filii Oziæ regis Juda; ascendit Rhaason rex Aram, et Phacee filius Rhomeliæ, rex Israel, in Jerusalem ad bellandum contra eam, et non potuerunt eam debellare*, etc.

Primas in narrandi serie, quæ sub *Ozia* exstitit prophetia habuit. Oziam secutus est *Joatham;* quo statim imperante, quæ de Domino Sabaoth et Seraphim fuit, in qua Unigeniti significabatur divinitas, visio subsecuta est. Sed non nisi elapsis jam annis sexdecim (non paucioribus enim imperavit *Joatham*) ad regni gubernacula impiissimus accessit *Achaz :* cujus tempore ista est de Unigeniti secundum carnem generatione, in quem incumbimus 108 edita prophetia. Sic enim ordo postulabat, ut ad ea quæ de divinitate præcesserant, hæc altera sequeretur disputatio. Habet autem hujusmodi argumentum prophetia. In impium *Achazum*, ejusque subditos, non sine justa Numinis vindicta, Damasci et Samariæ reges duo conspirarunt, prior *Phacee*, *Rhaason* alter nominati. Centum itaque et viginti trucidatis hominum millibus, ducenta altera bello cœperunt. Post tantam vero stragem collecto rursus exercitu magna urbis expugnandæ interficiendique Achazi, quo *Thabeelis filium* regem crearent, spe concepta, Jerusalem obsessuri veniunt. Quæ cum *domui Davidi* (sic enim regis hujus posteros omnes, subditosque nominabant), *essent renuntiata;* non parum omnes præteritæ cladis memoria commoti, rerum futurarum, bellique eventui non diffidere (sicut exacte altero Paralipomenon volumine describitur [94]) non potuerunt. Tantum vero eorum *motum silvarum ligno*, fecundis cicuribusque arboribus ad comparationem non assumptis, similem efficit. Verum qui non peccatoris morte, sed ejus pœnitentia, et conversione potius, vita denique lætatur [95], quos ultus antea fuerat graviter, in eosdem nunc humanitatem clementiamque convertit. Prophetam enim ad *Achazum* mittit una cum *relicto* sibi e multis *filio*, quem *Iasub* nominat. Unus autem ille

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

α-θ'. *Καὶ ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἄχαζ τοῦ Ἰωάθαμ, τοῦ υἱοῦ Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα, ἀνέβη* B *Ῥαασσὼν βασιλεὺς Ἀρὰμ, καὶ Φακεὲ υἱὸς Ῥομελίου, βασιλεὺς Ἰσραὴλ, ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, πολεμῆσαι αὐτὴν, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν πολιορκῆσαι αὐτὴν*, κ. τ. λ.

V. 1-6. *Et dicet in die illa: Benedicam tibi, Domine, quoniam iratus es mihi, et avertisti iram tuam, et misertus es mei. Ecce Deus meus, Salvator meus, confidens ero in eo; salvabor in eo, et non timebo: quia gloria mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem*, etc.

Cum enim Evangelium docerent in Judæorum synagogis, Ecclesias autem de gentium conversione facerent; novum eos carmen, quibus tantæ fuerant utilitatis auctores, modulari docebant. Tanquam enim vetere apud se flumine, marique tempestuoso sublatis: *Ecce*, aiunt, *Deus meus, Sal-*

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

α'-ς'. *Καὶ ἐρεῖ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Εὐλογήσω σε, Κύριε, διότι ὠργίσθης μοι, καὶ ἀπέστρεψας τὸν θυμόν σου, καὶ ἠλέησάς με. Ἰδοὺ ὁ Θεός*
D *μου, Σωτήρ μου. Πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ, σωθήσομαι ἐν αὐτῷ, καὶ οὐ φοβηθήσομαι· διότι ἡ δόξα μου, καὶ ἡ αἴνεσίς μου Κύριος, καὶ ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν*, κ. τ. λ.

Τοῖς γὰρ Ἰουδαίοις τὸ Εὐαγγέλιον κηρύττοντες ἐν συναγωγαῖς, ἐκ δὲ τῆς τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφῆς Ἐκκλησίας ποιούμενοι, καινὸν ᾄδειν ᾆσμα τοὺς ὑπ' αὐτῶν ὠφελουμένους ἐδίδασκον. Ὡς γὰρ ἀναιρεθέντος τοῦ πάλαι παρ' αὐτοῖς ποταμοῦ, καὶ τῆς κυματουμένης θαλάσσης, φασίν· *Ἰδοὺ ὁ Θεός μου, Σωτὴρ*

[86'] Exod. III, 5; Josue, V, 16. [87] Exod. XII, 11. [87'] Luc. X, 4. [88] Exod. XV, 21.

VARIÆ LECTIONES

[p] γρ. ἑρμήνευσε. [q] γρ. Αἰγύπτου.

μου· πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ. Καὶ οὐ φοβηθήσομαι, τῶν εὐσεβεῖν κωλυόντων ἀνῃρημένων. Ἀντὶ δὲ τῶν πάλαι δαιμόνων, *δόξα μου καὶ ἡ αἴνεσίς μου ὁ Κύριος*. Ὠργίσθης δέ μοι, φησὶν, ἐξομολογούμενος, ὡς δίκαια παθὼν ἀποστραφεὶς τὸν Θεόν. Τὴν δὲ δοθεῖσαν τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν διὰ Χριστοῦ παρίστησι, λέγων· *Ἀπέστρεψας τὸν θυμόν σου, καὶ ἠλέησάς με*. Πολλάκις γὰρ ἀφίεταί τις καταλειπόμενος ἅπαξ τοῖς Αἰγυπτιακοῖς συναπαχθεὶς χρόνον ἀπολαῦσαί τινα τῆς ἰδίας ἀβουλίας, ἵνα θερίσῃ ἃ κακῶς ἔσπειρεν. Ἐλεηθεὶς δὲ δι' ἀνακλήσεως, ᾄδει τὴν παροῦσαν ᾠδήν. Ὅμοιον δὲ τοῦτο τῷ· « Ὀργὴν Κυρίου ὑποίσω, ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ. » Καὶ τό, « Οὐ γὰρ εἰς τέλος ὀργισθήσεται, οὐδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μηνιεῖ. » Αἰσθανόμενος δὲ τῆς εὐεργεσίας, καὶ λέγων, *ὅτι ὠργίσθης μοι, καὶ ἠλέησάς με*, φησίν· *Ἰδοὺ ὁ Θεός μου, Σωτήρ μου*. Οὔτε δὲ οἱ ποιοῦντες τὴν ἐλεημοσύνην ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, οὔτε οἱ δόξαν παρ' ἀλλήλων ζητοῦντες, δύνανται λέγειν, ὅτι ἡ *δόξα μου, καὶ ἡ αἴνεσίς μου ὁ Κύριος*. Ἀλλ' οἱ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ ζητοῦντες, καὶ τὴν τοῦ, μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, μὴ παραβαίνοντες ἐντολήν. Ἐπαγγελλομένου δὲ Θεοῦ, ὡς τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, δῆλον ὡς καλῶς τις δοξάζων Θεὸν, δεδοξασμένος ἐστὶ παρ' αὐτῷ.

A *vator meus; confidens ero in eo;* nec sublatis jam, quæ pietatis in me studium morabantur, quidquam *metuam;* sed erit in locum dæmonum, quibus olim serviebam, *gloria mea, et laus mea Dominus.* Ideo autem *iratum* sibi Dominum dixit, ut non injusta se, qui cum esset aversatus, pati significaret. Neque vero allatam nobis Christi nomine peccatorum veniam reticet, cum *avertisti iram tuam, et misertus es mei,* addit. Persæpe enim semel Ægyptios mores, et cultum amplexus aliquis, ea tandiu retinere sinitur, donec, persolutis imprudentiæ pœnis, male metat, quæ male seminavit: qui tamen miserente Deo revocatus, carmen istud modulatur. Est vero et huic non multum dissimile: « Iram Domini portabo, B quia peccavi ei [59]. » Item illud: « Non enim in finem irascetur, neque in sæculum iracundiam servabit [60]. » Cæterum tanquam bene percepto libertatis munere, cum *iratum* prius Dominum, *suique misertum* confessus esset, *Ecce Deus meus Salvator meus,* intulit. Neque vero illorum quisquam, qui vel in hominum luce pauperibus largiuntur, vel se laudari mutuo postulant, vere *laudem et gloriam suam Dominum esse* dixerit; sed qui Paulini mandati gloriæ cupiditatem prohibentis, diligens observator veram in Deo tantum quæsierit. At Deo ipso gloria se illos affecturum pollicente, a quibus ea afficitur; nemini jam **195** dubium esse queat, quin a quibus id recte fieri videat, eisdem et ipse gloriam reponat.

Καὶ Μωϋσέως γὰρ *ἐδοξάσθη* τὸ πρόσωπον, ἐπειδὴ καλῶς ᾔδει *δοξάζειν Θεόν*. Οὐδεὶς δὲ διημαρτημένας ἔχων ὑπολήψεις περὶ Θεοῦ, δεκτὴν ἔχει τὴν αἴνεσιν. Ἑνὸς γὰρ ἄμφω αἰνεῖν τε καὶ δοξάζειν καλῶς. Κεκτήμεθα δὲ τούτων ἑκάτερον *ἠλεημένοι* ὑπὸ Θεοῦ. Οὐ γὰρ κατὰ τὰ ἔργα ἃ ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος ἡ δοθεῖσα χάρις ἡμῖν. Καὶ ἄλλως δὲ, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, τοῖς ἐπὶ τῆς [r] ἐπιδημίας παρόμοια· δουλείας γὰρ ἐλευθερία γεγένηται, τότε μὲν αἰσθητοῦ, νυνὶ δὲ νοητοῦ Φαραώ. Τότε μὲν εἰς αἷμα τὸ ὕδωρ μετεσκευάζετο, νῦν δὲ σωτήριον γέγονεν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Οἱ τὸν Ἰσραὴλ διώκοντες ἐπὶ θαλάσσης Ἐρυθρᾶς ἀπεπνίγοντο· διὰ δὲ τῶν ἁγίων ἐδιδάσκοντο μαθητῶν τῶν τοῦ παρόντος βίου κυμάτων τε τῶν ἐν αὐτῷ διανήχεσθαι κλύδωνα. Χάλαζα τότε δεινή· νῦν ὁ θεῖος εἰς νοῦν αὐτοῖς καταβέβηκεν ὑετὸς ἐγκάρπους ἀποτελῶν. Σκότος τότε βαθύ· νῦν δὲ φῶς ἐν Χριστῷ. Ἐθρήνησαν Αἰγύπτιοι τὰ πρωτότοκα· νῦν δὲ σέσωκεν αὐτοὺς ὁ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, ὡς πάλαι τοῦ Ἰσραὴλ τὰ πρωτότοκα. Πῶς οὖν οὐκ ἦν ἐπὶ τούτοις ἀκόλουθον, εὐφραινομένους τὸν δοτῆρα τούτων ὑμνεῖν; Ὁ δὲ Θεὸς ἕτοιμος ὢν εἰς ἀντίδοσιν, τοὺς γνησίως αὐτὸν δοξάζοντας, πνευματικαῖς ἀμείβεται δωρεαῖς, λέγων, *Καὶ ἀντλήσετε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου*. Νοήσει δέ τις αὐτὸ τοῦ Σωτῆρος ἀκούων εἰπόντος, « Εἴ τις

Nam et Mosis vultus ideo *gloriam* consecutus C est, quod Moses Deum *gloria* digne noverat afficere [60*]. Neque vero Deo quisquam laudes acceptas decantarit, qui falsas de eodem cogitationes mente tueatur. Unius enim utrumque est, gloria et laude recte afficere, neque utroque prius potiemur, quam Dei *misericordiam* consequamur. Neque enim secundum opera, quæ fecimus nos; sed secundum misericordiæ ipsius ubertatem gratia nobis data est [61]. Præterea, ut aliam explicationem non omittamus; quæ in Ægypto accidisse legimus, a Salvatoris in terra nobiscum peregrinatione differre nihil videantur. Tum enim sub sensum cadentis; hoc autem loco, Pharaonis mente comprehensi servitutis jugum excussum est. Tum in sanguinem rursus aqua mutari visa est, quæ D jam sacri baptismatis ope salutaris est effecta. Tum deinde qui Israelem persequebantur, in Rubri maris undis exstincti sunt; cum qui hujus vitæ fluctibus agitabantur, sanctorum discipulorum præceptis adjuti incolumes enatarint. Non defuit tum copia grandinis calamitosa: cum nunc in eorum mentes fecundans illabatur imber. Profundæ tum tenebræ: sed jam in Christo lucis fulgor amplissimus. Luxerunt sua Ægyptii primogenita; sed per eum jam, qui primus ex mortuis excitatus est [62], sicut olim in primogenitis Israelis

[59] Mich. VII, 9. [60] Psal. CII, 9. [60*] Exod. XXXIV, 29. [61] Psal. LXXVIII, 8; II Timoth. I, 9. [62] Coloss. I, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[r] Ἰσ. γρ. γῆς.

factum est, salvi incolumesque remanserunt. Quis ergo non eos tantorum auctorem beneficiorum merito laudasse qui eorumdem essent magna cum voluptate memores, arbitretur? At Deus, qui in gratia reponenda minime cunctator est, si quando digne gloria afficiatur, spiritualibus confestim respondens donis: *Et haurietis aquas*, ait, *cum gaudio, de fontibus Salvatoris*. Quod si obscure dictum cuiquam videatur, Salvatorem ipsum in hæc verba audiat: « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, quemadmodum ait Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ viventis. Hoc autem dicebat de Spiritu, quem erant accepturi, qui credidissent in ipsum [63]. » Et rursus: « Si quis aquam bibat, **196** quam ego dabo ei, fiet in ipso fons aquæ salientis in vitam æternam [64]. » Sunt ergo *salutis fontes*, vel sancti apostoli, vel libri, qui Spiritu dictante tanquam imbre, cœlitus immissi sunt. Sunt vero et prophetarum scripta Israelis *fontes* apud Davidem, ubi ait: « In ecclesiis benedicite Dominum de fontibus Israel [65]. » Quod si idololatriæ populum argui constat, ubi Me dereliquerunt fontem aquæ viventis, legitur [66]; et hic certe credentem, sitimque suam Dei decretis explere cupientem, *cum gaudio de fontibus Salvatoris aquas esse hausturum* nemini innuere dubium est; quas esse bibituri Ægyptii, et qui salutarem illis potum propinarunt prædicuntur. Sed eorum, qui illam biberunt, gaudium satis illud expressit, quod his verbis scribitur: « Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum [67]. » Quo enim quisque sitit magis, eo etiam amplius idem bibendo delectatur. *Haurire* vero *aquas cum gaudio* is dicitur, qui Domini legem die ac nocte meditatur [68]. « Os enim justi, dicit Psaltes, meditatur sapientiam [69]. » Recte siquidem qui quærit, idem arcano Scripturæ sensu percepto, *aquam cum gaudio hauriet;* Verbumque Dei vivum laticem, reperiet, a quo per spiritum mortalibus cunctis, a quibus ipse antea fuit ignoratus scaturientes monstrati sunt discipuli; de quibus ita Davidem loqui comperimus: « Apparuerunt fontes aquarum, et revelata sunt fundamenta orbis terræ [70]. » Lapis enim in Sionis, id est Ecclesiæ, fundamenta electus, et a Patre ipso positus, cui per fidem ædificamur domus spiritualis, in templum sanctum, in habitaculum Dei in spiritu, Christus est. Sunt vero secundum ipsum et lapides etiam, id est orbis terræ fundamenta nominati, qui per prædicationem principes exorsi, nos in fidei veritatisque rectitudine et firmitudine retinuerunt. Non est autem prætermittendum, si ad Hebræa verba respicias, hic de communi omnium salutis auctore Jesu mentionem fieri; cum ubi *Salvatoris* vocem usurpamus, *Jesum* Hebraica habeant. Verbi causa, ubi legitur: *Ecce Deus Salvator meus*, **197** et ibi; *factus est mihi in salutem*. Et hic denique, cum de *fontibus Salvatoris* dixit.

A διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. Τοῦτο δὲ ἔλεγεν περὶ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἤμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. » Καὶ πάλιν· « Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα. Ἀλλὰ τὸ ὕδωρ, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » *Πηγαὶ* τοίνυν *σωτηρίου*, ἢ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι· ἢ λόγοι πνευματικοὶ ἐξ ἁγίου Πνεύματος ἀνομβρωμένοι. Καὶ οἱ προφητικοὶ δὲ λόγοι, *πηγαὶ* ὠνομάζοντο Ἰσραὴλ, λέγοντος τοῦ Δαβίδ· « Ἐν Ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεὸν Κύριον ἐκ πηγῶν Ἰσραήλ. » Εἰ δὲ ὁ εἰδωλολατρήσας ἐγκαλεῖται λαὸς, B τὸ Ἐμὲ ἐγκατέλιπεν πηγὴν ὕδατος ζῶντος· δῆλον, ὡς ὁ πιστεύων, καὶ τοῖς θείοις ποτιζόμενος δόγμασιν, *ἀντλεῖ ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου*, ἀφ' ὧν Αἰγύπτιοι πίεσθαι προφητεύονται, καὶ οἱ τούτοις τὸ σωτήριον ποτὸν διακονήσαντες. Τὴν δὲ τῶν τοῦτο πινόντων εὐφροσύνην παρίστησιν τὸ, « Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα· » ὅσον γάρ τις διψᾷ, τοσοῦτον πίνων εὐφραίνεται. *Ἀντλεῖ δὲ ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης* ὁ τὸν νόμον τοῦ Κυρίου μελετῶν ἡμέρας τε καὶ νυκτός. « Στόμα γὰρ δικαίου μελετήσει σοφίαν. » Διὰ τοῦ γὰρ ζητεῖν ὀρθῶς, τὸ πνευματικὸν βούλημα συνιεὶς τῆς Γραφῆς, *ἀντλήσει ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης*, τόν τε τοῦ Θεοῦ Λόγον τὸ ζῶν ὕδωρ εὑρήσει, ὃς τοὺς ἀποστόλους ἀνέδειξε διὰ τοῦ πνεύματος πᾶ- C σιν αὐτὸν τοῖς ἀγνοοῦσι πηγάζοντας. Περὶ ὧν φησιν ὁ Δαβίδ· « Ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων, καὶ ἀνεκαλύφθη τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης. » Λίθος μὲν γὰρ ἐκλεκτὸς ὁ Χριστὸς εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν, παρὰ τοῦ Πατρὸς τεθεῖσθαι λεγόμενος, τοῦτ' ἔστι τῆς Ἐκκλησίας. Αὐτῷ γὰρ διὰ πίστεως οἰκοδομούμεθα οἶκος πνευματικὸς, εἰς ναὸν ἅγιον, εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι. Λίθοι δὲ μετ' αὐτὸν, ἤτοι θεμέλια τῆς οἰκουμένης, οἱ διὰ τοῦ κηρύγματος ἀνέχοντες ἡμᾶς πρὸς ἑδραιότητα τὴν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ. Σημειωτέον δὲ ὡς *Ἰησοῦ* τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁ παρὼν μέμνηται λόγος, κατὰ τὴν τῶν Ἑβραίων φωνὴν, ἀντὶ τοῦ *Σωτὴρ*, ἀεὶ τὸ *Ἰησοῦ* περιέχουσα. Ἐν τῷ, *Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ὁ Σωτήρ μου*. Καὶ ἐν τῷ, *ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν*. Καὶ ἐν τῷ, *ἐκ τῶν πη-* D *γῶν τοῦ σωτηρίου*.

Prophetiam enim, quæ *de radice Jessæ* habetur, *Jesu Salvatoris* appellatione destituti cum de eo esset instituta, nequaquam decebat. Ad hæc, sermone ad Evangelistas converso, quid eis, qui

Ἔπρεπε γὰρ τῇ περὶ τοῦ *ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ* προφητείᾳ, τοῦ *Σωτῆρος Ἰησοῦ* τὴν προσηγορίαν ἐπενέγκαι. Αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ προφητευόμενος. Ἐπὶ τούτοις προσφωνεῖ τοῖς εὐαγγελισταῖς, ἃ δεῖ τοῖς ἐξ

[63] Joan. VII, 37-39. [64] Joan. IV, 14. [65] Psal. LXVII, 27. [66] Jerem. II, 13. [67] Psal. XLI, 3. [68] Psal. I, 2. [69] Psal. XXXVI, 30. [70] Psal. XVII, 16.

Αἰγύπτου μαθητευομένοις ἐρεῖν, *Ὑμνεῖτε*, λέγων, *Κύριον· βοᾶτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ*. Τοῖς ἄλλοις ταῦτα παραγγέλλειν εἰπὼν, ὅταν ἐμπλησθῶσιν αὐτοὶ τοῦ πνευματικοῦ πόματος. Ἡ δὲ *βοὴ*, φωνή ἐστι μέγεθος ἔχουσα δυνάμενον διϊκνεῖσθαι καὶ πρὸς τοὺς πόῤῥω. *Βοᾶτε* οὖν ἀντὶ τοῦ, μὴ μικρὰ φρονεῖτε περὶ Θεοῦ· μεγάλῃ δὲ θεολογεῖτε διανοίᾳ περὶ αὐτοῦ, ὡς καὶ τοῖς μακρὰν τῆς σωτηρίας ἐξάκουστον γενέσθαι τὸν λόγον, διὰ τὸ τῆς διδασκαλίας τρανόν. Ὃ δηλοῖ διὰ τῶν ἑξῆς, *Ἀναγγείλατε*, λέγων, *ἐν τοῖς ἔθνεσιν τὰ ἔνδοξα αὐτοῦ*. Εἴπατε αὐτοῦ τὰ θαυμάσια. Τοῦτ' ἔστι, δείξατε τοῖς ἀνοήτοις τὴν περὶ τὸν κόσμον διάταξιν, ἵνα προσαχθῶσι τῇ ἀγάπῃ τοῦ Κτίσαντος. *Ὑψηλὰ* δέ φησιν ὅσα πεποίηκεν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν γῇ, νοητά τε καὶ αἰσθητά. Ἡ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν χρηστότητος ὅτι ὑψοῖ τοὺς τεταπεινωμένους καὶ συντετριμμένους τὴν καρδίαν. Ταπεινωθέντας γὰρ τῇ ἁμαρτίᾳ τῇ ἰδίᾳ ὑπερύψωσε δόξῃ. Τὰ δὲ προκείμενα λέγειν φασί τινες τὸν ἀρτίως μυσταγωγούμενον, ὅς *τῶν τοῦ σωτηρίου πηγῶν ἀρυσάμενος*, τοσοῦτον ἐπέδωκεν, ὡς ἀποστολικὴν ἐνδείκνυσθαι λειτουργίαν τοῖς ἄλλοις, *ὑμνεῖν* τε λέγοντα *Κύριον* [a]. Τίσι δὲ προστάττει *βοᾷν*, ἐπήνεγκε λέγων· *Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔνδοξα αὐτοῦ*. Πῶς γὰρ οὐκ ἔνδοξος γένους ἀνθρώπων ἀνάπλασις, δαιμονικῆς τυραννίδος καθαίρεσις, αἰχμαλώτων ἐλευθερία, τυφλῶν ἀνάβλεψις, δικαίωσις, ἁγιασμὸς, υἱοθεσία τῶν πρὶν φυγάδων ἀπὸ Θεοῦ, γνῶσις Θεοῦ, νεκροὶ ἀνιστάμενοι, λεπροὶ καθαιρόμενοι; Οἱ ἐν ἀσθενείαις ἐῤῥώννυντο· ἠλαύνοντο δαίμονες· φλεγμαίνουσαν ἀπηύνασε θάλατταν· ἐφ' οἷς *ἀγαλλιᾶσθε*, φησὶν, τοῖς *κατοικοῦσι Σιὼν* τοῖς ἐν Ἐκκλησίᾳ βεβαίαν ἔχουσι πίστιν. *Σιὼν* γὰρ ὁ εὐαγγελικὸς λόγος, ἐφ' οὗ ἡ Ἐκκλησία Θεοῦ ᾠκοδόμηται. Ἐπεὶ οὖν *ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ* ἐν μέσῳ τῆς Ἐκκλησίας ὑψώθη, *εὐφραίνεσθε* οἱ ἐν αὐτοὶ [b] μέσον ἔχοντες αὐτόν· κατὰ τὸ, « Ὅπου δύο καὶ τρεῖς συνηγμένοι εἰσὶν ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. » *Ὑψώθη τοίνυν ἐν μέσῳ αὐτῆς*, εἰ καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, λαβὼν δούλου μορφὴν, Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων τοῖς ἀγνοοῦσιν ἀναδειχθείς. Ὀνόματι δὲ *Ἰσραὴλ καὶ Σιὼν*, εἰς εὐθυμίαν ἄγει τοὺς ἐκ περιτομῆς, διὰ τοῦ νομίζειν εἰρῆσθαι περὶ αὐτῶν, ὡς ἂν τὴν παροῦσαν περιέποιεν βύβλον, οἷα δὴ τὰ κάλλιστα περὶ αὐτῶν θεσπίζουσα.

A Ægyptii doctrinam amplectuntur, dicere conveniat, innuit; cum *hymnum cantare* Domino admonet, et *inclamare nomen ejus*, ut ista etiam aliis annuntiare, quando spirituali potu repletos esse contigerit, meminerint. Est autem *clamor* eo usque vocis contentione elatus sermo, ut ad eorum aures, qui procul absunt, pervenire valeat. *Inclamare* ergo cum præcipit, idem facit, ac si non humilia de Deo sentire, sed sursum erecta mente de eo philosophari, et ita disserere jubeat, ut vel remotissimis gentibus ipsa docendi perspicuitate clarum et celebre salutis verbum evadat. Quod certe significari non ambigas, si ad ea, quæ sequuntur, aspexeris. Ait enim: *Annuntiate in gentibus gloriosa ejus*. Dicite ipsius mirabilia, id est, eum qui in

B mundo est, rerum ordinem rudibus ostendite, ut Conditoris saltem dilectione pelliciantur. Cum autem *sublimia* dixit, cuncta intellexit, quæ vel in cœlo, vel in terra, sive mente, sive sensibus ipsis comprehenduntur, ab ipsa facta esse audimus. Nisi mavis ad ejus erga nos facilitatem respexisse dicere; quem humiliatos et contritos corde in sublime videmus attollere. Quos enim scelerum depresserat gravitas, eosdem gloria sua sublimes et excelsos effecit. Non desunt tamen, qui quæ superius posita sunt, ad eum, qui recenter initiatus sit referant, quem *hausta de fontibus Salvatoris* aqua, eos volunt fecisse progressus, ut apostolicum aliis ministerium demonstrare, *Dominique verbum celebrare*

C queat. Neque vero quibus *inclamare* præcipiat, omisit, cum statim *annuntiare in gentibus gloriosa ejus* præcipit. Qui enim ipsa gloriosa non sit hominum formatio, dæmoniacæ tyrannidis eversio, ademptæ libertatis, visionis, **198** justificationis, sanctificationis restitutio, filiorum, qui prius a Deo recesserant, adoptio, Dei cognitio, mortuorum suscitatio, lepræ denique purgatio? Morbo laborantes sanavit, dæmonas fugavit, maris æstus compescuit. Itaque non immerito *Sion habitatores*, id est, eos qui servata fidei constantia in Ecclesiis remanserunt, *exsultare* dixit. *Sionem* enim verbum evangelicum, in quo Dei ædificatur Ecclesia, intelligimus. Quando igitur *sanctum Israel* in medio Ecclesiæ exaltari contigit; *lætamini* jam, qui eum in ipsa medium habeatis. Ait enim: « Ubicunque fuerint duo, vel tres, in nomine meo congregati, illic sum in medio eorum [71]. » Est ergo *in medio ipsorum exaltatus*, quantumvis homo, accepta servi forma [72]; Deus tamen operibus ipsis, a quibus ignorabatur, verus demonstratus. *Israelis* porro et *Sionis* apposito nomine Judæos alacriores facit, ut cum de se sermonem institui arbitrantur, libri hujus, qui tam præclara de se vaticinetur, lectionem amplectantur.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

D

CAP. XIII.

α-ια'. *Ὅρασις κατὰ Βαβυλῶνος*, *ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμώς. Ἐπ' ὄρους πεδινοῦ ἄρατε σημεῖον. Ὑψώσατε τὴν φωνὴν αὐτοῖς. Μὴ φοβεῖσθε. Παρακαλεῖτε τῇ χειρὶ, ἀνοίξατε, οἱ ἄρχοντες. Ἐγὼ συντάσσω, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς. Ἡγια-*

199 Vers. 1-11. *Visio contra Babylonem quam vidit Isaias filius Amos. In monte campestri attollite signum. Elevate vocem ipsis. Ne metuatis. Adhortamini manu; aperite, principes. Ego instruo, ego duco eos. Sanctificati sunt, et ego duco eos. Gigantes*

[71] Matth. xviii, 20. [72] Philipp. ii, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. λόγον τοῦ Κυρίου. [b] γρ. ἐν αὐτῇ.

veniunt, ut impleant iram meam, gaudentes simul et insultantes. Vox gentium multarum in montibus, similis gentium multarum, etc.

Postquam de Christo vaticinatus est, novem adversus gentes intuitus visiones (in quibus vallem Sionis complectitur, inter exteros Judæorum etiam populum annumerans) in novum jam, facto a *Babyloniis* exordio, argumentum ingreditur: earumque ideo meminit, quod solæ Judæos assidue impeterent. Inde est igitur, quod injuriam perpessos consolatur, et injuriarum auctoribus pœnas, ipsisque ab exsilio revocationem impendere denuntiat: ut, cum eventu prophetiam veram esse probari contigerit, Deum firmius, quem et scelera ulcisci, et longe ante præmovere viderint, amplectantur. Sunt vero quæ ad Dei cognitionem prosunt, non Judæis modo, sed ipsis etiam quibuscunque gentibus nuntiata et proposita. Ipso enim statim totius libri principio, cum ab ea, quæ de Jerusalem est, prophetia, dicere cœpisset; a Babyloniis **200** jam ea, quæ de gentibus sunt, exordium ita sumit, ut ad ipsam tandem Jerusalem iterum se recipiat. Adeo est apud Deum personarum acceptio nulla [73]; qui a suis incipere, et in eosdem desinere voluerit. Orbis autem imperio trecentis et mille annis, eo usque potiti sunt Assyrii, donec expugnatis Hierosolymis in victos sæviores inhumanioresque facti, non gloriam Deo, cujus numine hostibus potiti fuerant, acceptam retulerunt: sed sacram templi supellectilem idolis impie dedicarunt. Fit autem prophetica *visio*, cum mens ipsa divinitus illustrata, ipsique adeo interiores oculi, non eorum more, qui extra se positi, a dæmonibus torquentur, futura, tanquam præsentia, intuentur. Neque enim illi, quas intus habent, imagines vident, sed videre se falso arbitrantur; non aliter quam qui insaniunt, dum montes et flumina, virosque et feras absentes intueri se putant; quorum visio nihil aliud, quam mentis error operatione sua carentis, esse queat. At inquit Deus: « Ipse sum, qui visiones multiplicavi [74]; » quas cum largitur, non quam ipse construxit et ornavit, mentem obcæcat, sed spiritus præsentia lucidiorem et clariorem facit. Unde sunt et prophetæ *videntes* nominati; quasi dicas ingenti quodam et acuto mentis *visu* præditos. Quis igitur fecit videntem et cæcum? Alterum quidem prophetam: alterum autem suo scelere in futurarum rerum cognitione prorsus cæcutientem? Neque enim unquam beatorum spectacula profanorum sunt intuituri oculi. Unde ait: « In judicium ego in mundum veni, ut non videntes videant, et qui vident cæci fiant [75]. » Est vero a propheta Patris nomen additum, ut eo se in prophetandi disciplina magistro; quem non

σμένοι εἰσὶ, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς. Γίγαντες ἔρχονται πληρῶσαι τὸν θυμόν μου, χαίροντες ἅμα καὶ ὑβρίζοντες. Φωνὴ ἐθνῶν πολλῶν ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὁμοία ἐθνῶν πολλῶν, κ. τ. λ.

Ἑτέρας ὑποθέσεως ἄρχεται, μετὰ τὰ περὶ Χριστοῦ θεσπισθέντα, κατ' ἐθνῶν ἀλλοφύλων ἐννέα τὰς ὁράσεις ἰδὼν, ἀπὸ *Βαβυλῶνος* ἀρξάμενος. Αἷς καὶ τὴν φάραγγα Σιὼν περιείληφεν, τοῖς ἀλλοφύλοις καὶ τὸν Ἰουδαίων λαὸν συγκαλέσας [1*], τούτων δὲ τῶν ἐθνῶν ἐποιήσατο μνήμην, ἃ καὶ μόνα τοῖς Ἰουδαίοις συνεχῶς ἐπετίθετο. Διὸ παραμυθεῖται τοὺς πεπονθότας κακῶς, εὐαγγελιζόμενος τῶν κακῶς αὐτοῖς χρησαμένων τὴν τιμωρίαν, καὶ τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἀνάκλησιν, ὡς ἂν εἰς ἔργον τῆς προφητείας ἐλθούσης, βέβαιοι γένοιντο περὶ τὸν Θεὸν, τὸν καὶ δίκην ἐπάγοντα, καὶ πρὶν γενέσθαι μηνύοντα. Τὰ δὲ τῆς θεογνωσίας χρηστὰ, οὐκ Ἰουδαίοις μόνοις, ἀλλὰ τοῖς ἔθνεσι πᾶσιν εὐαγγελίζεται. Ἐν ἀρχῇ δὲ τῆς ὅλης βίβλου, περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τῆς προφητείας ἀρξάμενος, καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν ἀρχὴν ἀπὸ Βαβυλωνίων νῦν ποιησάμενος, εἰς Ἱερουσαλὴμ πάλιν κατήντησεν. Οὕτως οὐδεμία προσωποληψία παρὰ Θεῷ ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀρξαμένῳ καὶ λήξαντι. Ἦρξαν δὲ τῆς οἰκουμένης Ἀσσύριοι ἐπὶ ἔτη χίλια τριακόσια, μέχρι πολιορκήσαντες Ἱερουσαλὴμ ἀπάνθρωποι περὶ τοὺς ἁλόντας ἐγένοντο, μὴ δόντες δόξαν τῷ παραδεδωκότι Θεῷ· τὰ ἱερὰ δὲ σκεύη τοῖς εἰδώλοις ἀσεβῶς ἀναθέντες. *Ὅρασις* δὲ προφητικὴ, καὶ διὰ νοῦ, καὶ τῶν ἔνδον ὀφθαλμῶν παραγίνεται, ὡς παρόντα βλεπόντων τὰ μέλλοντα Θεοῦ τὸν νοῦν καταλάμποντος, οὐκ ἔκστασιν ὑπομενόντων, ὡς ἐπὶ τῆς δαιμονικῆς ἐνεργείας. Ἐκεῖνοι γὰρ οὐχ ὁρῶσι τὰς ἐγγιγνομένας αὐτοῖς φαντασίας, ἀλλὰ παρορῶσιν, ὥσπερ οἱ δαιμονῶντες, ὄρη καὶ ποταμοὺς, ἄνδρας τε καὶ θηρία μὴ παρόντα θεώμενοι, ὧν οὐδὲν *ὅρασίς* ἐστιν, ἀλλὰ παραφορὰ τοῦ νοῦ τὴν ἰδίαν ἐνέργειαν ἀπολέσαντος. Θεὸς δέ φησιν· « Ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα. » Ὅρασιν δὲ χαριζόμενος, οὐ τυφλοῖ τὸν νοῦν, ὃν αὐτὸς κατεσκεύασεν· φωτίζων δὲ, ποιεῖ διαυγέστερον τῇ παρουσίᾳ τοῦ πνεύματος. Διόπερ *ὁρῶντας* τοὺς προφήτας ὠνόμαζον, ὡς ἂν ἐπιταθείσης αὐτοῖς κατὰ νοῦν τῆς *ὁράσεως*. Τίς οὖν ἐποίησε βλέποντα καὶ τυφλόν; Τὸν μὲν, ὄντα προφήτην, τὸν δὲ, διὰ κακίαν πρὸς τὸ μέλλον τυφλώττοντα; ὀφθαλμοὶ γὰρ βέβηλοι τὰ τῶν μακαρίων οὐχ ὁρῶσι θεάματα. Διό φησιν· « Εἰς κρῖμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. » Τῷ δὲ προφήτῃ τοὔνομα πρόσκειται τοῦ Πατρὸς, τοῦ λόγου δεικνύντος, ὡς καὶ προφητείας αὐτῷ διδάσκαλος γέγονεν, ἁγίας αὐτοῦ φροντίσας ἀνατροφῆς καὶ παιδεύσεως. Τίς οὖν ἡ *Βαβυλὼν*, καθ' ἧς ἡ ὅρασις γέγονεν, κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν. τόπος ἔνθα συνεχύθησαν τῶν πυργοποιούντων αἱ γλῶτται. Σύγχυσις γὰρ ἑρμηνεύεται τοὔνομα. Κατὰ δὲ τὸ νοητὸν, συγκεχυμένον ἐστὶ νοῦς ὑπὸ τῶν ἰδίων κακῶν θεομαχῶν

[73] Coloss. II, 25. [74] Osee XII, 10. [75] Joan. IX, 39.

VARIÆ LECTIONES.

[1*] γρ. συγκλείσας.

ἐκεῖ, καὶ πλάττων ἀλλότρια δόγματα, καὶ τὸ δοκεῖν αὐτοῖς *συνυψούμενος.*

A parum de sancta sua educatione sollicitum habuisset, usum esse doceret. Cæterum quam hic designari *Babylonem*, adversus quam *visio* est, arbitramur? Locum equidem ipsum, si ad historiam species, in quo linguas eorum qui turrim ædificabant confusas esse accepimus. Confusionem enim, si nominis ratio quæritur, significat. Quod si arcanum postulas intellectum, mentem optime Babylonem dixeris, quæ suis confusa malis Deo semper adversatur, quæque **201** confictis dogmatibus alienis, dum illis delectatur, *elevatur.*

Φησὶ δ' οὖν *τοῖς Βαβυλωνίοις* ὁ προφήτης ἐπιπηδῶν, *Ἐπ' ὄρους πεδινοῦ ἄρατε σημεῖον.* Ἐπεὶ γὰρ ἀμέτρως ἐχρήσαντο τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, εἰ καὶ δι' εἰδωλολατρείαν αὐτοῖς παρεδόθησαν, ἀγανακτεῖ Θεὸς εἰκότως, καὶ διὰ Ζαχαρίου φησίν· « Ἐζήλωκα τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ θυμῷ μεγάλῳ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ ἐπιτιθέμενα· ἀνθ' ὧν ἐγὼ μὲν ὠργίσθην ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά. » Καὶ πρός γε τὴν *Βαβυλῶνά* φησιν· « Ἐγὼ δέδωκα αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖράς σου, σὺ δὲ οὐκ ἔδωκας B αὐτοῖς ἔλεος. » Ἀνθ' ὧν αὐτὴν παρέδωκε Κύρῳ τῷ Μήδων καὶ Περσῶν βασιλεῖ, πρὸς ὃν ἐν Ἡσαΐᾳ φησί· « Τάδε λέγει Κύριος τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται. Ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ. Θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συγκλάσω. » Διὸ νικήσας ἀνῆκεν τῆς αἰχμαλωσίας τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τὸν νεὼν ἀνεδείματο. Τοιγαροῦν Ἱερεμίας περὶ τῆς ἁλώσεως Βαβυλῶνος εἰπὼν, καὶ ὡς ἀνέβη ἐπ' αὐτὴν ἔθνος ἀπὸ βοῤῥᾶ, τούτοις ἐπήνεγκε· « Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἥξουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ καὶ οἱ υἱοὶ Ἰούδα ἐπὶ τὸ αὐτό. Βαδίζοντες καὶ κλαίοντες πορεύσονται τὸν Θεὸν αὐτῶν ζητοῦντες. » Καὶ πάλιν, εἰπὼν, ὡς C Ἐκδικῶ ἐπὶ τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, ἐπήνεγκε· Καὶ ἀποκαταστήσω τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὴν νομὴν αὐτοῦ. Μήδοις οὖν καὶ Πέρσαις ὁ προφήτης ἐπιφωνεῖ, ὡς ἤδη *Βαβυλῶνος* κεκρατηκόσιν, αἴρειν ὑψοῦ τῆς νίκης τὸ σύμβολον, ἐμφανὲς ἐγείρασι τρόπαιον ἐπὶ τῇ κακοδαίμονι πόλει, περὶ ἧς αὐτός φησι· « Πῶς ἑάλω καὶ συνετρίβη ἡ σφῦρα πάσης τῆς γῆς; » Τὴν ὠμότητα ταύτης καὶ πλεονεξίαν δηλῶν. Διόπερ αὐτοῖς τὸ τελευταῖον οἱ ἐξ Ἰσραὴλ παρεδόθησαν ἐπιτείναντες τὴν ἀσέβειαν, πρώην ἔθνεσιν τοῖς ὁμόροις παραδιδόμενοι. *Ὄρος* δὲ *πεδινὸν* ἐκάλεσεν τὸ γεώλοφον. Ἐπὶ μετρίου γὰρ ὕψους ἡ τῶν τροπαίων ἐγίνετο στάσις. Πρὸς δὲ νοῦν, ἐπιδείκνυται πῶς ἡ δυναστεία τῶν τὴν σύγχυσιν ἐργαζομένων ἁλίσκεται, ἐπειδὰν ἐπ' *ὄρος* ἀνέλθωμεν μὴ ἀπόκρημνον, ἀλλ' ὥστε ὕψος μὲν ἔχειν διὰ τὸ ἀνάστημα, ἀσφάλειαν δὲ παρέχειν τοῖς ἐφισταμένοις διὰ τὴν ὑπτιότητα. Βούλεται γὰρ ἡμᾶς ἀμφότερα περὶ Θεοῦ νοεῖν ὑψηλά τε καὶ ἀσφαλῆ. Ὁ δὲ τὰ περὶ τοῦ σταυροῦ κηρύττων μεγαλοφώνως, οὕτως [u] *ἦρεν ἐπ' ὄρους τὸ σημεῖον*, τὸν περὶ τοῦ πάθους λόγον μεγαλῦναι δυνάμενος, ἐξομαλισμῷ τε καὶ σαφηνείᾳ [v] περὶ τῶν ἐπαγγελλομένων παραδιδούς· περὶ δὲ τῶν τοιούτων ἐπήνεγκεν· *Ὑψώσατε τὴν φωνήν.* Τοῦτ' ἔστιν, ἐξ ἑαυτῶν λάβετε τὸ ὕψος τῆς

Tanquam igitur in *Babylonios* propheta insurgeret, *In monte campestri elevari signum* imperavit. Quoniam enim Israelitas, qui propter idololatriam eis fuerant traditi, inhumanius acceperant; non immerito Deus indignatur, et per Zachariam ait in hunc modum : « Zelatus sum Jerusalem, et Sion zelo magno. Et ira magna irascor super gentes irruentes : quia ego iratus sum parum, ipsi vero addiderunt ad mala [76]. » Et ipsam rursum *Babylonem* sic alloquitur : « Ego dedi ipsos in manus tuas, tu autem non dedisti eis misericordiam [77]. » Atque inde est, quod a Cyro Medorum Persarumque rege subacta est; de quo apud Isaiam locutum Dominum his verbis reperias : « Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dextram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, et urbes non claudentur. Ego ante te ibo, et montes adæquabo, portas ferreas conteram, et vectes ferreos confringam [78]. » Inde victoria potitus, captivos Israelitas domum dimisit, templumque instauravit. Jeremias itaque, cum de Babylonica expugnatione, deque gentis aquilonicæ in eam expeditione disseruisset, hæc addidit : « In tempore illo venient filii Israel, et filii Juda in idem. Ambulantes et flentes properabunt Deum suum quærentes [79]. » Rursum, ubi se in Babylonium animadversurum, deque eo pœnas sumpturum dixisset, Israelem se in pascua sua reducturum paulo post intulit. Est ergo ad Medos et Persas prophetæ sermo directus; ut tanquam *Babylone* jam potiti, victoriæ symbolum in altum attollant, et tropæum urbi infelici videndum aperte proponant; de qua in hæc etiam verba apud eumdem legimus : « Quomodo captus est et contritus malleus universæ terræ [80]? » quibus summam ejus sævitiam, summamque avaritiam procul dubio significasse putamus. Atque hinc est, quod in eorum tandem manus Israelitæ, cum suam ipsi impietatem bene dilatassent, traditi sunt; cum jam tamen antea in vicinarum gentium potestatem venissent. *Campestris* autem *montis* nomine, collem significavit. Non enim nisi mediocriter erecto in loco tropæa **202** erigebantur. Sed si sensum postulas altiorem, ut eorum tandem, qui confusionis auctores exstiterunt, potentia ruitura sit ostendere videtur; cum *montem* non præruptum, aut præcipitem, sed magnitudine aliquatenus elatum, sua tamen etiam humilitate in eo manentibus securum et tutum conscenderimus. Vult enim utraque nos de Deo, ex-

[76] Zachar. I, 14, 15. [77] Isa. XLVII, 6. [78] Isa. XLV, 1, 2. [79] Jerem. L, 4. [80] ibid. 23.

VARIÆ LECTIONES.

[u] γρ. οὗτος. [v] *l.* τά.

celsa videlicet, et tuta sentire. At qui magna vocis contentione crucem prædicat, is *in monte signum elevare*, id est potenti oratione Christi mortem amplificare posse dicitur, et promissiones planas apertasque reddere. Hos autem cum *vocem exaltare* jussit, Deum profecto, ac si quam in seipsis illi ex communibus notitiis Deum prædicandi materiam habent, assumere, in eaque laborare moneret, dixisse videtur. Qui enim vultu demisso terrenis rebus incumbit, humilem profecto de Deo (quasi in convallibus habitet) *vocem* edit; cum ejus humilitatem in præconibus ipsæ, quibus deprimuntur, animi perturbationes efficiant. *Ne metui* igitur, ne lucro, ne tentationibus ipsis quo sublimis evadat nobis prædicatio, succumbamus. Ad litteram autem, Persas pro superatis Babylonis verborum applausu excipere, *vocemque* edere triumphalem jubet. Forsitan etiam et confidenti esse animo adversus eos, in quos pugnaturi sunt, adhortatur. Hoc enim ipsum, quod *nolite timere* dixit, significat; cum Deo quantumvis exercitum vincere promptum sit. Deinde, *adhortamini manu*, adjicit. Nutibus enim potius in bello quam voce, quæ tumultu, strepituque intercepta satis esse nequit, quæ volumus significamus. Qui rursum afflictis per bona opera consolationem affert, paupertatem largitrice manu leviorem reddit. Largiendo enim potius consolationem attuleris, quam si verbis ad ferendam fortiter paupertatem adhortatus fueris. Quod autem *manum* illis *aperire* suadet, de erogando certe admonet. Juxta illud : « Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate [81]. » Quod certe imprimis efficere *principes*, quo subditis in exemplum ipsi evadant, exposcit. Decet vero et quæ imperitis occlusæ **203** sunt, Scripturas *aperire*, contra quam a Scribis (qui regni claves habebant [82],) effectum est.

A φωνῆς, τὰς ἐνυπαρχούσας ὑμῖν ἀφορμὰς ἐκ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν πρὸς Θεοῦ δοξολογίαν ἀνακινήσαντες. Ὁ γὰρ κάτω βλέπων καὶ γήϊνος, ταπεινὴν ἔχει περὶ τοῦ Θεοῦ τὴν *φωνὴν*, οἰκῶν ὥσπερ ἐν φάραγγι. Πάθος γὰρ ἕκαστον, μεθ' οὗ τις κηρύττει, ταπεινὴν φωνὴν ἀπεργάζεται. Μὴ οὖν ὑπείκωμεν, *μὴ φόβῳ*, μὴ κέρδει, μὴ πειρασμοῖς, ὡς ἂν ἡμῶν ὑψηλὸν ὑπάρχῃ τὸ κήρυγμα. Κατὰ δὲ τὸ ῥητὸν, ἀλαλάζειν τοῖς Πέρσαις ἐπὶ τῇ Βαβυλῶνι παρακελεύεται, καὶ *φωνὴν* ἠχεῖν ἐπινίκιον. Τάχα δὲ καὶ θαῤῥεῖν πρὸς τὴν κατὰ τούτων μάχην παρακελεύεται. Τοῦτο γὰρ τὸ, *μὴ φοβεῖσθαι* δηλοῖ, Θεοῦ νικῶντος καὶ τὴν ἄμαχον δύναμιν. Εἶτα *παρακαλεῖτε*, φησὶ, *τῇ χειρί*. Νεύμασιν γὰρ ἐν πολέμῳ τὰ δοκοῦντα μᾶλλον σημαίνεται, μηδεμιᾶς πρὸς τὸν θόρυβον ἀρκούσης φωνῆς.
B Καὶ ἄλλως δὲ, ὁ τὴν παράκλησιν τοῖς θλιβομένοις δι' ἀγαθῶν ἔργων προσφέρων, τῇ μεταδοτικῇ χειρὶ τὴν πενίαν παρεμυθήσατο. Διδοὺς γὰρ μᾶλλον παρακαλέσει, [κ] λόγῳ παραινῶν τὴν πενίαν γενναίως ὑφίστασθαι. Τὴν δὲ *χεῖρα* τοῖς τοιούτοις *ἀνοίγειν* προτρέπεται, ὃ δηλοῖ τὴν μετάδοσιν, κατὰ τὸ, « Ἀνοίξαντος δέ σου τὴν χεῖρα, τὰ σύμπαντα πλησθήσονται χρηστότητος. » Ὃ δὴ ποιεῖν πρώτους ἐθέλει τοὺς *ἄρχοντας*, ὡς ἂν εἰς τύπον τοῖς ὑπὸ χεῖρα γενήσονται. Δεῖ δὲ καὶ τὰ κεκλεισμένα τῆς Γραφῆς τοῖς ἀγνοοῦσιν *ἀνοίγειν*. Ὅπερ οὐκ ἐποίουν οἱ Γραμματεῖς, τὰς κλεῖς ἔχοντες τῆς βασιλείας.

Recte siquidem *principes*, quibus est ea clavium scientiæ potestas, nominantur. Indeque est, quod os suum Corinthiis patere dicebat Paulus [83]. Ad litteram autem, aut Babylonios jam, tanquam victos; aut sanctas ipsas potestates, inita cum Persis societate, portas jubet aperire. Invictam enim *manus* potentiam ostendens *ipse*, ait, *instruo : ipse*, inquam, *duco eos*. Aut nos (si via placet contemplationis) pro viribus ad operationis studium exhortari videtur. *Ducem* enim habent Dominum, qui unumquemque in Ecclesiæ corpore pro sua dignitate *ordinat*. Deinde quantos adversus *Babylonem ducat*, subjicit, cum *tanquam gigantes venire* addit : *Gaudentes* quidem et alacres, ut qui victuros se non diffidant; adversarios autem superbe, tanquam viribus impares, contemnant : quod quidem *injuriæ* verbo ipsi significatum est. Minitatur autem et aliter, nonnullorum (quibus est cum Deo bellum gerere familiare) in sceleratorum pœnas instare adventum; a quibus sese suos eripere cum exoptet, eosdem erecto salutis *signo*, *in montem campestrem educit*. Admonet præterea, ut eos, qui

C *Ἄρχοντες* γὰρ οἱ τοιοῦτοι τὰς κλεῖς τῆς γνώσεως ἔχοντες. Ἐντεῦθεν ὁ Παῦλός φησι· « Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι. » Πρὸς δὲ ῥητὸν, ἢ τοῖς Βαβυλωνίοις, ὡς ἤδη κεκρατημένοις, τὰς πύλας ἀνοίγειν παρακελεύεται· ἢ δυνάμεσιν ἁγίαις συναιρομέναις τοῖς Πέρσαις. Τὸ γὰρ ἄμαχον ἐπιδεικνύμενος τῆς χειρὸς, *ἐγὼ συντάσσω*, φησὶ, καὶ *ἐγὼ ἄγω αὐτούς*· ἢ κατὰ θεωρίαν, φησὶν ὡς ἡμᾶς χρὴ τὰ πρὸς δύναμιν ἐνεργεῖν. Ὁ γὰρ *ἄγων* αὐτοὺς, Κύριός ἐστιν, ὁ *κατατάσσων* ἕκαστον ἐν τῷ σώματι τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὴν ἰδίαν ἀξίαν. Ἐφ' οἷς ἐπάγει, ὅσους *ἄγει κατὰ Βαβυλῶνος*. *Ὡς γίγαντες ἔρχονται*. *Χαίροντες* μὲν, ὡς θαῤῥοῦντες ὅτι κρατήσουσιν. Περιφρονοῦντες δὲ τοὺς ἐναντίους, ὡς ἀσθενεῖς· ὅπερ *ὕβριν* ἐκάλεσεν. Ἀπειλεῖ δὲ καὶ ἄλλως θεομάχων τινῶν ἐπιδημίαν ἐπὶ δίκῃ τῶν πλημμελούντων, ἐξ ὧν φυγεῖν ἐθέλων τοὺς ἑαυτοῦ, *πρὸς ὄρος ἀνήγαγε πεδινὸν*, *τὸ σημεῖον* αὐτοῖς διδοὺς φυλακτήριον. Καὶ τὴν δι' ἔργων ἀγαθῶν παρασκευὴν ὑποτίθεται χειρὶ τοὺς θλιβομένους *παρακαλεῖν*, *ἀνοίγειν τε τὸ στόμα* τοῖς μανθάνειν ἐθέλουσιν, ἵνα τοὺς *γίγαντας* φύγωσιν ἐπὶ κακοῦ τὰ πολλὰ ταττομένους,

[81] Psal. CIII, 28. [82] Luc. XI, 53. [83] II Cor. VI, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[κ] Ἴσ. .λ. ἤ.

γέλους πονηροὺς λέγων, ἔοικεν παραδηλοῦν ὁ
οἵπερ ἐπιχαίρουσι μαστιζομένοις ἡμῖν δι'
α, καὶ τὴν ἡμετέραν ὀδύνην ἰδίαν κρίνοντες
σιν, ἐνυβρίζουσι, καί τοι τοσαῦτα δρῶντες
ς συγχωρεῖ. *Φωνὴ ἐθνῶν πολλῶν ἐπὶ τῶν*
καὶ τὰ ἑξῆς. Τὴν παμμιγῆ δείκνυσι τῶν ἐν
ἐμῳ *φωνὴν*, ἀνθρώπων, ἵππων, νικώντων,
των. Ἥτις, φησὶν, οὐ τοιαύτη τίς ἐστιν, ὡς
ἀνθρώπων νομίζεσθαι. *Ἀρχόντων* δὲ *πλεί-*
καὶ ἀρχομένων, *Βαβυλωνίων* μὲν θρηνούν-
ερσῶν δὲ ἀλαλαζόντων. Οὓς καὶ *ὁπλομάχους*
εἰ, καὶ *πόῤῥωθεν ἐρχόμενον ἔθνος* ἀπ' αὐ-
τῆς ἄρκτου, καὶ τῶν ὑπὸ ταύτῃ μερῶν. Ὡς
βούλησιν δὲ Θεοῦ χωροῦντας *ἰδίους* καλεῖ.
μένην δὲ φθειρομένην, οὐ τὴν καθόλου φησί·
ι ἧς δὲ πρόκειται χώραν, ἴσως καὶ τὸ μέγα y
λυάνθρωπον αὐτῆς ἐνδεικνύμενος, ἀντιδια-
ν τε τὴν μετὰ τὴν ἅλωσιν ἐρημίαν. Εἰκὸς δὲ
δηλοῦν καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν διαφό-
ων τὴν *φωνὴν*, ἣν καὶ *πεδινὸν ὄρος* ἔφη,
ἣν συλλογὴν τοῦ πλήθους εὐρυχωρίαν ταύτῃ
ἐπὶ τὸ ὕψος ἀναβαινόντων τῆς γνώσεως τοῦ
ιαν τε *φωνὴν* ἐχόντων τῆς πίστεως. Μία δὲ
συμφωνία, πολλαῖς ἔοικε, διὰ τὸ μερισθῆναι
ις πυρὸς παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ἕκα-
ν ἀποστόλων μελλόντων τοῖς ἔθνεσι κηρύξαι
τὸ Εὐαγγέλιον, ὧν τοὺς ἐκλεκτοὺς, *βασιλέας*
ὡς υἱοὺς τῆς βασιλείας ὑπάρχοντας. Ἐκ δὲ
Κύριος ἐντέταλται ἔθνει ὁπλομάχῳ ἔρχε-
διδασκόμεθα κρίσει Θεοῦ τὰς τιμωρίας ἐπ-
ι, καὶ ὡς οὐ δεῖ δεδιέναι τὸν τύπτοντα, τὸν
οντα δὲ μᾶλλον παρακαλεῖν· οὐδὲ μιμεῖσθαι
γοντας ἀσεβῶς, δεῖν θυσίαν προσάγειν πνεύ-
ονηροῖς, ὡς ἂν αὐτῶν τὴν κακίαν ἐκμειλιζώ-
Εἴτε γὰρ θεραπεύητε, εἴτε καὶ μὴ, δρᾷν αὐ-
νάγκη τὸ προσταττόμενον τῷ δοθέντι μέτρῳ
ους. Ἡ δὲ τούτων πανοπλία τῇ τῶν δικαίων
ται. Τοῖς μὲν γὰρ θυρεός ἐστι πίστεως· τοῖς
τίας. Τοῖς μὲν λόγου μάχαιρα, τοῖς δὲ ἀλο-
Τοῖς μὲν θώραξ δικαιοσύνης πρὸς τὴν ἀσφά-
τοῖς δὲ ἀδικίας. Σωτηρίας τούτοις περικεφά-
ούτοις δὲ ἀπωλείας, ἕτοιμοι τούτοις οἱ πόδες
ὸ Εὐαγγέλιον τῆς εἰρήνης, ὀξεῖς ἐκείνοις πρὸς
αι αἷμα. Οἱ καὶ *ἀπὸ γῆς* εἰσι, *πόῤῥωθεν* μὲν
πόῤῥωθεν δὲ τοῦ βίου τούτου πρὸς κόλασιν
ἀγόμενοι. Οἱ γὰρ συνεργοῦντες ἡμῖν τὰ πρὸς
αν, σύνοικοί τε καὶ γείτονες. Ἐκείνων δε κα-
ηται τῇ ὠμότητι πρὸς θεραπείαν ἡμετέραν ἡ
α, ὡς ἰατρὸς ἐχίδνης ἰῷ οὗς[z] οὐ τὸ πνεῦμα
σάρξ παραδίδοται, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ. Φύ-
ς καὶ Ἑρμογένης αὐτοῖς παρεδόθησαν οὐκ
ώλειαν, ἵνα δὲ παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν.

A afflicti sunt, bene merendo, tanquam *manu adhortemur*; utque discendi cupidis *os aperiamus*, doceamusque qua ratione malo fine multa molientes *Gigantes* effugere valeant, quos malorum nomine angelorum Davidem intellexisse probabile est [84]; qui cum nos crudeliter cæsos viderint, lætantur, et ex doloris nostri gravitate voluptatem capientes, contumeliose nobis insultant; licet non majora, quam eis a Deo conceditur, efficiant. *Vox gentium multarum in montibus*, et quæ sequuntur; promiscuam eorum *vocem* ostendit, qui in prælio sunt hominum, equorum, vincentium, fugientium: qualem paucorum hominum, haud quisquam dixerit, sed *principum multorum*, et subditorum; id est lugentium *Babyloniorum*, et Persarum exsultantium, quos
B *bellicosos, et gentem procul*, id est, **204** ab ipso aquilone, vicinisque locis, *venturam* asseruit. Suos autem vocat, ut Dei voluntate progredi non dubites. Quod vero *perditam terram* dixit, non orbem universum, sed de qua sermo instituitur regionem innuit: quam ideo forsan sic nominavit, ut gentem magnam et populosam esse doceret; eamque, quæ expugnationem secuta est, solitudinem distingueret. Nec vero incongruum est, talibus variarum etiam gentium *vocem* in Ecclesia (quam per *montem campestrem* intellexit) significari: cui, ad multitudinis collectionem, loci amplitudinem ascribit; cum ad eam, propter divinæ cognitionis altitudinem, uniusque fidei *vocem* ascendant multi. At
C consensu ipso una eademque cum sit, multiplex ideo videtur, quod linguis igneis, Spiritus sancti opera, in quemlibet apostolorum, qui gentibus universis erant Evangelium prædicaturi, dissecta fuit [85]: quorum de numero qui delecti sunt, *reges* eos, tanquam regni filios, appellat. In quo præterea *gentem bellicosam venire jubet Dominus*; pœnas certe Dei judicio immitti, neque inferentem metuere, sed jubentem potius deprecari docemur oportere; non eorum imitari impietatem, qui malorum spirituum nequitiam sacrificiis demulcere adhortantur; quos sive ambias, sive negligas, agere tamen et sævire, prout imperanti placet, necessum est. Est vero illorum tota, ei, qua teguntur justi, contraria plane armatura. His enim fidei clypeus in promptu est, illis autem incredulitatis. His fulget rationis et verbi gladius; illis temeritatis. His inest ad securitatem justitiæ lorica; illis injustitiæ. His item salutis galea; illis perditionis. His pedes ad sectandum pacis Evangelium prompti paratique; illis ad effundendum sanguinem veloces. Illi item sunt *de terra* longinqua, *longe* quidem a Deo remoti, de *longe* etiam ad hujus vitæ ulciscenda acciti. Sunt enim quorum opera ad salutem utimur, non externi, sed domestici, ue. Sed illorum crudelitate ad medelam curationemque nostram Dei abutitur providentia; iter quam viperæ veneno medicus; quibus in carnem tantum, quo spiritus servetur incolumis

al. LXXVII, 4. [85] Act. II, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

x. Ισ. ἔθνος. [z] γρ. οἷς.

205 potestas permittitur : qua ratione Phylegum et Hermogenem non in interitum, sed ut blasphemandum non esse discerent, traditos legimus [86].

Eosdem rursum *de terra longinqua* venire dixit, quod in terra sedem locumque sibi elegerint, nec a summo cœlo, unde olim primum dejecti sunt, parum distent. Sequitur deinde : *Ululate, quia prope est dies Domini :* tanquam præter lamenta et luctum nihil jam Babyloniis restare moneat. Deo namque metum animis eorum incutiente *manus omnis dissolvetur, et omnis anima hominis timebit.* Vani siquidem tum fuerint, quicunque ad impediendum conatus adhibebuntur. Quis enim ut scribitur, manum erectam queat evertere? Aliter vero et ad Dei minas, quas a *bellicosis* impendere dixit, *ululatus* et lamentationes, quibus Deum placari certum est, addidit. Solet enim pro suo in homines amore Deus minitari ; et cum eos pœnituerit, minas avertere. Qui enim Ninivitis interitum denuntiasset, si pœnitentes odisset? Ab ipso enim *contritio*, qui perdidit quæ *contritione* digna sunt : ut Satanam sub pedibus justi, ut bella, ut cedros Libani, id est superbos, et veritati insurgentes, conterere Dominum legimus [87]. Decet autem eos, qui Dei *contritionem* effugere cupiant, suum ipsos cor elatum tumidumque *conterere*, ut sacrificii vicem ipsius gerat humilitas. Est enim, si cum pœnas exigente Deo conferatur, *omnis imbecilla manus, et omnis timida anima.* Nec vero, aiunt, immerito *hominis* adjectum est vocabulum; cum sit illa, quæ angelorum est timiditati minime obnoxia; contra, quæ brutorum; quam pavere quidem et terreri, sed timidam esse non volunt qui placitorum defectum, quæ a fortitudine petuntur, timiditatem definiunt. Quod autem *turbatum iri legatos* ait, idolorum cultores significat ; qui, ut par est, instante Cyri adventu, quæ ex usu erant vaticinabantur, et supplicationibus pro regione intercedentes dæmonas fatigabant. Sed pudore suffundentur, cum in contrarium omnia cessisse viderint, 206 mutuoque lugebunt (hoc enim ipsum est, quod *condolendi* verbo significavit). Væ forsan, et si quæ sunt ejusmodi miseriarum judicia, usurpantes. Ita autem præ maximo animi dolore nigrescent eorum *vultus*, ut esse marcidi cineris reliquiæ videantur : nisi si natum ex pudore ruborem etiam significare voluisse existimes. Jamjam enim tempus appetit, quo implacabilis *Dei furor* Chaldæos omnes *populatus regionem vastabit, peccatoresque perdet ex ea ;* quod certe idem est, ac si scelerate viventes ad unum omnes deleturum se dicat. Neque enim quidquam discriminis gratia addidit, qui justis Babylonem destitui non ignorabat. Quia deinde calamitatum magnitudo vel ipso diei tempore, vel cum luna stellisque nox illustratur ; tenebras hominum animis et caliginem offundit ; ideo, non natura

A Οἱ αὐτοὶ δὲ καὶ *ἀπὸ γῆς πόῤῥωθεν*, ὅτι τὸν περίγειον εἵλοντο τόπον, καὶ ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ, ὅθεν αὐτοῖς ἡ πρώτη γέγονε πτῶσις. Εἶτά φησιν· *Ὀλολύξατε· ἐγγὺς γὰρ ἡ ἡμέρα Κυρίου·* ὡς οὐδενὸς τοῦ θρηνεῖν ὑπολελειμμένου Βαβυλωνίοις. Θεοῦ δὲ κατασείοντος εἰς δειλίαν τὰς τούτων ψυχὰς, *πᾶσα χεὶρ ἐκλυθήσεται, καὶ πᾶσα ψυχὴ ἀνθρώπου δειλιάσει.* Πάντα γὰρ ἀνόνητα τότε πρὸς κώλυμα. Τὴν γὰρ χεῖρα τὴν ὑψηλήν τις ἀποστρέψει ; κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ ἄλλως δὲ, πρὸς τὴν ἀπειλὴν τοῦ Θεοῦ, τὴν διὰ *τῶν ὁπλομάχων*, *ὀλολυγμὸς* καὶ θρῆνος προστέτακται, δι' ὧν ἔστι δυσωπῆσαι Θεόν· φιλάνθρωπος γὰρ ὢν ἀπειλεῖ, καὶ τῶν μετανοούντων ἀποστρέφει τὴν ἀπειλήν. Εἰ μὴ γὰρ ἠβούλετο τοῦ ἁμαρτωλοῦ τὴν μετάνοιαν, τί τὴν ἀπειλὴν B τοῖς Νινευΐταις ἐκήρυττεν ; παρ' αὐτοῦ γὰρ ἡ *συντριβὴ*, τὰ *συντριβῆς* ἀφανίζοντος ἄξια. Ὡς συντρίβει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας τοῦ δικαίου καὶ, Κύριος συντρίβων πολέμους, καὶ, Συντρίβει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, τοὺς ἀλαζόνας καὶ τοὺς ὑπεραιρομένους κατὰ τῆς ἀληθείας. Δεῖ δὲ φθάνοντας τοῦ Κυρίου τὴν *συντριβὴν*, τὴν ἑαυτῶν μεγαλόφρονα καρδίαν *συντρίβειν*, ἵνα γένηται θυσία ἡ ταπείνωσις αὐτῆς. Ὡς πρὸς Θεὸν γὰρ τιμωρούμενον, *πᾶσα χεὶρ ἀσθενὴς καὶ ψυχὴ δειλή. Ἀνθρώπου* δὲ, φασὶν, εἰκότως προσέθηκεν. Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἀγγέλων, κρείττων δειλίας, ἡ δὲ τῶν ἀλόγων ἐλάττων. Ἡ δὲ γὰρ πτοεῖται μὲν, οὐ δειλιᾷ δέ. Δειλία γάρ ἐστιν ἔλλειψις τῶν ἀπὸ τῆς ἀνδρείας δογμάτων. C *Πρέσβεις* δέ φησι *ταραχθήσεσθαι*, τοὺς τῶν εἰδώλων θεραπευτὰς, οἳ κατὰ τὸ εἰκὸς, τῶν περὶ Κῦρον προσδοκωμένων, κατεμαντεύοντο χρηστὰ καὶ λιτὰς προσῆγον τοῖς δαίμοσιν, ὑπὲρ τῆς χώρας πρεσβεύοντες. Αἰσχυνθήσονται δὲ τῶν ἐναντίων γενησομένων, καὶ ὀδυροῦνται πρὸς ἀλλήλους. Τοῦτο γὰρ τὸ *συμφοράσουσιν*, οὐαὶ τυχὸν, καὶ συμφορᾶς προφέροντες ῥήματα. Ἐξ ἀθυμίας δὲ αὐτῶν *τὰ πρόσωπα* μελανθήσεται, ὡς σποδοῦ μαρανθείσης λείψανον εἶναι δοκεῖν· ἢ καὶ τὸ ἐκ τῆς αἰσχύνης παρίστησιν ἔρευθος. Ἔρχεται γὰρ καιρὸς, καθ' ὃν ἀπαραίτητος *ὀργὴ Θεοῦ* τὴν τῶν Χαλδαίων ὅλην *ἐρημώσει χώραν, καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐξ αὐτῆς ἀπολέσει·* τοῦτ' ἔστι, πάντας ὄντας ἁμαρτωλοὺς ἀπολέσει. Οὐ γὰρ ἀντιδιαστέλλει δικαίοις οὖσιν ἐν Βαβυλῶνι. Καὶ ἐπὶ [a] τὰ μεγέθη τῶν συμφορῶν, σκότου καὶ ἀχλύος D τὸν ἀνθρώπινον καταπίμπλησι νοῦν, κἂν ὁ τῆς ἡμέρας τύχῃ καιρὸς, κἂν σελήνῃ καὶ ἄστροις ἡ νὺξ καταλάμπηται, τούτου χάριν ταῦτά φησι, *σκοτισθήσεται*, οὐ φύσει, τῶν δὲ ἀθυμούντων οὕτω δοκούντων ὁρᾷν. Τὸ δὲ, *Ἐντελοῦμαι κακὰ*, ἢ ἀντὶ τοῦ, ἀπειλήσω· ἢ ἀπενεχθῆναι προστάξω. Δι' *Ὠρίωνος* δὲ, τὰ λαμπρὰ τῶν ἀστέρων ἐδήλωσεν. Ἄλλως δὲ παρ' Ἑβραίοις τὸ ἄστρον τοῦτο λεγόμενον, οἱ ἑρμη-

[86] II Tim. II, 16, 17. [87] Rom. XVI, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. ἐπεί.

νεύσαντες πρὸς τὴν κρατοῦσαν παρ' Ἕλλησι συνήθειαν ἐκδεδώκασι. Καὶ ἐν Ἰὼβ δέ φησιν ἡ Γραφὴ, Πλειάδα καὶ Ἕσπερον καὶ Ἀρκτοῦρον, καὶ ταμεῖα [b] νότου πάλιν οὕτως ἐξ Ἑλλήνων λεγόμενα. Τινὲς δὲ τὰ προειρημένα ῥητὰ, διὰ τὸ λέγεσθαι τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ κακὰ, τοῦτον ἐξηγοῦνται τὸν τρόπον. Μέλλων γὰρ, φασὶν, ὁ λόγος μερικὴν ἀπειλὴν κατὰ *Βαβυλῶνος* ποιήσασθαι, περὶ τῆς καθολικῆς τοῦ Θεοῦ προεκτίθεται κρίσεως, καθόλου περὶ τῶν ἀσεβῶν οἷα πείσονται διηγούμενος· εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὴν μερικὴν τῆς *Βαβυλῶνος* μετέρχεται κόλασιν. Περὶ δὲ τῆς γενικῆς τέως λέγων· *Ἐπ' ὄρους*, φησὶ, *πεδινοῦ ἄρατε σημεῖον*. Τοῦτο δὲ τὸ προφητικὸν πνεῦμα ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ Λόγου προφέρεται, κελεύει τε τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀγγέλοις ἀνοῖξαι θύρας κεκλεισμένας, καὶ τοῖς ἔνδον οὖσι προϊέναι, παρακελεύσασθαι [c], καὶ σπεύδειν ἐπὶ τὴν τῶν ἀσεβῶν τιμωρίαν. Δι' ὧν εἰκὸς δηλοῦσθαι χώραν ἀφωρισμένην δυνάμεσιν ἀντικειμέναις οἱονεὶ δεσμωτήριον τούτων ὑπάρχουσαν.

A quidem, sed præ dolore animi rem ita se videre putantibus, *obtenebratum iri* solem significavit. Quod autem *mandaturum se mala* adjicit, vel se nimis territurum, vel certe, ut tollantur mandaturum innuit. Deinde per *Orionem*, stellarum insignium splendorem significavit. Alias vero quod apud Hebræos hujus astri nomine designatur, ad eam, quæ tum vigebat in Græcia, loquendi consuetudinem traxerunt interpretes. In Jobi deinde libro, quod Pleiadem et Arcturum, austrique penetralia legimus [87]; et ipso etiam Græcorum more dici debemus existimare. Non desunt tamen qui superiora, quoniam orbi universo mala denuntiari videant, hoc modo explicent. Cum enim, aiunt, in *Babylonem* peculiares minas edere propheta instituisset; B quæ prius ad universum Dei judicium spectabant, notatis impiorum omnium pœnis, demonstrari et proponi voluit, ut deinceps ad singularem scelerum *Babylonis* ultionem transiret; de universo vero illa exsistere, quibus *in monte campestri signum elevari* jussit. Hoc autem prophetæ spiritus, tanquam ex divini Verbi persona profert, et angelis, quibus ipse stipatur, clausas portas jubet aperire, ad eosque, qui intus clauduntur accedere, necnon impiorum pœnas urgere. Unde certam **207** aliquam, qua tanquam carcere hostiles claudantur potestates regionem designari non fuerit dissentaneum.

Καὶ μήποτε αὐτή ἐστιν ἡ ἄβυσσος, ἣν πεπληρῶσθαι δρακόντων δηλοῖ τὸ, δράκοντες καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι, εἰς ἣν μὴ πεμφθῆναι πρὸ καιροῦ τὸν Χριστὸν παρεκάλουν οἱ δαίμονες, ὡς εἰδότες ἔσεσθαί ποτε τούτου καιρόν; Τὰς δὲ τοιαύτας δυνάμεις *γίγαντάς* φησιν, ἢ ὡς *γιγάντων* οὔσας ψυχάς· ἢ τῶν ἐξ οὐρανοῦ κατελθόντων ἀγγέλων, ἐξ ὧν *οἱ γίγαντες* ἐγεννήθησαν ταῖς τῶν ἀνθρώπων θυγατράσι μιγέντων, ἢ καὶ ἑτέρας ἀποστατικὰς δυνάμεις μέχρι τοῦ τῆς κρίσεως δεδεμένας καιροῦ. Ἐπειδ' ἂν δὲ τὸ τοῦ Θεοῦ δικαιωτήριον ἐπιστῇ, ἀποστελεῖ μὲν, ὡς αὐτός φησι, τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος μεγάλης, καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ, ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἕως ἄκρων αὐτοῦ, τὰς δὲ κολάσεις ὥσπερ διὰ δημίων τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων τοῖς κολασθησομένοις ἐπάξει, προστάξας τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀγγέλοις ἀνεῖναι τούτων τὸ δεσμωτήριον, ὡς ἂν προελθοῦσαι τοὺς ἀσεβεῖς τιμωρήσονται, μέλλουσαι καὶ αὗται τὴν οἰκείαν ἐκδέχεσθαι κρίσιν. *Ὄρος* δὲ *πεδινὸν*, τὸν περίγειον ἐκάλεσε τόπον, καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀνθρώπων οἰκητήριον, ἔνθα *τὸ σημεῖον* παρασχεῖν τῆς μελλούσης ἐπιτίθεσθαι τοῦ Θεοῦ κρίσεως παρακελεύεται (περὶ οὗ τάχα φησὶ, Καὶ ὄψονται τὸ σημεῖον τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου) καὶ *ὑψηλῇ φωνῇ* συγκαλεῖν ἐπὶ τὸ κριτήριον. Εἶτά φησι, *Παρακαλεῖτε τῇ χειρί· ἀνοίξατε, ἄρχοντες*. Ἀνθ' οὗ Σύμμαχός φησι· *Κινήσατε χεῖρα, καὶ ἐξελευθέτωσαν θύρας*. Δῆλον ὡς ἀπὸ τοῦ ἐξωτάτου σκότους, ἐν ᾧ καθειργμέναι τυγχάνουσιν. Αἳ οὐκ ἂν ἐξῆλθον, μὴ τοῦ Χριστοῦ τοῦτο προστάξαντος. Ἐπιφέρει δὲ ὡς *γίγαντές* εἰσιν οἱ

Eamne vero abyssum illam esse arbitremur, quam serpentibus impletum iri, serpentes et omnes abyssos nominans Scriptura dixit [88]; in quam ne ante tempus mittantur, Christum dæmones deprecantur, tanquam se tandem aliquando mitti C debere confiteantur [89]? Ejusmodi vero potestates vel *gigantas* nominat, vel *gigantum* illis non absimiles animas; vel certe angelos quosdam, qui e cœlo delapsi cum filiabus hominum coisse, et *gigantas* procreasse feruntur [90]. Vel denique transfugas potestates alias, quæ ad judicii usque tempora vinctæ clausæque cohibeantur. Cum enim Dei instabit judicium, mittet, ut ipse ait [91], angelos suos cum tuba magna, et congregabunt electos ejus, a summis cœlorum, usque ad terminos eorum. Pœnas autem puniendis per adversarias potestates, tanquam tortores, immittet; ipsisque stipatoribus angelis eorum vincula solvere, ut impios adortæ ulciscantur, suam tamen et ipsæ postea sententiam subituræ peculiariter, imperabit. *Montis* vero *campestris* nomine, vicinum terræ locum, atque adeo D hominum quodlibet domicilium significat, in quo *signum* divini instantis judicii (ad quod forsan non male dictum istud, Et videbunt signum Filii hominis [92], retulerit) præbere jubet, et *voce elata* ad illud omnes convocare. Postea adjicit, *adhortamini manu; aperite, principes*, quorum vice, ita Symmachus : *Movete manum, et egrediantur portis* : tanquam nimirum profundissimis e tenebris, in quibus vinctæ coercentur, unde nec ipsæ, nisi judicis imperio, poterant exire. Quos autem *gigantas* vo-

[87] Job. IX, 8, 9. [88] Psal. CXLVIII, 7, 9. [89] Matth. VIII, 28-33. [90] Gen. VI, 2-4. [91] Matth. XIV, 31. [92] Matth. XXIV, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[b] γρ. ταμεῖα. [c] ἀφ. τὸ παρακελεύσασθαι.

. . . ἐν κρίσει τοὺς *θλίβοντας* μετερχόμενος. Τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ καὶ γνώσονται τὸν Κύριον ἐν τῷ τῆς θλίψεως καιρῷ, ὃν *ἡμέραν* ἐκάλεσε. Τινὲς δὲ πρὸς αὐτὴν ὅλως τὴν ἐπιδημίαν τὸν λόγον ἐξέλαβον. Τῆς γὰρ ἀνθρωπίνης φύσεως ὑπὸ τῶν δαιμόνων τυραννουμένης, φορτίῳ τε κακῶν συνεχομένης πολλῷ, ὡς αὐτοῦ βοῶντος τοῦ πράγματος, Θεὸς τὸ γένος ἠλέησεν. Οὕτω γὰρ λέγεται καὶ αἷμα τοῦ Ἄβελ βοᾶν, τὴν ἀτοπίαν τοῦ πράγματος βδελυξαμένου Θεοῦ. Πῶς γὰρ ἐκάλουν, φασὶν, ὃν ἠγνόουν τὸ πρότερον, ἀλλ' ἢ δι' ὧν ἔπασχον μόνον, ὅτε καὶ τὸν Λόγον αὐτοῖς ἐν ἀνθρωπείᾳ πέμπει μορφῇ; *Καὶ σέσωκε κρίνων*, τοῦτ' ἔστι δικαίαν ἐπ' αὐτοῖς ἐκφέρων τὴν κρίσιν, σειραῖς ζόφου τοὺς θλίβοντας παραδούς. Διό φησιν αὐτός· Νῦν κρίσις ἐστὶν τοῦ κόσμου τούτου· νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. Οὕτω Χριστὸς *ἐδίκασε* τυράννῳ καὶ κόσμῳ, εἵλκυσέν τε καὶ *τοὺς Αἰγυπτίους* πρὸς ἑαυτόν· ἀνθ' ὧν χαριστηρίους *θυσίας* ἐκτελοῦσιν ἐπαγγελλόμενοι, μέχρι τε παντὸς τοῖς τῆς πίστεως ἐναθλοῦσιν ἀγῶσι κατὰ τό· « Εὔξασθε καὶ ἀπόδοτε. »

Ἐπιστῆσαι δὲ τὸν νοῦν ἀνάγκαῖον, ὡς καινοῦ νόμου καὶ Καινῆς Διαθήκης παρίστησιν ὁ λόγος εἰσαγωγήν. Μωσέως γὰρ ἀπαγορεύσαντος ἐκτὸς Ἱερουσαλὴμ μὴ δεῖν γενέσθαι *θυσιαστήριον*, καὶ τὴν τοῦ Λευὶ μόνην ἱερατεύειν φυλὴν ἐπιτάξαντος, πῶς ἡ προφητεία *θυσιαστήριον ἐν Αἰγύπτῳ* καθίστησιν, ἱερέας τε Θεοῦ τοὺς Αἰγυπτίους γενέσθαι φησί; Κατὰ δὲ τὸν Ἀπόστολον, μετατιθεμένης ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. Μετὰ δὲ τὰ εἰρημένα φησὶν ὁ προφήτης· *Καὶ πατάξει Κύριος τοὺς Αἰγυπτίους πληγῇ, καὶ ἰάσεται αὐτούς*. « Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει. Μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. » *Πληγὴν* οὖν ἐπάγει τοῖς *Αἰγυπτίοις*, ὅτ' ἂν τύχωσι τούτου δεόμενοι, μὴ μηκύνων αὐτοῦ τὴν ὀργήν. Τινὲς δέ φασιν ὡς *πληγὴν* καλεῖ τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις δουλείαν, δι' ἧς αὐτοὺς ἰάσατο, πάροδον εἰς αὐτοὺς παρασχὼν τῷ σωτηρίῳ κηρύγματι. Πρότερον γὰρ οὐκ ἦν ἐπιφοιτᾶν ἀμίκτως διακειμένοις. Πλὴν ὠφελείᾳ, καὶ οὐ θυμῷ *πληγὴν ἐπάγει* Θεός. Ὅπερ εἰδότες οἱ προφῆται φασι· « Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ. » Καὶ πάλιν· « Ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν. » Καὶ τῇ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγῇ φησιν· Ἐν πόνῳ καὶ μάστιγι παιδευθήσῃ, Ἱερουσαλήμ. Μεθ' ἅ φησι· *Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ*, κατὰ τὸν αὐτὸν δηλονότι καιρὸν, *ἔσται ὁδὸς Ἀσσυρίοις πρὸς Αἰγυπτίους*, οὕτω λέγων κατὰ τὴν παλαιὰν συνήθειαν, τούς τε Συρίαν καὶ Μεσοποταμίαν οἰκοῦντας, οἳ τοῖς Αἰγυπτίοις πολέμιοι διετέλεσαν, ὅτε πρὸ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἰδίοις βασιλεῦσιν ἐκέχρηντο·

A *minaverit ipsis, expavescent propter consilium quod consuluit Dominus in eos*, etc.

. . . in judicio supplicium de *opprimentibus* sumens. Hoc enim pacto, id est, ipso afflictionis tempore, quod *diei* nomine significavit, Dominum agnoscent. Sunt autem nonnulli, qui ad ipsam omnino incarnationem locum referri existiment. Cum enim in homines tyrannidem exercerent dæmones, malorumque onere gravissimo, ut rebus ipsis patuit, premerentur, eorum tandem misertus est Dominus. Ita siquidem et Abelis sanguis indignum facinus abominante Deo, clamare dicitur [19]. Qui enim aiunt, cum invocassent, **271** quem antea ignorabant; nisi iis tantum adducti, quæ misso in hominis forma Verbo passi sunt? *Et salvavit judicans*; id est, justa sententia tenebrarum catenis eos a quibus opprimebantur, tradidit. Atque hoc est, quod jam adesse mundi hujus judicium, jamque ejusdem principem foras expulsum iri dixit [20]. Sic igitur tyrannum et mundum Christus *judicavit*; sic denique *Ægyptios* omnes ad se ipse pertraxit. In quorum memoriam premissis gratiarum *hostiis*, fideique in perpetuum certaminibus defuncti (juxta illud, quo vovere, votaque persolvere monetur [21]) certamen ineunt.

Est vero hic mente diligenter attendere necessarium, nobis hic novæ legis Novique Testamenti rudimenta proponi. Qui enim Mosis lege nonnisi intra Hierosolyma *altare* erigi, nullamque tribum aliam, præter Leviticam sacerdotio fungi cavente, *in Ægypto* jam *altare* excitatum iri, futurosque sacerdotes Ægyptios affirmat prophetia? Atqui auctore Apostolo, mutato sacerdotio, et legis mutatio fiat necesse est [22]. Adjicit vero ad superiora propheta, his verbis: *Et percutiet Dominus Ægyptios plaga, et sanabit eos*. Quem enim diligit, castigat, et quemcunque verberibus cædit, in filium amplectitur [23]. *Plagam* ergo in *Ægyptios*, qua maxime opus habere videbantur, inducit; neque iram suam protrahit. Sunt porro qui *plagæ* nomine, quam passi sunt a Romanis servitutem intelligant, per quam in eo sunt sanati, quod hac via salutis sit ad eos delatus nuntius. Neque enim ad eos antea pervenire poterat, qui ab hominum reliquorum consuetudine abhorrerent. Sed utilitatis ergo, non iræ indulgens *inducit plagam* Dominus. Quod quidem cum minime a prophetis ignoraretur, ita eum compellant: « Domine, castiga nos, verum in judicio, et non in ira [24]. » Et rursus: « In afflictione parva tua nobis castigatio [25]. » Deinde, converso ad Judæorum Synagogam sermone: In labore et verberibus castigaberis, Jerusalem. Addit postea: *Die illa*, illo videlicet tempore, *erit via Assyriis ad Ægyptios*; ita veteri **272** et usitata consuetudine eos significans, qui Syriam et Mesopotamiam inco-

[19] Gen. IV, 10. [20] Joan. XII, 31. [21] Psal. LXXV, 12. [22] Hebr. VII, 12. [23] Hebr. XII, 6. [24] Jerem. XXX, 11. [25] Isa. XXVI, 16.

lebant, erantque Ægyptiis maxime infesti, cum, in A Romanorum potestatem nondum redacti, propriis regibus, hi quidem Antiochi successoribus, illi autem Ptolemæis uterentur. Quorum medii Ægyptii cum interdum ab utrisque impeterentur; ipso Christi adventu, tanquam communi pacis vinculo, non terrena modo cœlestibus, sed ipsæ inter se gentes etiam ita coiere, *ut tres istæ* quæ mutua inter se odia semper exercuerant, una jam benedictione dignæ credantur, nec Israel amplius, tanquam Dei populus, solusque *benedictus*, efferatur. Ita enim pietatem amplexi sunt omnes, ut mutuam inter se charitatem colant et retineant. Confractis enim gladiis et lanceis, cum in jugum unum, spiritualiter quidem Dei, Romanorum autem corporaliter, venerint, arma in sese nequaquam rapiunt.

οὗτοι μὲν τοῖς ἀπὸ Ἀντιόχου, Πτολεμαίοις δὲ ἐκεῖνοι· μέσοι δὲ ὄντες Ἰουδαῖοι ὑπ' ἀμφοτέρων ἀνὰ μέρος ἐβάλλοντο. Χριστὸς δὲ παραγενόμενος, ἡ πάντων εἰρήνη, οὐ μόνον τὰ ἐπίγεια τοῖς ἐπουρανίοις συνῆψεν· ἀλλὰ καὶ τὰ ἔθνη πρὸς ἄλληλα. Καθὰ καὶ ταῦτα *τὰ τρία* δυσμενῶς διακείμενα, καὶ μιᾶς ἠξίωσεν εὐλογίας, ὡς μηκέτι τὸν Ἰσραὴλ κατεπαίρεσθαι λαὸν Θεοῦ χρηματίζοντα καὶ μόνον *εὐλογημένον*. Πάντες γὰρ εὐσέβειαν ἐδιδάχθησαν, καὶ [a] τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης ἀντέχεσθαι. Τὰς γὰρ μαχαίρας εἰς [a] ζιβύνας συγκόψαντες, ταύτας ἐπ' ἀλλήλους οὐκ αἴρουσιν ὑπὸ ζυγὸν ἕνα γεγονότες, πνευματικῶς μὲν Θεοῦ, σωματικῶς δὲ Ῥωμαίων.

Quod deinde *Assyriis servire Ægyptios* inquit, vel B charitatis servitutem intellexit, vel, quod nonnullis placet, id ideo dixit, ut missum Romano nomine *Syrorum in Ægyptum* exercitum, Syroque duce aliquo in servitutem redactos esse Ægyptios significet. Qui est ergo *benedictus in Ægypto, et inter Assyrios populus* per Ecclesiarum, quæ in eis sunt, frequentiam apparet. Viget autem qui *ex Israel* est ab ipso prædicationis tempore. Fuit enim fidei in Christum primitiæ, a quibus et evangelistæ, et discipuli, et apostoli etiam promanarunt; unde *trium gentium omnes in terra benedicti sunt*. Cæterum pro eo quod *in Assyriis* legimus, *in Assur* alii transtulerunt; ne Judæos quisquam, qui in Syria degunt, sed *Ægyptios* simul *Assyriosque* significari putaret. Est vero maxime mirum, cur qui filiorum omnium C est natu maximus *tertius* nominetur. Sed ex quo in Christum contumeliosus exstitit, jam inde in gentium terga rejectum esse deprehendimus. Quo enim tempore gentium intraverit plenitudo, totus et ipse tum demum salvabitur Israel [26]. Deinde per *benedictam* a Domino *terram* Ecclesiam non **273** male (modo illam in cœlo mitibus destinatam [27], cœlestem nimirum Jerusalem, montemque sanctum intelligas) significari dixeris. Potest et *Israelis* nomine piorum sanctorumque gentis Judaicæ hominum, qui vita defuncti sunt, chorus intelligi. Est enim « *funiculus hæreditatis ejus Israel*, » inquit Moses [28]. Cæterum miratus propheta quod omnium maxime superstitiosi Ægyptii, Judæorum, quos oderunt, Deum amplectantur et colant, significanter D valde ista de Ægyptiis continue adjecit: *Et erunt Ægyptii jurantes nomini Domini Sabaoth.* Deinde: *Erit altare Domino in regione Ægyptiorum.* Et rursus: *Erit in signum in perpetuum Dominus in terra Ægypti.* Itemque: *Erit notus Dominus inter Ægyptios.* Denique cognoscent Ægyptii Dominum. *Syriam* præterea emphasi vel inde complexum esse videri putant, quod in ea veri adoratores, et qui fraternum vicinumque Ægyptiorum studium amplectantur, non defuturi sint.

Δουλεύουσι δὲ τοῖς Ἀσσυρίοις Αἰγύπτιοι τὴν τῆς ἀγάπης δουλείαν. Ἢ, ὥς φασί τινες, διὰ τὰ Ῥωμαϊκὰ *Σύρων ἐν Αἰγύπτῳ* στρατόπεδα, Σύρους τέ τινας ἀρχικῆς ἐξουσίας δυνάμει καταδουλουμένους αὐτούς. Ὁ μὲν οὖν *εὐλογημένος ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Ἀσσυρίοις λαὸς*, διὰ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ὁρᾶται πολυπληθίας, ὁ δὲ ἐκ *τοῦ Ἰσραὴλ* κατὰ τὸν τοῦ κηρύγματος ἤκμασε χρόνον. Ἀπαρχὴ γὰρ τῆς εἰς Χριστὸν ἐγένοντο πίστεως, ἐξ ὧν εὐαγγελισταί, καὶ μαθηταί, καὶ ἀπόστολοι· διὸ πάντες οἱ *τῶν τριῶν ἐθνῶν ἐπὶ γῆς εὐλόγηνται*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *καὶ ἐν Ἀσσυρίοις, καὶ Ἀσσοὺρ* ἐξέδωκαν οἱ λοιποί, ὡς ἂν μή τις τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Συρίᾳ νομίσειεν Ἰουδαίους, ἀλλ' αὐτοὺς *Αἰγυπτίους* καὶ αὐτοὺς *Ἀσσυρίους*. Τὸ δὲ θαυμαστὸν, ὅτι ὁ πρωτότοκος ἐν τέκνοις *τρίτος* ὠνόμασται. Παροινήσας γὰρ εἰς Χριστὸν, κατόπιν τέθειται τῶν ἐθνῶν. Ὅτ' ἂν γὰρ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε καὶ πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. *Γῆν δὲ τὴν εὐλογημένην* ὑπὸ Κυρίου νοήσεις τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ μάλιστα τὴν ἐπουράνιον, ἣν οἱ πραεῖς κληρονομήσουσιν, ὅπου καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιος, καὶ ὄρος Σιών· νοοῖτο δ' ἂν *Ἰσραὴλ* καὶ ὁ Θεοφιλὴς τῶν ἁγίων χορὸς ἐκ τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους προεξεληλυθότων τοῦ βίου· διόπερ εἴρηται, *καὶ ἡ κληρονομία μου Ἰσραήλ*. Σχοίνισμα γὰρ κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραὴλ, καθὰ δὴ λέγει Μωσῆς. Ὁ δὲ προφήτης θαυμάζων, εἰ οἱ τῶν ἄλλων δεισιδαίμονες μᾶλλον Αἰγύπτιοι τὸν τῶν ἐχθρῶν Θεὸν Ἰουδαίων τιμήσουσιν, ἐμφατικώτατα λίαν, συνεχῶς τοῦτον, ἃ τὸ [b] τῶν Αἰγυπτίων φησί· ποτὲ μέν· *Ἔσονται Αἰγύπτιοι ὀμνύοντες τῷ ὀνόματι Κυρίου Σαβαώθ*· ποτὲ δέ· *Ἔσται θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγυπτίων*. Καὶ πάλιν· *Ἔσται εἰς σημεῖον εἰς τὸν αἰῶνα Κύριος ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου*. Καὶ αὖθις· *Ἔσται γνωστὸς Κύριος τοῖς Αἰγυπτίοις*. Καὶ πάλιν· *Γνώσονται οἱ Αἰγύπτιοι τὸν Κύριον*. Καὶ *Συρίαν* δὲ, ὡς ἔοικεν, ἐν ἐμφάσει παρέλαβεν, ἐν ᾗ φασι γνησίους προσκυνητὰς, καὶ ἀδελφὴν, καὶ γείτονα τῆς Αἰγυπτίων ἐπιτηδεύοντας ἄσκησιν.

[26] Rom. XI, 25, 26. [27] Matth. V, 4. [28] Deut. XXXII, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ὡς. [a] γρ. καί. [b] γρ. ταῦτα περί.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

α-ς'. *Τοῦ ἔτους οὗ εἰσῆλθε Ταvάθαν εἰς Ἄζωτον, ἡνίκα ἀπεστάλη ὑπὸ Ἄρνα βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ ἐπολέμησε τὴν Ἄζωτον, καὶ κατελάβετο αὐτὴν, τότε ἐλάλησε Κύριος πρὸς Ἡσαΐαν, λέγων· Πορεύου καὶ ἄφελε τὸν σάκκον ἀπὸ τῆς ὀσφύος σου, κ. τ. λ.*

Ἅλωσιν Αἰγυπτίων ὑπ' Ἀσσυρίων προλέγει ὁ περὶ τῆς εἰρήνης αὐτῶν ἐν τοῖς πρὸ τούτων διαλαβών· Ἐροῦμεν οὖν, ὡς τὰ μακροῖς ὕστερον χρόνοις ἐσόμενα διὰ τῶν ὅσον οὔπω μελλόντων πληροῦσθαι πιστοποιεῖ. Τὰ μὲν γὰρ εἰρημένα χρηστὰ, τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίαν ἀνέμενεν ἐπὶ νεφέλης κούφης ἥξειν εἰς Αἴγυπτον μέλλοντος. Τὰ δὲ νῦν ἐπ' αὐτῶν τῶν τοῦ προφήτου χρόνων συμβέβηκεν. Ταῦτα δὲ
B τοῖς Ἰουδαίοις προλέγεται τῇ τῶν *Αἰγυπτίων* συμμαχίᾳ προσδοκῶσι διαφεύγειν τὴν *ὑπ' Ἀσσυρίων* μέλλουσαν ἅλωσιν, οἳ καὶ δὴ πλησίον ἦσαν ἑλόντες *τὴν Ἄζωτον* τῆς Παλαιστίνης μεγίστην καὶ δυνατωτάτην πόλιν ὑπάρχουσαν, ὡς ἂν τοῖς ἐκ γειτόνων πτοηθέντες κακοῖς, πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἀπογνόντες ῥοπὴν, ἐπιστραφέντες πρὸς Κύριον, τὰ μέλλοντα κερδάνωσι δυσχερῆ. Καί γ' οὖν τις ἔφη προφήτης· « Καὶ ἦν Ἐφραῒμ περιστερὰ ἄνους οὐκ ἔχουσα καρδίαν· « Αἴγυπτον ἐπεκαλεῖτο καὶ εἰς Ἀσσυρίους ἐπορεύθησαν.

Καὶ ὁ παρὼν δὲ προφήτης φησίν· « Οὐαὶ οἱ καταβαίνοντες εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ βοήθειαν, οἱ ἐφ' ἵπποις πεποιθότες καὶ ἐφ' ἅρμασιν. » *Ταvάθαν* δὲ στρατ-
C ηγὸς τοῦ τῶν Ἀσσυρίων βασιλέως ὑπάρχων εἷλε *τὴν Ἄζωτον*. Τότε τοίνυν ὁ προφήτης ἑνὶ πρότερον χρώμενος ἱματίῳ τριχώδει τε καὶ παχεῖ δι' ἄκραν φιλοσοφίαν, καὶ διὰ τὸ πενθεῖν τοὺς ἀσεβοῦντας ἐν Ἰσραὴλ, ἀποδύσασθαι καὶ τοῦτο προστάττεται, *γυμνός τε καὶ ἀνυπόδετος* περινοστεῖν Ἱερουσαλὴμ εἰς τύπον τῆς μελλούσης Αἰγυπτίοις αἰχμαλωσίας· τὸ γὰρ τῆς θέας παράδοξον, ψιλοῦ λόγου μᾶλλον ὑπῆρχε πιστότερον, ἐναργῶς τε φόβον εἰργάζετο, καὶ μάλιστα τοῖς εἰωθόσι προφητικῶν λόγων ὑπερορᾷν, καὶ τοῖς προφήταις λέγειν· Ἄλλα ἡμῖν λαλεῖτε, καὶ ἀναγγέλλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν· ὡς ἂν ὁρῶντες τὴν ἀτοπίαν τοῦ σχήματος, αὐτοὶ τούτου τὴν αἰτίαν πυνθάνοιντο. Τὸν δὲ προφητικὸν θαυμάζειν ἄξιον βίον, περὶ ὧν
D φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν. » Καὶ ὡς Θεῷ μὲν ἦσαν εὐπειθεῖς πᾶσαν δὲ ἀνθρωπίνην ὑπερενήχοντο δόξαν. Ὡς *Ἰουδαῖοι* δὲ τῇ τῶν *Αἰγυπτίων* ἐθάῤῥουν δυνάμει, οὕτω τὴν τῶν *Αἰθιόπων Αἰγύπτιοι*. Ὧν ἔθνος οἱ Βλέμμυες εὔστοχοι τοξόται καὶ χρίοντες ὀλεθρίῳ φαρμάκῳ τῶν βελῶν τὰς ἀκίδας, ὑφ' ὧν οἱ βληθέντες ὡς ἑρπετῶν ἰοβόλων ἀπώλλυντο. *Τριετῆ* δὲ χρόνον τούτοις ἀμφοτέροις περικαθήμενος, κατὰ μέρος ἐχειροῦτο τὰς πόλεις τῶν *Ἀσσυρίων* ὁ βασιλεὺς, ὡς θαυμάσαι τοὺς *Αἰγυπτίους*, εἰ καὶ τοὺς *Αἰθίοπας* ἐδυνήθη χειρώσασθαι. Οὕτως ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον μᾶλλον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον. Καὶ ἐπικατάρατος μὲν ὃς

CAP. XX.

274 VERS. 1-6. *Anno quo ingressus est Tanathan Azotum, cum missus est ab Arna rege Assyriorum, et pugnavit contra Azotum, et cepit eam, tunc locutus est Dominus ad Isaiam, dicens : Vade, et aufer saccum tuum a lumbis tuis*, etc.

Ægyptiorum per Assyrios expugnationem prædicere aggreditur, qui de eorum pace superius disputavit. Iis ergo quæ longo postea tempore eventura essent, per ea, quæ jamjam instabant, fidem afferre dicemus. Quæ enim de prospero rerum successu dicta sunt, ad ea Salvatoris tempora, quibus in Ægypto, tanquam levi in nube, peregrinaturus esset, referenda fuerunt. Quo de autem nunc agitur, idipsum prophetæ ætate factum est. Prædicuntur vero ista Judæis, qui instantem *ab Assyriis* expugnationem, *Ægyptiorum* auxilio arcere se posse confidebant, cum *Azotum* jam illi, urbem Palæstinæ maximam et munitissimam, cepissent : ut vicinorum malis deterriti, desperato prorsus humanæ opis momento, ad Dominum conversi ingruentia damna valeant effugere. Ita vero de istis ait et quidam propheta : « Et erat Ephraim columba **275** amens, et vecors [29]. » Ægyptum advocare, et ad Assyrios confugere non dubitavit.

Quin et Isaias noster ita loquitur : « Væ qui in Ægyptum auxilii causa descendunt, qui in equis et curribus confidunt [30]. » Fuit autem *Tanathan* Assyrii exercitus, a quo *Azotus* ipsa expugnata est, præfectus. Tum ergo propheta, qui uno tantum pallio antea, eoque trito et crasso utebatur, propter summum sapientiæ studium, et dolorem, quo de Israelis impietate angebatur : eo etiam nunc exuere se, *nudusque et sine calceis*, quo futuræ Ægyptiorum calamitatis specimen edat, Hierosolymam redire jubetur. Ad metus enim incussionem inusitatus hic habitus, nudo sermone iis præcipue futurus erat efficacior, qui prophetarum monita ita parvi penderent, ut alium eos errorem sibi annuntiare juberent, quo absurdam illi inusitatamque vestitus formam intuiti, ad ejus postulandam causam invitarentur. Est vero vita prophetarum digna imprimis, quæ nos in sui admirationem trahat : tum quod eos Apostolus circumivisse in melotis, in caprinis pellibus dicat [31] : tum quod Deo facti obtemperantes, omni humana gloria superiores evaserint. Cæterum qua ratione *Ægyptiorum* opibus *Judæi* eadem et *Æthiopum Ægyptii* confidentiores evaserant. Inter Ægyptios deinde et Blemmyes ipsi numerantur, quibus magnam sagittandi peritiam inesse, venenoque sagittarum spicula oblinire, ut qui eis petuntur, tanquam serpentum morsibus pereant, usitatum narrant. *Triennio* autem cum ab *Assyrio* utrique obsiderentur, singulis tandem expugnatis urbibus victi

[29] Osee VII, 11. [30] Isa. XXXI, 1. [31] Hebr. XI, 37.

sunt; unde fit, ut qua ratione subjugari *Æthiopas* contigerit, mirentur *Ægyptii*. Adeo est in Domino sperare satius, quam hominibus confidere [32]. Exsecrandus deinde qui spem in homine habet, benedictus autem qui confidit in Domino, et Dominus spes ejus [33]. Deinde quod *insulam Ægyptum* appellavit, eam intellexit, quam Nilus undique complectitur.

τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, εὐλογημένος δὲ ὃς πέποιθεν ἐπὶ Κυρίῳ. Καὶ ἔσται Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ. *Νῆσον* δὲ τὴν *Αἴγυπτον* εἴρηκεν, ἣν δὴ περισφίγγει πανταχόθεν ὁ Νεῖλος.

CAP. XXI.

VERBUM DESERTI MARIS.

276 VERS. 1-10. *Sicut procella per desertum transit, de deserto veniens e terra. Horrenda visio et dura renuntiata est mihi. Evertens evertit, qui iniquus est, iniquiter facit. In me Elamitæ, et legati Persarum in me veniunt*, etc.

277 *Ad Babylonem* proculdubio ista referuntur; sive quod ipsam *cecidisse* asserit, et in eam *venturos esse Elamitas Persarumque legatos*: sive Symmachi interpretationem sequaris, qui *Elamitas surgere, Medosque obsidere* imperat; cum et cæteri etiam, ipsaque adeo Hebræorum lectio *Medorum* nomen habeant, a quibus deletum est *Babyloniorum* imperium; quorum et antea Isaias meminit [34], cum « Ecce Medos in vos excitabo, » dixit. De iisdem et Jeremias quoque sic loquitur: « Suscitavit Dominus spiritum regis Medorum, quoniam adversus Babylonem ira ejus [35]. » Et rursus: « Date in Babylonem arietes [36]. » Dici vero queat etiam secundum interpretes Septuaginta non ita diu post *Medos*, Persas esse subsecutos, a quibus etiam *Babylonis* reliquias deleri contigit. Conferunt autem isthæc nonnihil ad Ægypti visionem; quantumvis secundum quosdam peculiaris Babyloni visio habeatur, ut Babyloniis Judæos minime confidere doceat, qui et ipsi capientur. Sic enim apud prophetam quemdam legimus: « Ægyptum invocabat, et ad Assyrios profecti sunt [37]; » tanquam causis allatis, quibus *ab Assyriis* urbem et templum contigit expugnari, adhortarentur. Sin autem eos, qui sunt accuratiores, sequamur, post designatam Ægypti et Æthiopiæ per *Assyrios* expugnationem, qualia et expugnatores ipsos maneant, declarat. Justa enim sententia Deus Ægyptios Assyriis, Assyrios Medis, Medos Persis, Persas denique, propter fastum et superbiam, aliis evertendos concessit. Verum quod *desertam Babylonem* vocat, instare ejus vastitatem et *solitudinem* significat. Deinde quod Hebraica lectio, cæterique interpretes, *maris* vocabulum addiderunt; ita plebe urbem olim abundasse, et tanquam fluctuasse significavit. Cui sententiæ et Jeremias quoque astipulatur [38], cum tanquam ex Dei persona, mare ipsum desolaturum se interminatur. Idem deinceps et Medorum adventantem in eam multitudinem hoc nomine innuit, cum mare in Babylona ascendisse ait, qui ante de eadem locutus, instar cicadarum multitudinem **278** in eam se immi-

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

ΤΟ ΡΗΜΑ ΤΗΣ ΕΡΗΜΟΥ.

α-ι'. *Ὡς καταιγὶς δι' ἐρήμου διέλθοι, ἐξ ἐρήμου ἐρχομένη ἐκ γῆς, φοβερὸν τὸ ὅραμα καὶ σκληρὸν ἀνηγγέλη μοι. Ὁ ἀθετῶν ἀθετεῖ. Ὁ ἀνομῶν ἀνομεῖ. Ἐπ' ἐμοὶ οἱ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ πρέσβεις τῶν Περσῶν ἐπ' ἐμὲ ἔρχονται. κ. τ. λ.*

Περὶ *Βαβυλῶνος* μὲν τὰ προκείμενα, ὡς δηλοῖ τό· *Πέπτωκε Βαβυλών*. Καὶ τό· *Ἐπ' ἐμοὶ οἱ Ἐλαμῖται καὶ πρέσβεις τῶν Περσῶν*. Ἢ κατὰ Σύμμαχον, *Ἀνάστηθι Ἐλάμ. Πολιόρκει Μῆδοι*. Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ, καὶ τὸ Ἑβραϊκὸν, *Μήδους*, φασὶν, οἳ καὶ καθεῖλον τὴν *Βαβυλωνίων* ἀρχήν. Πρὸς οὓς ἔλεγεν ἄνω· « Ἰδοὺ ἐπεγερῶ ὑμῖν τοὺς Μήδους. » Περὶ ὧν καὶ Ἱερεμίας φησίν· « Ἤγειρε Κύριος τὸ πνεῦμα βασιλέως Μήδων, ὅτι εἰς Βαβυλῶνα ἡ ὀργὴ αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Δότε [εἰς] τὴν Βαβυλῶνα βελοστάσεις. » Ῥηθείη δὲ καὶ κατ' αὐτοὺς Ἑβδομήκοντα, ὅτι Πέρσαι τοὺς *Μήδους* οὐκ εἰς μακρὰν διαδεξάμενοι *καθεῖλον τῆς Βαβυλῶνος* τὰ λείψανα. Πρὸς δὲ τὴν ὅρασιν Αἰγύπτου τι ταῦτα συντείνει καίτοι τῆς Βαβυλῶνος ἰδίας τυχούσης ὁράσεως κατὰ μέν τινας, ἵνα πείσῃ τοὺς Ἰουδαίους μὴ θαῤῥεῖν ἐπὶ τοῖς Βαβυλωνίοις, ὡς καὶ αὐτοῖς ἁλωσομένοις. Φησὶ γάρ τις προφήτης· « Αἴγυπτον ἐπεκαλεῖτο, καὶ εἰς Ἀσσυρίους ἐπορεύθησαν. » Ἢ [a] παρακαλῶν αὐτοὺς, ἐφ' οἷς εἷλον τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν *οἱ Ἀσσύριοι*. Κατὰ δὲ τοὺς ἀκριβεστέρους, περὶ τῆς ὑπ' *Ἀσσυρίων* ἁλώσεως Αἰγύπτου, καὶ τῶν Αἰθιόπων εἰπὼν, ἀναγκαίως διδάσκει καὶ οἷα τοῖς ἑλοῦσι συμβήσεται. Θεὸς γὰρ κρίσει δικαίᾳ τοὺς μὲν Αἰγυπτίους Ἀσσυρίοις, τούτους δὲ Μήδοις, κἀκείνους Πέρσαις, καὶ τούτους ἑτέροις εἰς καθαίρεσιν τῆς μεγαλαυχίας παρέδωκεν. *Ἔρημον* δὲ *Βαβυλῶνα* καλεῖ, τὴν μέλλουσαν ταύτης *ἐρημίαν* δηλῶν. Τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν καὶ οἱ λοιποὶ τὸ, *θαλάσσης* προσέθηκαν, ὡς τῆς πόλεως πάλαι κυμαινούσης τοῖς πλήθεσιν. Περὶ ἧς Ἱερεμίας ὡς ἐκ προσώπου λέγει Θεοῦ. « Καὶ ἐρημώσω τὴν θάλασσαν αὐτῆς. » Ἑξῆς δὲ πάλιν ὁ αὐτὸς τὸ πλῆθος τῶν ἐπελθόντων αὐτῇ Μήδων παρίστησι λέγων· « Ἀνέβη ἐπὶ Βαβυλῶνα ἡ θάλασσα. » Πρὸ δὲ τούτων ἔφη περὶ αὐτῆς. « Ἀνεβίβασα ἐπ' αὐτὴν ὡς ἀκρίδων πλῆθος. » Τὰ δὲ τῆς ῥήσεως τῆς παρούσης διαφόροις προσώποις διήρηται· καὶ τὴν ἀρχὴν οἱ μὲν ἀπὸ προσώπου *Βαβυλῶνός* φασιν, ὡς ἀκουσάσης τὰ μέλλοντα δυσχερῆ, καὶ Εἴθε *παρέλθοι*, λεγούσης, ὡς πνεῦμα δι' *ἐρήμου* χωροῦν. Ὧν γὰρ ἡ ἀκοὴ φοβεῖ, τίς ἡ πεῖρα γενήσεται; μὴ οὖν γένοιτο τὴν φήμην εἰς ἔργον ἐλθεῖν. Κατὰ δέ τινας, ὁ προφήτης, ἀναγγελθέντων αὐτῷ παρὰ Θεοῦ τῶν συμβησομένων αὐτῇ περὶ Μήδων, φησὶν ὡς

[32] Psal. CXVII, 8. [33] Jerem. XVII, 5, 7. [34] Isa. XIII, 17. [35] Jerem. L, 9. [36] Jerem. LI, 40. [37] Osee VII, 11. [38] Jerem. LI, 32.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Ισ. γρ. ὡς.

οὕτω διελεύσονται *τὴν ἔρημον* καθιππεύοντες, ὡσανεὶ καὶ ἀνέμων καταιγὶς δι' *ἐρήμου διέλθοι*, τὴν κόνιν ἐξανιστᾶσα καὶ συγχέουσά πως τὸ πᾶν.

A sisse dixerit. Volunt autem personarum varietate præsentem distingui orationem, ejusque principium a *Babylone* peti, quæ auditis sibi impendentibus malis, ea ipsa *transire*, tanquam spiritum *per desertum*, exoptat. Ad quorum enim auditum perterremur, ea cum experiri contigerit, quid facturum putamus? Absit igitur, ut quod fama jactatur, re experiamur. Placet vero nonnullis prophetam, ubi ea audivit a Deo, quæ per Medos ipsi essent eventura, quo more ventorum procella excitato *per desertum* pulvere rebusque fere permistis omnibus *pertransit*; sic et *desertum* percussuros esse equites significare.

Ἀνηγγέλη δέ μοι, διὰ τοῦτό φησιν, ἐπείπερ ὁμοῦ τῇ θέᾳ καὶ τῶν πραγμάτων τὴν ἔκβασιν ἐδιδάσκετο. Εἶτά φησιν· *Ὁ ἀθετῶν ἀθετεῖ*. Ἀνεπίπληκτον γὰρ τῶν ἐπιόντων τὸ θράσος μηδὲν μήτε μέτρου μήτε φειδοῦς λογιζόμενον. Ἔλεγεν δὲ καὶ ἐν τῇ κατὰ Βαβυλῶνος ὁράσει· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ὑμῖν τοὺς Μήδους, οἳ οὐ λογίζονται ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίου χρείαν ἔχουσι. Τοξεύματα νεανίσκων συντρίψουσιν. Τῆς τούτων οὖν *καταιγίδος* ἐπ' ἐμὲ χωρούσης, τί πράξω, φησὶν, *ἡ Βαβυλὼν*, ἀλλ' ἢ *στενάξω* μόνον ἐμαυτὴν *παραμυθουμένη*, ἡ πρὶν ὑπερήφανος, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπάγουσα στεναγμούς; *Ἡ γὰρ ὀσφύς μου*, φησὶν, ὑπὸ τῆς ἀγγελίας *ἐκλέλυται γυναικὸς τικτούσης* δίκην, ἡ πρότερον ἐσφιγμένη τε καὶ νεανική. Τινὲς δὲ ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων εἰρῆσθαί φασιν, *Ἅπτου. Ὁ ἀθετῶν ἀθετεῖ*. Εἴτε δὲ οὗτος, εἴτε Βαβυλὼν, *Ἠδίκησα τὸ μὴ βλέπειν*, φησὶν, ἐν ἐξομολογήσεως τρόπῳ. Οὐκ ἠνειχόμην γὰρ παραινέσεως σπουδὴν ποιουμένη *μηδὲν βλέπειν* ὀρθὸν ἤγουν ποιούμενος. Νυνὶ γυναικοπρεπὲς ἀφίησι δάκρυον, ἤγουν· Δυσήκοος γέγονα, οὐκ ἀξιώσας βλέπειν τίς ὁ φύσει Θεός. *Ἤκουσα* γὰρ τὴν Ἰουδαίων λατρείαν ἐπιστρατεύσας αὐτοῖς· τήν τε πόλιν πορθήσας καὶ τὸν ναόν. Ἀλλὰ καὶ Ἰωνᾶς ἡμῖν ἦλθε κηρύττων μετάνοιαν, καὶ μετανοήσας πάλιν ἠδίκησα.

Annuntiata autem *sibi* esse ideo dicit, quod simul cum visione et rerum eventum ipse didicerit. Deinde adjicit, *evertens evertit*; ut imperterritam eorum qui invadunt, ferocitatem demonstret; quibus nec parcere cuiquam, nec agere quidquam moderate placeat. Dicebat vero et in Babylonis visione hoc modo: Ecce ego Medos in vos induco,
B qui argentum non curant, nec auro opus habent. Arcus juvenum conterent. Horum igitur in me, ait, irruente *tempestate*, quid aliud ego *Babylon* faciam, quam *luctu* miserias meas *consolabor*, quæ elata prius et fastuosa gemitus causam aliis suggerebam? *Lumbi* enim *mei*, inquit, hoc nuntio, *tanquam parientis mulieris* firmæ prius et robore præstantis, dissoluti sunt. Sunt vero nonnulli, qui tanquam assumpta regis Assyrii persona, verba ista *apprehende, evertens evertat*, velint intelligi. Cæterum sive ad regem, sive ad Babylonem referas, confessionis modo usurpata, tanquam se, *ne videant, injuste fecisse* fateantur, dicere valeas. Ambo enim adhortatione neglecta, et eo quod rectum esset, *videndo*
C parum fuerunt solliciti. Itaque profusis nunc muliebri more lacrymis, a videndo abhorruisse se, nec quid Deus natura exsisteret, intueri dignatos esse lamentatur. *Audisse*, eum de Judæorum religione, cum urbe expugnata templo ipsi non pepercerunt. Imo et cum Jonæ verbis ad pœnitentiam **279** tracti, ad impietatem statim redierunt.

Πρὸς τὸ χρήσιμον δὲ τῶν ἀκουόντων φίλον ἐστὶ προσωποποιεῖν τῇ Γραφῇ. Ἐφ' οἷς φησιν· *Ἑτοιμάσατε τράπεζαν*. Τοῦτό φησιν ὁ προφήτης σαφῆ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ὀργῆς τὴν αἰτίαν ποιῶν, τοῦ Βαλτάσαρ τὸ δεῖπνον τὸ παρὰ Δανιὴλ αἰνιττόμενος, ὅτε τοῖς σκεύεσιν ἐμπαροινήσας τοῖς ἱεροῖς, καὶ μὴ γνοὺς ὅτι Θεοῦ δυνάμει τὴν Ἰουδαίαν κεχείρωται, ἀναθεὶς δὲ τὴν αἰτίαν τοῖς ἑαυτοῦ θεοῖς, τὴν γραφὴν εἶδεν ἐν τῷ τοίχῳ σημαίνουσαν αὐτῷ τὴν τῆς βασιλείας καθαίρεσιν. Ἐν ἤθει τοίνυν αὐτοῖς τρυφᾷν ὁ προφήτης παρακελεύεται· καὶ τί τὸ μετὰ τοῦτο; πόλεμοι τὴν πανήγυριν διαδέξονται, ὡς μικροῦ δεῖν ἐξ αὐτοῦ δραμεῖν τοῦ ποτοῦ πρὸς ὅπλα. Τινὲς δὲ τὸ, *ἑτοιμάσατε τράπεζαν*, τὸ προφητικὸν πνεῦμα λέγειν φασὶ πρὸς τοὺς μέλλοντας ἑλεῖν Βαβυλῶνα, *Ἐλαμίτας, καὶ Μήδους*, καὶ τοὺς πρέσβεις *Περσῶν*, διεγεῖρον αὐτοὺς πρὸς τὸν πόλεμον καὶ τὴν ἐπ' ἀδείας ὡς ἐπὶ νίκῃ μελλούσῃ τρυφήν. Ὁ δὲ τὸ πνεῦμα προφήτης ἔχων· Ταῦτα λέγω, φησὶν, *Ἐπειδήπερ οὕτως εἶπε Κύριος πρός με· Βαδίσας στῆσον σεαυτῷ σκοπόν· καὶ ὃ ἐὰν ἴδῃ ἀπαγγειλάτω*, ὁ σκοπὸς δηλονότι. *Καὶ εἶδεν ἀναβάτας ἱππεῖς δύο*. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἅρμα

Est vero Scripturæ, ad eorum utilitatem, qui audiunt, usitata personarum fictio. Sequitur deinceps, *parate mensam;* quod ait propheta, ut divinæ in eos iræ causam ostendat, Baltasarisque per Danielem traditum convivium innuat, in quo contumeliose sancta vasorum supellectile rex abusus, cum non Domini, sed deorum suorum virtute Judæa se potitum crederet, scripturam in pariete, quæ regni notaret interitum, contemplatus est [30].
D De more itaque eos luxu diffluere jubet propheta. Verum quid postea? Bella ludos festosque dies brevi adeo subsequentur, ut parum absit quin a poculis ad arma concursum esse credatur. Sunt præterea, qui *parate mensam*, verba prophetici spiritus ad *Elamitas, Medos, Persarumque* legatos, qui Babylonem invasuri sunt, et hic ad bellum, certamque futuræ victoriæ spem, non secus atque ad epularum luxuriem invitantur, esse existiment. At ego propheta, qui spiritum habeo, hæc dico, ait: *Quoniam sic dixit Dominus ad me*: *Profectus tibi constitue speculatorem, et quod viderit, renuntiet*, speculator scilicet. *Et vidit sessores equites*

[30] Dan. v, 2 seqq.

duos, quo loco *bigas* interpretatur Symmachus. *Videt* item et *duos*, alterum quidem *asino*, alterum autem *camelo* devectos. Significabant vero qui equis insidebant, hostium exercitum : ut clitellarii duo (quibus ad necessariorum vecturam utimur) ipsam spoliorum asportationem. Nam et alicubi sic ait : « Ferebant in asinis et camelis divitias suas [59]. » Ista igitur postquam *speculatori visa sunt*, sic prophetam alloquitur Dominus : *Audi auditionem multam, et voca Uriam in speculam :* ubi pro *Uriæ* nomine, *leonem* Aquilas, *leænam* Symmachus, Theodotio vero *Ariel*, cum Hebræis, ne superius memoratum sacerdotem designari existimes, interpretantur. *Audi igitur*, ait, *auditionem multam, et voca Ariel*, ut et ipsum *speculator* tecum queat intueri. Tanquam cum ipsi adstaret **280** B Propheta, *stetisse se per totum diem*, ait, *ut futuram leonis visionem exspectaret*. Ubi autem *diem* integrum et *noctem* perdurasset : *Ecce* ait, *ascensor bigæ venit*, quem certe vel angelum quemdam, Ariel forsan appellatum esse credas, qui ad sumendum de Babylone supplicium missus, ejusdem expugnationem urgeat, vel eum potius, qui tanquam leo rugiens, quærit quem devoret [60]. At ubi ultorem angelum esse animadvertit, *Cecidit, cecidit Babylon*, inclamat.

Prior igitur *speculator* prophetæ longe inferior, eorum, qui Babylonem essent invasuri, multitudinem intuebatur : sed alter, idem qui et propheta, videt angelicam et magis reconditam, *Babylonis casum* nimirum, et idolorum ipsius, quod per *auditionem multam* spiritus significavit. Quod autem C *pergens sibi speculatorem adhibere* jubet, ita accipiunt nonnulli, ut collectum esse debere ad contemplationem animum, et tanquam in specula haberi intelligant. Est enim prophetis istud usitatum, ut ad eorum captum, quæ ostenduntur auditores excitentur. Sic enim apud quemdam legimus : « In custodia mea stabo, et ascendam super petram, et speculabor, ut videam quid in me loquatur, et quid respondeam ad reprehensionem meam [61]. » Aiunt vero *auditionis multæ* nomine, portentosas calamitatum narrationes, quæ *Babylonem* essent invasuræ, significari. Usque adeo enim deserta et vasta penitus remansit, ut Cyrum po- D stea (cui reconditos in tenebris thesauros, nulliqne cognitos prodituram se et daturum pollicitus erat Dominus [62]) ne illi quidem qui sese in speluncis abdiderant, latere potuerint. Atque inde est, quod his verbis Babylonem Hierosolyma alloquatur : « Ne mihi insultes, hostis mea ; » cæteraque de eadem, quæ proxime sequuntur, his verbis : « Et erit in conculcationem, tanquam lutum in viis [63]. » Jubetur vero, inquiunt, *Uriam* ideo in testem assumere, ut Judæi, qui prophetis non facile credere assuevissent, eum saltem, quem apud suos honoratissimum scirent, visionis socium non respue-

ζεῦγος ἵππων. Καὶ πάλιν ὁρᾷ δύο, τὸν μὲν ὄνῳ τὸν δὲ *καμήλῳ* ὀχούμενον. Ἐδήλουν δὲ οἱ μὲν ὄντες ἐφ' ἵππων τὴν τῶν πολεμίων παράταξιν. Οἱ δὲ τὴν ἐπὶ τῶν νωτοφόρων πρὸς τὴν χρείαν παραγωγὴν καὶ λαφύρων μέλλουσαν ἀποκομιδήν. Καὶ ἀλλαχοῦ γάρ φησιν· « Ἔφερον ἐπ' ὄνων καὶ καμήλων τὸν πλοῦτον αὐτῶν. » *Τοῦ σκοποῦ ταῦτα τεθεαμένου*, Κύριος τῷ προφήτῃ φησίν· Ἀ*κρόασαι ἀκρόασιν πολλὴν, καὶ κάλεσον Οὐρίαν εἰς τὴν σκοπιάν*. Τὸ δὲ *Οὐρίαν* Ἀκύλας ἐξέδωκε *λέοντα*. Ὁ δὲ Σύμμαχος *λέαιναν*. Ὁ δὲ Θεοδοτίων Ἀ*ριήλ*. Οὕτω γὰρ ἔχει καὶ τὸ Ἑβραϊκόν. Ἀλλ' οὐχ *Οὐρίαν*, ὡς μὴ δύνασθαι τὸν εἰρημένον πρόσθεν ἱερέα σημαίνεσθαι. Ἀ*κρόασαι τοίνυν ἀκρόασιν*, ἔφη, *πολλὴν, καὶ κάλει τὸν* Ἀ*ριήλ*, ὡς ἂν καὶ τοῦτον ὁ *σκοπὸς* ἅμα σοὶ θεωρήσειεν. Ὡς σὺν αὐτῷ γὰρ ἱστάμενος ὁ προφήτης φησίν· *Ἔστην διὰ παντὸς ἡμέρας καραδοκῶν τὴν μέλλουσαν ὄψιν τοῦ λέοντος. Ἡμέραν* δὲ διατελέσας καὶ *νύκτα*, φησίν· *Ἰδοὺ αὐτὸς ἔρχεται ἀναβάτης ξυνωρίδος*. Ἦν δὲ οὗτος ἤ τιμωρός τις ἄγγελος ἐπάγων Βαβυλῶνι τὴν τῆς ἁλώσεως δίκην, ὁ Ἀριὴλ ἴσως ὀνομαζόμενος· ἢ αὐτὸς ἐκεῖνος, Ὁ ὡς λέων ὠρυόμενος καὶ ζητῶν τίνα καταπίῃ. Νοήσας δὲ ὡς τιμωρητικός ἐστιν ἄγγελος βοᾷ· *Πέπτωκε, πέπτωκε Βαβυλών*.

Ὁ μὲν οὖν πρῶτος *σκοπὸς* ὑποδεέστερος ὢν τοῦ προφήτου τὸ πλῆθος ἑώρα τῶν ἐπιέναι τῇ Βαβυλῶνι μελλόντων· ὁ δὲ δεύτερος αὐτὸς ὢν ὁ προφήτης, τὴν ἀγγελικήν τε καὶ ἀποῤῥητοτέραν ὄψιν ὁρᾷ. Τήν τε *Βαβυλῶνος πτῶσιν*, καὶ τῶν εἰδώλων αὐτῆς, ἅπερ *ἀκρόασιν πολλὴν* ἐκάλει τὸ πνεῦμα. Τινὲς δὲ τὸ, *Βαδίσας σεαυτῷ στῆσον σκοπὸν*, οὕτω φασίν· τὸ δεῖν συνάξαι πρὸς τὴν θεωρίαν τὸν νοῦν, καὶ ἐν τῇ τούτου γενέσθαι περιωπῇ. Τοῦτο γὰρ ἔθος προφήταις πρὸς τὴν τῶν δεικνυμένων ἀντίληψιν. Τοιγαροῦν τις τούτων φησίν· « Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι καὶ ἐπιβήσομαι ἐπὶ πέτραν καὶ ἀποσκοπεύσω τοῦ ἰδεῖν τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ, καὶ τί ἀποκριθῶ ἐπὶ τὸν ἔλεγχόν μου. » Ἀ*κρόασιν* δέ φασι *πολλὴν*, διὰ τὰ παράδοξα τῶν ἐσομένων *Βαβυλῶνι* συμφορῶν διηγήματα· παντελῶς γὰρ γέγονεν ἔρημος, ὡς μηδὲ τοὺς ἐν σπηλαίοις κρυφθέντας τὸν Κύρον λαθεῖν, πρὸς ὃν ἔφη Θεός· ὅτι « Δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι. » Διὸ πρὸς Βαβυλῶνά φησιν Ἱερουσαλήμ· « Μὴ ἐπίχαιρέ μοι, ἡ ἐχθρά μου. » Μετ' ὀλίγα τε λέγει περὶ αὐτῆς, ὅτι « Ἔσται εἰς καταπάτημα ὡς πηλὸς ἐν ταῖς ὁδοῖς, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸν δὲ *Οὐρίαν*, φασὶ, τὸν ἱερέα παραλαβεῖν κελεύεται μάρτυρα, ὡς ἂν εἰωθότες ἀπειθεῖν Ἰουδαῖοι προφήταις τῷ παρ' αὐτοῖς τιμιωτάτῳ πεισθήσονται [κοιν]ωνῷ γεγονότι τῆς θέας. Τὸ δὲ, *αὐτὸς ἔρχεται*, ὁ Πέρσης, φασὶ, καὶ Ἐλαμίτης, ἢ ὁ τούτων Κύρος ἡγούμενος· ἀπὸ Θεοῦ τε εἰρῆσθαι τὸ, *πέπτωκε Βαβυλών*. *Καταλελειμμένους* δὲ λέγει τοὺς μὴ μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτους ἀπαχθέντας, οἳ καὶ τὴν χώραν, καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸν ναὸν, τοὺς

[59] Zachar. xiv, 15. [60] I Petr. v, 8. [61] Habac. ii, 1. [62] Isa. xlv, 1 seqq. [63] Isa. LVII, 16-20.

τε πεσόντας, καὶ ληφθέντας ὠδύροντο. Τούτοις οὖν παραμυθίαν, τὴν τῶν αὐτοὺς πεπορθηκότων ἀπήγγειλε συμφοράν. Τινὲς δὲ *καταλελειμμένους* τοὺς μὴ συμπλανηθέντας τῇ τῶν ἄλλων ἀσεβείᾳ φασὶν, οἱ βραχεῖς τινες ὄντες, τοὺς πλανηθέντας ὠδύροντο. Οἷς δὴ καί φησιν *ἀναγγεῖλαι* τὰ προλαβόντα τὸν Κύριον, ὥσεὶ ἔλεγεν· Ὑμῖν γὰρ ἐξέφηνεν ὡς δι' ἑρμηνέως ἐμοῦ. Τοῦτο τῆς περὶ Αἴγυπτον προφητείας τὸ τέλος.

A rent. Quod deinde *ipsum* **281** *venisse* adjicit Persam et Elamitam, aut eorum ducem Cyrum volunt intelligi; ut cum *cecidisse Babylonem* asserit, Dei vocem exsistere. Præterea *derelictorum* nomine eos ipsos significat, qui cum reliquis minime abducti, regionem ipsam et urbem, templumque, et cæteros etiam lugerent, qui vel ceciderant, vel in hostium manus venerant : quibus consolationem denuntiat, cum eorum, a quibus cladem istam senserunt, calamitatem significat. Non desunt autem qui *derelictos* eos esse velint, qui impietatis aliorum nequaquam participes (quamvis pauci illi quidem) cæteros errantes lugeant. Quibus certe et Dominum superiora *annuntiasse* ait, tanquam illis interprete se ipsum innotuisse significet. Atque hic quidem Ægypti prophetiæ finis est.

ΤΟ ΟΡΑΜΑ ΤΗΣ ΙΔΟΥΜΑΙΑΣ.

B

ια-ιζ'. Πρὸς ἐμὲ κάλει παρὰ τοῦ Σηείρ· Φυλάσσετε ἐπάλξεις. Φυλάσσω τὸ πρωΐ, καὶ τὴν νύκτα. Ἐὰν ζητῇς ζήτει, καὶ παρ' ἐμοὶ οἴκει. Ἐν τῷ δρυμῷ ἑσπέρας κοιμηθήσῃ. Ἐν τῇ ὁδῷ Δαιδὰν, συνάντησιν διψῶντι ὕδωρ φέρετε, κ. τ. λ.

Καὶ οὗτοι τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἦσαν πολέμιοι, καὶ συνεχῶς αὐτοῖς ἐπετίθεντο· καὶ μάρτυς Δαβὶδ λέγων· « Κατὰ σοῦ διαθήκην διέθεντο τὰ σκηνώματα τῶν Ἰδουμαίων, καὶ οἱ Ἰσραηλῖται, Μωὰβ, καὶ Ἀγαρηνοί, Γεβὰλ καὶ Ἀμμὼν, καὶ Ἀμαλήκ. » Προέταξε γὰρ τῶν ἄλλων *τοὺς Ἰδουμαίους*. Ἔθνος δὲ τοῦτο μέγιστον ἀμφὶ τὴν Πέτραν τῆς Ἀραβίας, ἐκ τοῦ Ἠσαῦ καταγόμενον, ὃς Ἐδὼμ ἐκλήθη, ὅστις ἑρμηνεύεται γήϊνος. Τοιοῦτος γὰρ ὁ βίος αὐτῷ. C Καὶ ἀντὶ βρώσεως μιᾶς, ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια τῷ Ἰακὼβ ἀδελφῷ ὄντι, ὃς καὶ Ἰσραὴλ ὠνομάζετο. Ἐξ οὗ τὸ τῶν Ἰουδαίων κατήγετο γένος. Ἀδελφῶν γὰρ παῖδες Ἰουδαῖοι ἐξ Ἐδὼμ οὕτω λεγόμενοι. Καὶ ὅμως οὐδὲ ψιλὴν πάροδον ἐξ Αἰγύπτου παρέσχον Ἰσραὴλ εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἰόντι. Καὶ μετὰ ταῦτα πικρῶς οὕτω διέκειντο πρὸς αὐτοὺς, ὡς ὁ προφήτης ὁ λέγων δηλοῖ· « Ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Ἰδουμαίας, καὶ ἐπὶ ταῖς τέτταρσιν οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτοὺς, ἕνεκεν τοῦ διῶξαι αὐτοὺς ἐν ῥομφαίᾳ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἐλυμήνατο πατέρα ἐπὶ γῆς, » κατὰ δὲ Σύμμαχον *σπλάγχνα ἴδια*· ἐξ ἀδελφῶν γὰρ, ὡς εἴρηται, γνησίων ἐγένοντο. Ἔοικε δὲ τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις ὁ Θεὸς προσφωνεῖν λέγων· *Πρὸς ἐμὲ κάλει παρὰ τοῦ Σηείρ*· ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς, *τοὺς φεύγοντας παρὰ τοῦ Σηείρ*. Ὅπερ ἦν ὄρος ἐν Ἀραβίᾳ, D τοῦ Ἠσαῦ πόλις τε λαμπρὰ, καθ' ἣν αὐτοῦ συνίστατο τὰ βασίλεια. Οὕτω δὲ τὸ ὄρος λεγόμενον εἰσέτι τοῖς ἐπιχωρίοις γνωρίζεται. Τοῖς οὖν ἀγωνιῶσι τὸν ἀπὸ *τῶν Ἰδουμαίων* φόβον, πρὸς ἐμὲ λέγει, Σπεύδοντες ἥκετε, καὶ παρ' ἐμοὶ γενόμενοι, *τὰς ἑαυτῶν ἐπάλξεις φυλάσσετε*, κἀμὲ φύλακα νυκτὸς ἔχοντες καὶ ἡμέρας. Ζητείτω τοίνυν παρ' ἐμοῦ τὴν βοήθειαν ὁ ταύτης ἐπιδεής. Οἰκείωσε [d] παρ' ἐμοὶ πᾶς ὁ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας πεφροντικώς. Ἐπαγγέλλεται γὰρ αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ βοήθειαν, εἴπερ ἕλοιντο παραμένειν αὐτῷ. Τὰ δὲ ἑξῆς ὁ προφήτης ἑτέρας ὑποθέσεως

VISIO IDUMÆÆ.

VERS. 11-17. *Ad me voca de Seir : Custodite propugnacula. Custodiam mane, et nocte. Si quæris, quære, et apud me habita. In saltu vespere dormies. In via Dædam in occursum sitienti ferte aquam*, etc.

282 Et hi etiam Israelitarum hostes erant, perpetuoque eis insidiabantur, Davide teste, cum ait : « Adversum te fœdus inierunt tabernacula Idumæorum, et Ismaelitæ, Moab, et Agareni, Gebal et Ammon, et Amalec [95]. » *Idumæos* enim omnium primos nominavit. Gens est autem hæc ad Arabiæ Petram maxima, ab Esau deducta, qui Edom dictus, ideo terram significat, quod terreno vitæ genere delectatus Jacobo fratri (cui et alterum Israelis nomen fuit, deque hujus genere et nomine vocati sunt postea Judæi), primogenituræ suæ prærogativam edulio unico vendidit. Licet autem a fratribus utraque gens orta sit, nunquam tamen Israelitas per agros suos vel simplici itinere, cum in promissam regionem migrarent, Idumæi transire passi sunt. Quam autem acerbe in eosdem se postea gesserint, vel prophetæ verbis intelligas, cum ait : « In tribus impietatibus Idumææ, et in quatuor, non convertam eos, quoniam illi in gladio persecuti sunt fratrem suum, et patrem in terra læserunt [96]. » Ubi pro *patre*, *viscera propria*, legit Symmachus. Erant enim ut dictum est, ex germanis fratribus prognati. Videtur autem probatæ sibi et cognitæ fidei aliquos, vel, ut aliis placet, fugientes, cum *ad se de Seir clamare* jubet, Dominus alloqui. Est vero Seir mons ejus nominis in Arabia, et illustris Esau civitas, ejusdem olim regia, montique hoc tempore ista manet etiam appellatio incolis usitata. Eos igitur, qui *Idumæorum* metu terrentur, ut ad se accedant propere, suaque ibi *propugnacula tueantur*, tanto custode nocte et die usi, hortatur. Jam ergo, ait, non ab alio, quam a me, qui eget, auxilium quærat. Mecum habitet, qui salutis suæ curam habet. Illis enim suam ipse operam, suumque auxilium pollicetur, si apud eum velint permanere. Quæ deinceps

[95] Psal. LXXXII, 7, 8. [96] Amos II, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[d] γρ. οἰκειούτω.

seps sequuntur, tanquam alterius sint argumenti, aggreditur propheta divino Spiritu correptus: unde et *assumptionis* nomine orationem suam appellavit, quæ non de *Idumæis* tantum, sed de omnibus *Arabiæ* incolis, bellaque adversus Israelem gerentibus loquitur, quos posita animi ferocitate ad impendentium calamitatum agnitionem **283** deducere conatur. Irruentibus enim in eos hostibus, admonet bello perituros esse permultos; paucos autem evasuros: quibus *fuga metuque dispalatis, et laborantibus, ipsi prodibunt obviam Themanitæ*, cibisque perhumaniter oblatis, fame pereuntes in desertis et saltibus, ubicunque nox eos occuparit, recreabunt.

Addit vero et certum interitus tempus, cum eorum more, qui pacta mercede servitio addicti, anxie diebus singulis computando, temporis finem exspectant, annum se dicit numerare. Est vero Arabiæ civitas *Cedar*, quam cum aliis quoque perituram, et ex universis incolumes evasuros esse paucos significat. Reperias autem et peculiarem de *Cedar*, deque *Idumæa*, et monte *Seir*, apud Ezechielem prophetam [47]. Quin et Jeremias ipse sapientiam quamdam Idumæorum nobis describit, cum ait: « Non erit amplius sapientia in Theman. Periit sapientum consilium. Defecit sapientia eorum [48]. » Sed et qualis eorum futurus sit exitus ita subjungit: « Dedi te in gentibus facile aspernandum [49]. » Et rursus: « Erit Idumæa in desertum [50], » cæteraque quæ sequuntur. Non desunt, qui crudelitati, quam olim Hierosolyma passa est, et ista putent adjici. Expugnata enim per Assyrios Hierosolyma, totaque adeo Judææ regione, cum ferro cecidissent alii, alii autem in manus hostium venissent, qui servati cladem vix evaserunt, in Idumæam vicinam et cognatam sese recipiebant. Sed tantum abest, ut ibi servarentur, ut ab ea multo quam ab hoste sævius exciperentur. Ista vel Abdiæ voce omnibus patebunt, cum ait: « In illa die perdam sapientes ex Idumæa; » quorum post nonnulla et causa additur, his verbis: « Propter internecionem et impietatem qua in fratrem suum Jacob usi sunt [51]. » Et paulo post: « Et alieni ingressi sunt portas ejus, et in Jerusalem miserunt sortes, et tu eras tanquam unus ex eis [52]. » Aiunt ergo, Judæa, capta, Assyrios, cum patriam repeterent, Idumæam obiter diripuisse, sibique subjecisse. Idumæos porro in hæc verba alloquitur Abdias: « Quomodo fecisti, sic erit et tibi, retributio tua in caput tuum redundabit [53]. » Inde est igitur, quod prophetam hoc loco, *ad se vocare* **284** *Seir* Deus imperat, tanquam ad fugam paratos jamjam significet, et in Judæam fugientes ad preces confugere jubeat, ut sicut antea victis contumeliose insultarunt, et ipsi jam ab Assyriis superati rideantur. Eos igitur, affectu quodam exprobratione usus, frustra circum muros

A ἐπιλαβόμενος λέγει ληφθεὶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Διὸ καὶ *Λῆμμα* τὸν λόγον καλεῖ, οὐ περὶ τῶν *Ἰδουμαίων* λέγοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων τῶν *τὴν Ἀραβίαν* οἰκούντων, καὶ πολεμούντων Ἰσραήλ. Οὓς βούλεται παυσαμένους τοῦ θράσους ἐπιγνῶναι μᾶλλον τὰς ἑαυτῶν συμφοράς. Τῶν γὰρ πολεμίων ἐπιόντων αὐτοῖς ἀποτελεῖσθαι μὲν τοὺς πλείους, ὀλίγοις δὲ οὖσι *τοῖς φεύγουσι φόβῳ τε λελυμένοις καὶ κόπῳ, προαπαντᾷν τοὺς ἀπὸ Θεμὰν* φιλανθρώπως ἐπιδιδόντας τροφὴν ἀποθανεῖν κινδυνεύουσιν, ἔνθαπερ τύχοιεν φεύγοντες ἐν ἐρημίαις τε καὶ δρυμοῖς καταλαβούσης ἑσπέρας.

Τὸν δὲ χρόνον τῆς ἀπωλείας προστίθησι, μετ' B ἐνιαυτὸν εἰπὼν ἀκριβῶς ἀριθμούμενον ὡς ἐπιμισθωτοῦ καραδοκοῦντος ἐλευθερωθῆναι μισθώσεως, καὶ καθ' ἡμέραν, ὡς εἰπεῖν, ἀριθμοῦντος τὸν χρόνον. Πόλις δὲ τῆς Ἀραβίας *Κηδὰρ*, ἣν μετὰ τῶν ἄλλων ἀπολεῖσθαί φησιν, ὡς ὀλίγους ἐκ πάντων σωθήσεσθαι· εὕροις δ' ἂν καὶ παρ' Ἰεζεκιὴλ ἰδιάζουσαν προφητείαν περὶ *Κηδὰρ* καὶ *Ἰδουμαίας* καὶ ὄρους *Σηείρ*. Ὁ δὲ Ἱερεμίας καὶ σοφίαν οὖσάν τινα παρὰ τοῖς Ἰδουμαίοις παρίστησιν λέγων· « Οὐκ ἔστιν ἔτι σοφία ἐν Θεμάν. Ἀπώλετο ἡ βουλὴ ἐκ συνετῶν. Ὤχετο ἡ σοφία αὐτῶν. » Τὸ δὲ τέλος αὐτοῖς οἷον ἔσται, παρίστησι· « Δέδωκά σε ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐκαταφρόνητον. » Καὶ πάλιν· « Ἔσται ἡ Ἰδουμαία εἰς ἄβατον, » καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Τινὲς δὲ λέγουσιν, ὡς πρὸς τῇ πάλαι καθ' Ἱερουσαλὴμ ὠμότητι, ἔτι καὶ τάδε προσ- C έθηκαν. Ἁλούσης γὰρ Ἱερουσαλὴμ, καὶ πάσης τῆς Ἰουδαίας ὑπ' Ἀσσυρίων, καὶ τῶν μὲν ἀνῃρημένων, τῶν δὲ ἀνδραποδιζομένων, οἱ μόλις σωθέντες, ὡς εἰς ὅμορον τὴν Ἰδουμαίαν καὶ συγγενῶν οὖσαν κατέφευγον. Οἱ δὲ πρὸς τῷ μὴ σώζειν, χείρους ἐπ' αὐτοῖς τῶν πολεμίων ἐγένοντο. Δῆλα δὲ ταῦτα πεποίηκεν Ἀβδιοῦ λέγων· « Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολῶ σοφοὺς ἐκ τῆς Ἰδουμαίας. » Καὶ μεθ' ἕτερα δεινὰ τὴν αἰτίαν προσέθηκε λέγων· « Διὰ τὴν σφαγὴν καὶ τὴν ἀσέβειαν τὴν εἰς τὸν ἀδελφόν σου Ἰακώβ. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Καὶ ἀλλότριοι εἰσῆλθον εἰς πύλας αὐτοῦ. Καὶ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἔβαλον κλήρους. Καὶ σὺ ἦς ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν. » Οἱ τοίνυν Ἀσσύριοι τὴν Ἰουδαίαν φασὶν, ἑλόντες πρός τε τὰ οἴκοι χωροῦντες, ὁδοῦ D πάρεργον ἐποιοῦντο τῆς Ἰδουμαίας τὴν δῄωσιν, καὶ πάντας αὐτοὺς ἐχειρώσαντο. Πρὸς οὓς Ἰδουμαίους φησὶν Ἀβδίας· « Ὃν τρόπον ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι· τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεται εἰς κεφαλήν σου. » Διὸ νῦν, φησὶ τῷ προφήτῃ Θεός· *Πρός με κάλει Σηείρ*, ὡς μελλόντων ὅσον οὔπω τραπήσεσθαι πρὸς φυγήν. Τοῦτ' ἔστιν, Ἠχέτωσαν καὶ αὐτοὶ φεύγοντες εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἵν' ὡς ἐπετώθαζον ἡττημένοις, καὶ αὐτοὶ γελασθήσονται τῶν Ἀσσυρίων ἥττους γενόμενοι. Πρὸς οὓς ἐν ἤθει τινί φησιν ὀνειδίζων, ὡς Ἀνόνητα μοχθεῖτε περὶ τὰ τείχη, διαφυγεῖν τοὺς ἐπιόντας ἐλπίζοντες, καὶ μὴ τὴν θείαν συμμαχίαν αἰτούμενοι. Οἱ δὴ καί φασι· *Φυλάσσω τὸ πρωΐ*

[47] Ezech. XXVII, 21; XXV, 12, 8. [48] Jer. XLIX, 7. [49] ibid. 13. [50] ibid. 17. [51] Abd., 10. [52] ibid. 11.
[53] ibid. 15.

καὶ τὴν νύκτα. Ἀλλ', « Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, A εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων. » Ἐὰν οὖν βούλῃ, φησὶν, ἐπικουρίαν ζητεῖν, ζήτει ταύτην παρ' ἐμοῦ τοῦ διασώζειν ἰσχύοντος. Καὶ οἴκει παρ' ἐμοί. Τοῦτ' ἔστιν, Ἐμὸς ἔσο, καὶ φρόνει τἀμὰ, τῶν εἰδώλων ἀφέμενος, κατὰ τό · « Ὁ ἐμὲ ἀγαπῶν, ἐμοὶ ἀκολουθείτω. » Καὶ, « Ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται. » Ἐπιόντων δέ σοι τῶν πολεμίων ἔξω πόλεων ἔσο καὶ οἴκων, ὁμοῦ τε ταῖς ἀγρίαις συναυλίζου θηρίοις. Ἀποτίσεις γὰρ τὴν ἴσην ποινήν. Προτείνει τε [a] αὐτοῖς ἅπερ ἔδει ποιεῖν τοῖς φυγοῦσιν ἐξ Ἰσραήλ. Ἐχρῆν γὰρ, φησὶν, ὑμᾶς ὦ *ἐκ Θεμὰν ἐν τῇ ὁδῷ Δαιδὰν προαπαντῆσαι, τοῖς φεύγουσιν* τὰ πρὸς τὴν χρείαν προτείνοντας · ὃ μὴ ποιήσαντες πείσεσθε μετ' *ἐνιαυτὸν* τὰ δεινότατα. Θεοῦ γὰρ εἰπόντος, ἔσται πάντως τὰ προλεγόμενα. Ὁμοίως δὲ νοήσεις, καὶ B διωγμῶν ἐπικειμένων Ἑλληνικῶν, τοὺς ἐκ τῶν αἱρέσεων τοῖς ὀρθὰ φρονοῦσι συνεπιτίθεσθαι δοκοῦντας εἶναι Χριστιανοὺς, οὓς οὐκ εἰς μακρὰν ἡ θεία δίκη μετέρχεται.

hostilis impetus evitandi spe, laboraturos esse significat, qui divinum auxilium non quærant. Aiunt illi quidem : *Custodio mane et nocte*. Sed, « Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam [84]. » Si ergo, ait, auxilium petere est animus, hoc ipsum a me, qui servare unus valeo, postulato. Et apud me habita ; id est meus esto, meque ipse, repudiatis idolis, amplectitor. Scribitur enim : « Qui me diligit, me sequatur [85]. » Deinde : « Ubi sum ego, illic et minister meus erit [86]. » Si porro in te hostes irruant, egredere non ædibus solum, sed urbibus etiam, cumque agrestibus feris agito. Justas enim persolves pœnas. Aperit vero quæ fugientibus Israelitis præstare decuerat. Vos enim, ait, *o Themanitæ, in itinere Dædam fugientibus obviam prodire*, et ea, quibus egebant, offerre oportuit ; quod humanitatis officium cum a vobis neglectum sit, non dubium est, quin *anno* consequente, quando divinæ prædictionis manet indubitata fides, damna gravissima et ipsi patiamini. Possunt et hæc de his intelligi, qui sæviente in Ecclesiam persecutione, dum Christianos esse se simulant, recte sentientes cum hæreticis oppugnant, quorum flagitium non diu postea divinæ justitiæ vindicta ultura est.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

ΤΟ ΟΡΑΜΑ ΓΗΣ ΦΑΡΑΓΓΟΣ ΣΙΩΝ.

α-ιδ'. *Τί ἐγένετό σοι, ὅτι νῦν ἀνέβητε πάντες εἰς δώματα μάταια; Ἐνεπλήσθη ἡ πόλις βοώντων. Οἱ τραυματίαι σου, οὐ τραυματίαι ἐν μαχαίραις. Οὐδὲ οἱ νεκροί σου, νεκροὶ πολέμου*, κ. τ. λ.

Εἰδωλολατροῦντες ἴσως ἐν τῷ δοκεῖν ἑαυτοῖς ἐπιγραφόμενοι τὸν Θεὸν ἀνάλωτοι διαμένειν ἐνόμιζον. Διόπερ φησὶ περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ διὰ φωνῆς Ἱερε- C μίου πρὸς αὐτούς · « Καὶ μὴ λέγετε ὅτι ναὸς Κυρίου ἐστὶν, ὅτι ἐὰν μὴ διορθοῦντες διορθώσητε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν, καὶ δώσω τὸν οἶκον τοῦτον ὥσπερ Σηλώμ. » Περὶ δὲ τούτων καὶ διὰ Μιχαίου φησίν · « Οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ δώρων ἔκρινον. Καὶ οἱ ἱερεῖς αὐτῆς μετὰ μισθοῦ ἀπεκρίνοντο. Καὶ οἱ προφῆται αὐτῆς μετὰ ἀργυρίου ἐμαντεύοντο, καὶ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐπανεπαύοντο λέγοντες · Οὐχὶ Κύριος ἐν ἡμῖν ἐστιν; Οὐ μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ἡμᾶς κακά · » καὶ τὰ μετὰ ταῦτα. Διὸ καὶ νῦν εἰδωλολατροῦσι προλέγει Θεὸς αὐτοῖς τὴν μέλλουσαν ἅλωσιν ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων Ἰεχονίου βασιλεύοντος. Ἧς, ὡς εἰπεῖν, ὁρωμένης, δέον ἐκ μετανοίας ἐπιστρέφειν ἐπὶ Θεὸν, ποιεῖν τε πάντα ὅσα Μιχαίας ἐπέταξε λέγων · « Ἁγιάσατε νηστείαν, κηρύξατε θεραπείαν, » D καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Ταῦτα μὲν οὐκ ἐποίουν, ἀπὸ δὲ τῶν *δωμάτων* περισκοποῦντες, τοὺς πολεμίους ὠδύροντο, ὅπερ ὑπῆρχεν ἀνόνητον. Προετεθνήκεσαν δὲ καὶ πρὸ μάχης φόβῳ, κατὰ τὸ εἰκὸς, καὶ λιμῷ, καὶ τῇ τῶν ὑδάτων ἐνδείᾳ. Εἰκότως ἄρα φησὶν ὁ Δαβίδ · « Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, μακάριος ἄνθρωπος ὁ ἐλπίζων ἐπὶ σέ. » *Φάραγγα* δὲ *Σιὼν* ὀνομάζει τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς ὑποκειμένην ταῖς ὑπωρείαις *Σιών*. Ταύτης

CAP. XXII.

285 *VISIO VALLIS SION.*

VERS. 1-14. *Quid factum est tibi, quoniam nunc ascendistis omnes in tecta vana ? Plena est civitas clamantibus. Vulnerati tui non vulnerati gladiis, neque mortui tui, mortui bello*, etc.

286 Qui idola colebant, eo se forsan mansuros inexpugnabiles arbitrabantur, quod sibi Deum ascribere videbantur. Ideoque de Jerusalem sic eos Jeremiæ voce alloquitur : « Ne mihi dicatis quoniam templum est Domini : quandoquidem nisi recto itinere in studiis vestris ambuletis, etiam vestram hanc domum, tanquam Silo reddidero [87]. » De his item sic et apud Michæam : « Duces ejus acceptis muneribus judicabant ; sacerdotes nonnisi proposita mercede respondebant ; prophetæ ipsi argento corrupti vaticinabantur, et in Domino requiescebant dicentes : Annon est in nobis Dominus ? nequaquam in nos ceciderint mala [88] ; » et quæ postea sequuntur. Hinc est igitur, quod nunc idola colentibus instare per Assyrios sub Jechonia direptionem expugnationemque prædicit Dominus. Cujus admoniti, cum verso ad Deum animo pœnitere, eaque omnia quæ præcipit Michæas, exsequi, id est jejunium sanctificare, verum cultum annuntiare, cæteraque alia, quæ sequuntur, præstare debuissent ; iis neglectis, quod nullius erat utilitatis, hostes *e tectis* circum se intuiti, lamentabantur. Par est autem metu, fameque, et siti, priusquam ad pugnam ventum esset, periisse. Itaque rectissime a Davide dictum esse legimus : Domine Deus exercituum, beatus homo qui sperat, in te [89]. »

[84] Psal. cxxvi, 1. [85] Joan. xii, 26. [86] ibid. [87] Jerem. vii, 4, 14. [88] Mich. iii, 11. [89] Psal. lxxxiii, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Ἴσ. γρ. δέ.

Vallem autem ideo Hierosolyma nominat, quod ad Sionis radices sita sint. Civitatis deinde *principes* ob id *fugisse* dicit, quod irruentibus statim hostibus, cum humani auxilii spem omnem amisissent, veluti qui de navi pereunte in mari exsiliunt, civitatis primores urbe exierunt. Adjicit præterea *vinctos fuisse qui capti essent.* Rege enim Sedecia **287** cum liberis capto, hosce quidem trucidarunt, patrem autem effossis oculis secum abduxerunt, qui viribus olim confisus fuerat [60], neque dixerat: « Non in arcu meo sperabo, nec gladius meus servabit me [61]; » ut et ista tandem: « Salvasti nos de affligentibus nos, et odientes nos confudisti [62], » posset usurpare.

σαν ἀπειλῶν καὶ πάσης βλασφημίας Ἐζεκίᾳ πέμψας ἐπιστολὴν, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει πάντα ἑλὼν ὑποχείρια, καθὰ φθάσας ὁ προφήτης πρὸ τῶν ἔργων ἐμήνυσεν, «Οὐαὶ, λέγων, Ἀσσυρίοις, ἡ ῥάβδος τοῦ θυμοῦ μου καὶ ὀργῆς ἐστιν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν,» καὶ ἑξῆς. Αὐτὸς δὲ οὐχ οὕτως ἐνεθυμήθη. Καὶ τὰς νῦν τοῦ *Σενναχηρεὶμ* ἀπειλὰς ἐπὶ τούτοις ἐπήνεγκεν, αἳ προῤῥηθεῖσαι νῦν ἐπληρώθησαν. Ὁ δὲ πάλιν ἐπὶ *τὸν ναὸν* καταφυγὼν τοῦ Θεοῦ, δείκνυσιν αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν, οὐχ ὡς ἀγνοοῦντι, μάρτυρα δὲ τῆς τοσαύτης αὐτὸν βλασφημίας ποιούμενος, καὶ τὴν κατὰ πάντων αὐτοῦ δεσποτείαν ὁμολογῶν, καὶ ὡς ψευδεῖς οἱ λεγόμενοι τῶν ἐθνῶν εἶεν θεοί. Δι' ὑπερβάλλουσαν δὲ τὸ πρῶτον εὐλάβειαν, οὐκ εὐξάμενος ὅτε τὸν σάκκον ἐνεδύσατο, ὡς ἐπὶ Θεοῦ μηδὲ στόμα διᾶραι τολμῶν, πρεσβευτῇ δὲ μόνῳ τῷ προφήτῃ χρησάμενος, δι' αὐτοῦ νῦν ἀξιωθεὶς ἀποκρίσεως, θαῤῥεῖ τὴν προκειμένην ἀναπέμπειν εὐχήν.

κα-λη'. *Καὶ ἀπεστάλη Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς πρὸς Ἐζεκίαν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· Ἤκουσα ἃ προσηύξω πρός με, περὶ Σενναχηρεὶμ βασιλέως Ἀσσυρίων. Οὗτος ὁ λόγος, ὃν ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ ὁ Θεός. Ἐφαύλισέ σε, καὶ ἐμυκτήρισέ σε, παρθένος θυγάτηρ Σιών*, κ. τ. λ.

Τοὺς προφήτας οἱ ἀκούοντες ἐγνώριζον εἶναι προφήτας οὐκ ἀπὸ τῶν χρόνοις ἐσομένων μακροῖς (ἠγνόουν γάρ), ἀλλ' ἀπὸ τῶν μικρῶν [P] ὕστερον βεβαιουμένων ἔργοις προῤῥήσεων, ἀφ' ὧν καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἐπίστευον. Ὅθεν προλέγει περὶ ὄνων ὁ Σαμουήλ· καὶ ἄλλος, περὶ νοσοῦντος βασιλέως υἱοῦ· ὁ δὲ, βασιλέως Ἰσραὴλ προαγορεύει τὸν θάνατον. Συνεχώρει δὲ τοῦτο Θεὸς, ὡς ἂν μὴ λιχνείᾳ προγνώσεως, ἐπ' εἰδωλολατρείαν τρέποιντο καὶ χρηστήρια καὶ τὰς πλάνας καθόλου τὰς μαντικάς. Ὅθεν καὶ νῦν Ἐζεκίας ἄνεισι μὲν ἐπὶ τὸν ναόν. Ἀποκρίνεται δὲ τὸ μέλλον Θεὸς, διὰ τοῦ προφήτου φθεγξάμενος. Καὶ χρησμὸς δίδοται δεύτερος, Θεοῦ δεικνύντος ὡς ἀκήκοεν αὐτοῦ τῆς εὐχῆς. Καὶ πρὸς τὸν Ἀσσύριόν φησι· Σὺ μὲν *κατηλαζονεύσω* κατ' ἐμοῦ, καὶ τῆς ἀνακειμένης μοι *πόλεως*, φοβεῖν ἐλπίσας τὴν ἀδιάφθορον καὶ διὰ τοῦτο *παρθένῳ* παραβαλλομένην τοῦ Θεοῦ *πόλιν*, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λαὸν *θυγατέρα Σιών τε καὶ Ἱερουσαλὴμ* χρηματίζοντα. Καὶ αὐτὸς δὲ καθαρεύων εἰδωλολατρείας *παρθένος* ὠνόμασται. Διὸ καὶ τῷ ἰδίῳ θαῤῥήσας Θεῷ τὰς σὰς *ἐγέλασεν* ἀπειλὰς, ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἐπὶ σοὶ κεφαλὴν ἐκίνησεν*, ἐξέδωκε Σύμμαχος, *ὀπισθέν σου κεφαλὴν ἐκίνησε*. Μὴ δοῦσα γάρ σοι πρὸς τὰς βλασφημίας ἀπόκρισιν, ἀποστρέψαντί φησιν, *ἐπὶ σοὶ κεκίνηκε κεφαλὴν*, ἔλεγέν τε μηκέτι σιγῶσα, *τίνα ὠνείδισας καὶ παρώξυνας*; ἀνθ' οὗ, *ἐβλασφήμησας* ἐξέδωκαν οἱ λοιποί· οὐ λογισάμενος ὡς

A cogitaret; malo ad eum perlato nuntio, minarum et cujusvis blasphemiæ refertas ad *Ezechiam* litteras dedit; tanquam qui propria virtute omnia sibi subjecisset, sicut est a propheta demonstratum, his verbis: « Væ Assyriis, virga furoris mei, et iræ meæ in manibus eorum [17]; » et quæ sequuntur. At ipse ne sic intellexit quidem. Minas deinde quas intuemur, in *Sennacherim* adjunxit, quæ jam inde prædictæ nunc demum implentur. Sed rursus ad Dei *templum* confugiens Ezechias, eidem epistolam ostendit, non tanquam ignorare arbitretur; sed ut tantæ blasphemiæ testem adhibeat, ejusque dominium in omnes, et falsos esse gentium, qui dicuntur, deos profiteatur. Neque vero Deum statim (quæ summa ipsius fuit in eumdem reverentia) B atque sacco indutus fuit, oratione aggressus est; sed ne os quidem tunc ausus aperire prophetæ tantum unius ad id legatione usus, per quem hoc loco sibi responsum fuerat, prædictas preces offerre conatur.

422 Vers. 21-38. *Et missus est Isaias ad Ezechiam, et dixit ei: Hæc dixit Dominus Deus Israel: Audivi quæ precatus es me super Sennacherim rege Assyriorum. Hic est sermo, quem locutus est de illo Deus. Contemnit te et subsannat, virgo filia Sion*, etc.

423 Prophetas qui audiebant, tales esse non eo ipso agnoscebant, quod quæ longis postea C temporibus futura erant, ignorantibus prædicerent: sed quod quæ prædixissent, rebus paulo post comprobarent; unde cæterorum etiam fidem facerent. Atque hinc est, quod super asinis Samuel; et super ægro regis filio alius vaticinatur [18]; hic autem Israelitici regis mortem prædicit [19]. Hoc vero permittebat Deus, ne futurorum aviditate, ad idola, et oracula, cæterasque omnino fraudes, quæ divinatione constant, sese converterent. Hinc est etiam, quod cum in templum ascendisset Ezechias, eidem per prophetam de futuris respondet Dominus, editoque oraculo altero, preces ejus auditas esse demonstrat, et Assyrium his verbis alloquitur: Magna tua fuit in me, *urbemque* mihi consecratam *superbia*, qui incorruptam, ideoque D *virgini* comparatam Dei civitatem, ipsumque ejusdem incolam populum (qui et *filia Sion, et Jerusalem*, et *virgo* etiam **424** nominatur, cum nullam habet idololatriæ labem) perterriturum te sperasti. Non immerito itaque Deo suo innixa, minas tuas *risu excepit*. Verum quo loco, *in te caput movit*, habemus, *retro ipsum idem fecisse* dixit Symmachus. Cum enim, ait, ad blasphemias nihil putaret respondendum: *In te revertentem caput movit*; ruptoque silentio, *cui exprobrasti, et quem concitasti?* quæsivit; quorum loco, *in quem*

[17] Isa. x, 5. [18] I Reg. ix, 10; III Reg. xiv, 5 seqq. [19] Isa. xxxviii, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[P] γρ. μικρῷ.

blasphemasti cæteri reddiderunt : cum et Israelis Deum summum non esse, et a tuis nihil differre putares, equitumque virtute in eam regionem *ad montium usque* et *Libani ipsius fastigia* progressum esse; *cupressos* denique, *et cedros* (quibus elata et superba cæterarum gentium regna significat) *succidisse.*

Cæterum pro *cupressis*, *abietes* Aquila; *juniperos* Symmachus; idemque pro verbis istis, *in altitudinem partis saltus*, alia, *in altitudinem summitatis ipsius in saltum*, usurpavit : ut ipsius Carmeli sterilia loca; per *saltum* denique, gentes Dei cognitione privatas significaret. Eo præterea temeritatis et arrogantiæ progressus es, *ut pontem te posuisse* adjicias, *aquasque desolasse, et omnem congregationem aquarum;* aut secundum Symmachum, *fodisse te, et bibisse aquam, pedisque tui vestigio fluvios omnes* (quibus gentium multitudo, earumque de diis opiniones indicantur) *cohærentes desolasse;* nullaque re præclara magis quam regionum, adversus quas movisti, vastatione glorieris. Sunt tamen, qui *Libani* nomine, non Judæorum regionem tantum, sed et eam etiam, quæ a decem tribubus occupatur, intelligi velint. Altæ enim et excelsæ ambæ fuerunt, cum adjutorem Deum habuerunt. Frequentes deinde et copiosæ, quæ tot incolis abundarunt. Quarum altera jam prorsus occupata, alteram etiam se, paucis exceptis, propria virtute adjecisse sibi cum **425** Assyrius putaret : subjugato Israelis regno quod *altitudinem cedri* vocavit; et Judææ altero, quod per *saltus partem* designavit, potiturum se arbitrabatur. Sequitur alia de *ponte*, deque *fluminibus exsiccatis* jactatio : qualia ab Asiæ regibus, qui militum multitudine gloriabantur, facta narrantur. Legimus enim et *fluvios ponte junxisse;* et Xerxem Hellespontum; et exhaustos bibentium multitudine amnes fluere desiisse. Sed non tua sunt, inquit, ista. Ego enim laborum illis patiendique terminum deflxi. At tu, quæ mihi jamdudum certa constat, de impiarum gentium interitu, sententiam meam non vides.

Qui vero de Samaria et Judæa dici arbitrantur : Decebat te, aiunt, prophetas meos evolvere, et quæ de illis prædicta sunt, quæque te ipso nunc usus, tanquam instrumento, reipsa compleo et præsto, intelligere. Eos etenim clementia mea, veluti *manu*, diu tutatus, postquam ad Salvatorem suum redire nolle adverti, ad *te remisi;* neque prius in tuam potestatem venerunt. Illi enim, cum fructu careant, *gramini ipsi, fenoque tectorum* similes, nullo amplius auxilio protecti, *exaruerunt;* quod non passi essent, si *vineam* aut olivam se esse maluissent. Ad quæ tu cum mentem non adverteres, civitate mea pari modo potiturum te arbitratus es. Neque enim *cogitationum tuarum* mihi ignotus est sensus; imo ne quid illæ quidem *primum*, quid *postremum* agitent. Nonnulli *quietis*

A ὕψιστός ἐστι καὶ Θεὸς Ἰσραὴλ, οἰηθεὶς μηδὲν διαφέρειν τῶν ὑπὸ σοὶ γεγονότων θεῶν, καὶ ἱππικῇ δυνάμει τῆς ἑαυτοῦ ἀναδεδηκέναι *πρὸς ὕψος ὀρῶν* καὶ ἐπ' ἐσχάτου *Λιβάνου κυπαρίττους ἀποκεκοφέναι, καὶ κέδρους*, δηλῶν τὰς ἐπηρμένας τῶν λοιπῶν ἐθνῶν βασιλείας.

Τὰς δὲ *κυπαρίττους* ὁ μὲν Ἀκύλας *ἐλάτας*, ὁ δὲ Σύμμαχος *ἀρκεύθους* ἐξέδωκεν. Καὶ ἀντὶ τοῦ, *εἰς ὕψος μέρους τοῦ δρυμοῦ, εἰς ὕψος τοῦ ἄκρου αὐτοῦ εἰς τὸν δρυμὸν*, τοῦ Καρμήλου αὐτοῦ τὰ ἄκαρπα, καὶ Θεὸν οὐκ εἰδότα ἔθνη, καλέσας *δρυμόν*. Ἀπηυθαδίζετο δὲ κἀκεῖνο προσθεὶς, *καὶ ἔθηκα γέφυραν, καὶ ἠρήμωσα ὕδατα, καὶ πᾶσαν συναγωγὴν ὑδάτων*. Ἢ κατὰ Σύμμαχον, *ἐγὼ ὤρυ-*
B *ξα καὶ ἔπιον ὕδωρ, καὶ ἠρήμωσα ἐν ἴχνει ποδός μου πάντας ποταμοὺς συνεχομένους*, τὰ τῶν ἐθνῶν πλήθη, καὶ τοὺς περὶ θεῶν λόγους αὐτῶν αἰνιττόμενος, καὶ ἐπ' οὐδενὶ μὲν ἀγαθῷ, ἐπ' ἀφανισμῷ δὲ ὧν ἐπέβη χωρίων καυχώμενος. Τινὲς δὲ τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν *Λίβανον* εἰρῆσθαί φασι, καὶ τὴν ἐν ᾗ κατῴκουν αἱ ι' φυλαί· *ὑψηλαὶ* μὲν γὰρ αὗται, Θεὸν ἔχουσαι βοηθόν. Δασεῖαι δὲ τοσούτους ἔχουσαι τοὺς οἰκήτορας, ὧν τὴν μὲν εἷλε παντελῶς, τὴν δὲ πλὴν ὀλίγων, ἃς ἐνόμισας, φησὶν, ἰδίᾳ δυνάμει χειρώσασθαι, καὶ κρατῆσαι τῆς Ἰσραὴλ βασιλείας, ἣν ἐκάλεσεν *ὕψος κέδρου, μέρος δὲ δρυμοῦ*, τὸ τῆς Ἰουδαίας ἀπολωλός. Εἶτα περὶ *γεφύρας* φησὶ, *καὶ ποταμῶν ἀφανιζομένων*, ἅπερ ἐποίουν οἱ τῆς
C Ἀσίας κρατοῦντες, πολυχειρίᾳ θαῤῥοῦντες. Τοὺς μὲν γὰρ *ἐγεφύρουν τῶν ποταμῶν*. Ὁ δὲ Ξέρξης καὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Οἱ δὲ ἀπέλειπον ὑπ' ἐκείνων γενόμενοι τῷ τῶν πινόντων οὐκ ἀντέχοντες πλήθει. Ἀλλ' ουστον [q] ἐστὶ ταῦτα, φησίν. Ἐγὼ γὰρ κατ' ἐκείνων, τοῦ παθεῖν τὸν ὅρον ἐξήνεγκα. Σὺ δὲ τὴν παρ' ἐμοὶ πρόπαλαι κρατοῦσαν γνώμην ἠγνόηκας περὶ τῆς τῶν ἀσεβούντων ἀπωλείας ἐθνῶν.

Οἱ δὲ περὶ Σαμαρείας καὶ τῆς Ἰουδαίας εἰπόντες εἰρῆσθαι, Ἐξῆν σοι, φασὶ, τοῖς ἐμοῖς ἐντυχεῖν προφήταις, καὶ γνῶναι τὰ προθεσπισθέντα περὶ αὐτῶν, ἃ
D νῦν εἰς ἔργον ὀργάνῳ σοι χρησάμενος ἤγαγον. Ἐμῇ γὰρ ὥσπερ *χειρὶ* τούτους τῇ ἀνεξικακίᾳ διακρατῶν, ἐπεὶ μὴ ἐπέστρεφον πρὸς τὸν Σωτῆρα τὸν ἑαυτῶν, *ἀνῆκά σοι* τούτους, καὶ τότε γέγονας ἐγκρατής. Ἄκαρποι γὰρ ὄντες, *ἀγρώστει καὶ χόρτῳ* εἰκάζοντο *δωμάτων*, καὶ μηκέτι σκεπασθέντες *ἀπεξηράνθησαν*, ὅπερ οὐκ ἂν ἔπαθον *ἄμπελος* ἢ ἔλαια τυγχάνοντες. Σὺ δὲ μὴ ταῦτα φρονῶν ἀήθης [r] καὶ τῆς ἐμῆς πόλεως ἐν ὁμοίῳ κρατεῖν. Οὐ γὰρ ἀγνοῶ *σου τὰς ἐνθυμήσεις*, οὐδὲ *τὴν εἴσοδόν* τε καὶ *ἔξοδον* τῶν σῶν λογισμῶν. Τινὲς δὲ τὸν μὲν θάνατον αὐτοῦ διὰ τῆς *ἀναπαύσεως* δηλοῦσθαί φασιν. *Εἴσοδον* δὲ *καὶ ἔξοδον*, τὴν ἐν παντὶ τῶν πρακτέων ὁδόν. Λέ-

VARIÆ LECTIONES.

[q] γρ. ἀλλ' οὐ σού. [r] γρ. ᾠήθης.

γων δὲ ὡς ἡ *πικρία σου ἀνέβη πρός με*, ἢ κατὰ A Σύμμαχον, ἡ *ἀλαζονεία σου εἰς τὰ ὦτά μου*, σημαίνει τὸ νῦν αὐτὸν ὑφέξειν τὴν ἐπὶ τούτοις ποινήν. Λοιπὸν, ὡς περὶ κτήνους φησίν· *Φιμὸν κατὰ τοῦ στόματός σου τοσοῦτον ἐμβαλῶ*, ὡς καὶ αὐτὴν συνέχοντά σου τὴν ἀναπνοὴν ἀποπνίξαι. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *Δώσω*, φησὶ, *κρίκον εἰς τὸν μυκτῆρά σου, καὶ χαλινὸν εἰς τὰ χείλη σου*, ὡς ἂν μὴ ἔχοι πρὸς ὅ τι θέλοι χωρεῖν, ἕλκοιτο δὲ εἰς τοὐπίσω πρὸς Βαβυλῶνα βαδίζων καὶ μὴ βουλόμενος, ἢ καὶ ἄλλως ἀπειλεῖ καθάπερ *χαλινῷ* ταῖς πληγαῖς τῆς βλασφημίας ἀπείρξειν αὐτόν. Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω, φησὶ, πρὸς ἐκεῖνον καὶ μὴ παρόντα τῷ σώματι. Πρὸς σὲ δὲ λέγω τὸν Ἐζεκίαν. Εἴς οἱ δεῖ [s] σημείου τῶν εἰρημένων πρὸς πίστιν, ἴσθι *τὸν παρόντα τοῦτον* B *ἐνιαυτὸν τοῖς αὐτομάτως φυομένοις ἐκ γῆς τραφησόμενος*. Γεωργῆσαι γὰρ διὰ τοὺς πολεμίους κεκώλυσαι. Ἀντὶ γὰρ τοῦ [t] *ἔσπαρκας, αὐτόματα* πάντες ἐξέδωκαν οἱ λοιποί. Τοῖς δὲ τούτων ὑπολοίποις *ἐνιαυτὸν* τραφήσῃ *τὸν δεύτερον*. Ἀντὶ δὲ τοῦ *τὸ κατάλειμμα*, Ἀκύλας μὲν καὶ Θεοδοτίων *αὐτοφυῆ*, ὁ δὲ Σύμμαχος *ἀπὸ δένδρων* ἐξέδωκαν.

Δύο ταῦτα στενοχωρηθέντες *ἔτη*, διὰ τὸ τὴν χώραν ὑπάρχειν ἀργὸν, κατὰ τὸ *τρίτον ἔτος*, τὰς ἐκ γῆς ἀπολαύσεις *καρπώσεσθε* κατ' εἰρήνην διάγοντες, οἱ ἐν Ἰουδαίᾳ μετὰ τὴν ἅλωσιν Σαμαρείας ὑπόλοιποι, *ῥίζαν* ἐν ψυχῇ θεοσεβείας βαλόμενοι, καὶ τῆς C ἐμῆς γεωργίας ἄνω βλέποντα καρπὸν ἀποδώσετε, διὰ τοῦτο σωζόμενοι. Τινὲς δὲ, *Τὰ δύο*, φασὶν, *ἔτη τραφήσεσθε ἐκ τῶν ἀποτεθέντων*, ὡς ἐν πολιορκίᾳ καρπῶν, ἅπερ ἔτυχον σπείραντες. *Δύο* γὰρ ἐπιμείναντες [u] *ἔτη* τῇ Σαμαρείᾳ, τῷ *τρίτῳ* πεσούσης αὐτῷ τῆς στρατιᾶς θεηλάτῳ πληγῇ, φυγὰς ὑπεχώρησεν. Τὸ δὲ τῆς εὐθυμίας βέβαιον ὡς ἐπὶ φυτῶν ἡ ῥίζα δηλοῖ, τὸ δὲ πολυχρόνιον τὸ καὶ ἄνω σπέρμα ποιεῖν. *Ζηλῶσαι δέ* φησι *Κύριος* [v] ἅμα μὲν, ὡς ὑπὲρ πόλεως ἰδίας· ἅμα δὲ, καὶ διὰ τὰς κατ' αὐτοῦ βλασφημίας. Σώσω δὲ, φησὶν, ὑμᾶς, διὰ τὸ πρέπον ἐμοί. Εἰ δὲ χρὴ καὶ ἄνδρα τιμῆσαι, καὶ ὡς πρὸς τὰ τῇ [x] δοῦναι τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως, *διὰ Δαβὶδ τὸν ἐμὸν δοῦλον* (οὕτω γὰρ ἐξέδωκαν οἱ λοιποὶ) τῆς πόλεως οἰκιστὴν καὶ βασιλέα πρῶτον γενόμενον· D ὡς ἂν γνοῖεν πάντες ὅσον ἡ θεοσέβεια δύναται, καὶ τοῖς μετὰ χρόνον ἀναξίοις σωτηρίαν χαριζομένη. Τοῖς δὲ λόγοις ἠκολούθει τὰ ἔργα, τοσούτων ἀπολωλότων, οἷς ὁ τούτων οὐ συναπώλετο βασιλεὺς, ὡς ἂν ἰδὼν τὸ πραχθὲν, τὴν ἄθεον αὐτοῦ γλῶσσαν ἐπιστομίσειν, καὶ μειζόνως κολάζοιτο τῶν ὑπηκόων τῇ συμφορᾷ, καθάπερ καὶ Φαραώ. Ἦν δὲ καὶ πικροτέρας τιμωρίας τὸ πρὸς τῶν παίδων παθεῖν. Ἀνάξεις δὲ πρὸς θεωρίαν τὸν λόγον. *Τὴν* γὰρ τοῦ *Θεοῦ πόλιν* τὴν Ἐκκλησίαν πολιορκοῦσιν αἱρετικοὶ, καθάπερ ὑπὸ στρατηγῷ τῷ διαβόλῳ ταττόμενοι. Τούτων πολ-

nomine, mortem ejus: per *introitum* autem et *exitum*, eam viæ, quæ gerendis rebus omnibus adhibetur, rationem putant designari. Quod autem sequitur, *amarulentia tua ad me;* vel secundum Symmachi interpretationem, *arrogantia tua ad aures meas ascendit;* jam nunc istorum nomine pœnas eum esse daturum significat. Deinceps, tanquam de jumento loquatur, tantum, inquit, *Ori tuo sive frenum sive circulum apponam*, ut respiratione cohibita, suffocari valeas. At Symmachus, *Dabo*, **426** inquit, *in nares tuas annulum, vel frenum in labia tua*, ne, quo velis abeas, sed invitus Babylonem retraharis. Quanquam alias etiam, plagis, tanquam *freno*, a blasphemiis eum se revocaturum minitari videatur. Atque hæc quidem, inquit, ad eum, licet absentem corpore, dicta sint. Ad te jam Ezechiam mea convertatur oratio. Si quo tibi signo ad eorum fidem, quæ dicta sunt, opus est: scito te *anno isto rebus quæ sponte nascuntur victurum*, qui terram colere propter hostes non possis. Nam pro, quæ *seminasti*, alii omnes, quæ *sponte nascuntur*, interpretantur. *Istorum autem reliquiis anno secundo* nutrieris. Sed pro *reliquiis*, Aquila quidem et Theodotio *sponte natis*, Symmachus autem *ab arboribus* expresserunt.

Vos biennio isto toleratis propter impeditum terræ cultum, agrique cessationem angustiis, *tertio* demum tranquille degentes fructus terræ ipsi percipietis, qui post devictam Samariam in Judæa superstites adhuc pietatis *radices* in mente egistis; et agriculturæ meæ sursum spectantem fructum, qui in eum finem servati estis, edetis. Nonnulli vero *annos duos reconditis*, tanquam de seminatis ante fructibus, obsidionis tempore *victuros* dicunt. *Biennio* enim in Samaria immoratus, *tertio* tandem, plaga divinitus accepta, fugam arripuit. Securitatis deinde firmitas, tanquam in arboribus ex radice, diuturnitas autem ex fructu, qui sursum editur, agnoscitur. *Zelasse* porro *Dominum*, vel tanquam propriæ civitatis nomine, vel propter illatas in se blasphemias significat. Deinde pro decori sui ratione, erepturum se eos adjicit. Quod si, ait, et virum etiam par est honore afficere, patronoque urbis, salutem ipsius concedere; *propter David servum meum* (ita enim reliqui omnes interpretantur) qui primus urbem construxit et rexit, id ipsum futurum est: ut omnes intelligant quantum pietas ipsa valeat, quæ posteris etiam indignis salutem pariat. Neque vero **427** verbis res ipsæ, tot statim trucidatis, defuerunt: quibuscum ideo rex non cecidisse putandus, ut tantam stragem intuitus, os impium sibi ipse obturaret pœnasque idem quam subditi graviores, ut olim Pharao, experiretur. Fuerunt eo ipso graves magis et acerbæ, quod a suis ipse filiis interemptus est. Possis et ad contemplationem sermonem re-

VARIÆ LECTIONES.

[s] γρ. εἴ σοι δεῖ. [t] λ. ἄ. [u] γρ. ἐπιμείναντος. [v] γρ. Κύριον. [x] γρ. προστάτῃ.

vocare. *Dei* enim *civitatem*, id est Ecclesiam, etiam A obsident et oppugnant hæretici, diabolo ipsi, tanquam duci milites, obtemperantes : quos silentio vincere, quantumvis *blasphemiarum* evomant, assuescendum est, non de rebus vanis, contra Pauli sententiam, verbis decertare [20] : imo hæreticum hominem, post adhortationem alteram, devitare [21] : cum in obfirmatorum et pertinacium morbis nullum medicina locum habeat ; nec nisi iis, qui aures habent, loquendum esse scribatur. Quantumvis igitur, *ut Rapsaces* ille, sive requiem, sive minas annuntient ; ad Deum nos decet accedere, et superne auxilium exspectare. Eos enim latenter repellet Dominus *Sionem* obsidione liberans ; neque adversus Ecclesiam inferi portæ prævalebunt [22].

λὰ *βλασφημούντων* ἀσκητέον τὴν σιωπὴν Παύλῳ λέγοντι πειθομένους, μὴ λογομαχεῖν ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ. Καὶ πάλιν, αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ. Τοῖς γὰρ κεκρατημένοις οὐ δεῖ ἐγχειρεῖν ὡς νοσοῦσιν ἀνίατα. Γέγραπται γὰρ, Εἰς ὦτα ἀκουόντων λάλει. Κἂν ἀναπαύσεις οὖν ἐπαγγέλλωνται, κατὰ *Ῥαψάκην*· κἂν ἀπειλῶσιν, Θεῷ μόνον προσέρχεσθαι χρὴ, τὴν ἄνωθεν τοῦ μένους [y] βοήθειαν. Ἀποσοβήσει γὰρ αὐτοὺς ἀφανῶς *τὴν Σιὼν* διαφυλάττων ἀνάλωτον. Πύλαι γὰρ ᾅδου τῆς Ἐκκλησίας οὐ κατισχύσουσι.

CAP. XXXVIII.

428·429 1-22 *Contigit autem eo tempore, ut ægrotaret Ezechias usque ad mortem ; accessitque ad eum Isaias filius Amos, propheta, et dixit ei : Hæc ait Dominus : Dispone domui tuæ : quia morieris, et non vives*, etc.

430 Qui dixit Deus : « Ego occidam, et vivere faciam ; percutiam, et sanabo [23] ; » ubi hostes per angelum plaga percussit, pium regem pristinæ valetudini restituit. Quod enim *eo tempore* propheta dixit, id, ut cladem illorum demonstraret, adjunxit. Regi autem vitæ finem Deus præsignificat, ut ad salutem postulandam invitet : quibus certe vitam nobis non fati necessitate claudi, sed a Deo quibus novit ipse rationibus, aut in lucem educendo, aut tempora metiendo, aut pro voluntate denique ætatis extremum producendo, definiri demonstratur : cum solus vitæ nostræ tempora dimensus, jamjam morituros sicut Ezechiam, non excitare tantum et recreare, sed exstinctos etiam, sicut patet e Scripturis, in vitam revocare valeat. Undique igitur eversæ nobis ac dissolutæ jacent fati rationes. Quod cum non ignoraret Ezechias, dum per valetudinem licebat, haud segnis idem adversus Assyrios opem imploraturus *in templum* properabat ; qui morbo nunc impeditus, e lecto ipso, Deum ubique adesse nihil dubitans, ad preces se vertit ; in quibus vitæ conscientia fretus, de sua tantum probitate audet attingere, non vitæ propagationem postulare, qui Deum ipsum, eorum quæ mente gerimus, inspectorem et arbitrum esse non ambigat, et *orationis*. . . .

. . . . . . *relicti sunt* nec laudes forsan celebrantes, aut virtutibus promoventes, imo neque peccantes, sed judicii tempus exspectantes. Aiunt nonnulli resurrectionis spem non tollere, sed ad perditionis *inferos* potius, nisi impetrata *peccatorum* venia Dei manu retrahatur, devenisse se ostendere. Itaque prava illa et lubrica cogitatione liberatus, ad nuptias jam, et *liberorum* procreationem, quo *justitiæ* tuæ præcones a me procreatos ostendere queam, festinabo. Ego rursus præter eam, quæ nobis tradita est, subjectam sensui consolationem,

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

B α-κβ'. *Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ἐμαλακίσθη Ἐζεκίας ἕως θανάτου. Καὶ ἦλθε πρὸς αὐτὸν Ἠσαΐας υἱὸς Ἀμὼς ὁ προφήτης, καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· Τάδε λέγει Κύριος, Τάξαι περὶ τοῦ οἴκου σου. Ἀποθνήσκεις γὰρ σὺ, καὶ οὐ μὴ ζήσῃ*, κ. τ. λ.

Ὁ λέξας Θεὸς, « Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω. πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι, » τοὺς πολεμίους ἀγγέλου πατάξας πληγῇ, τὸν θεοφιλῆ βασιλέα ζωοποιεῖ. Τὸ γὰρ, *ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ*, τοῦτο παρίστησιν τῷ τῆς ἐκείνων πληγῆς. Θεὸς δὲ τὸ τέλος αὐτῷ προδηλοῖ, τῆς σωτηρίας ἐνάγων προσαίτησιν. Δι' οὗ δηλοῦται μὴ τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἀνάγκαις εἱμαρμένης ἡμῖν περικλείεσθαι, Θεὸν δὲ τοῦτον ὁρίζειν, καθ' οὓς οἶδε C λόγους αὐτὸς, ἢ παράγων εἰς βίον, ἢ τὰ μέτρα τοῦ χρόνου διδοὺς, ἢ τρόπῳ προσάγων τῷ δοκοῦντι τὴν τελευτήν. Ὦ μόνῳ δυνατὸν καὶ θνήσκειν μέλλοντας ἐγείρειν, ἐπιμετροῦντα [z] χρόνους ζωῆς, ὡς νῦν Ἐζεκίαν, καὶ τεθνηκότας ζωοποιεῖν, ὡς ὅσους ἐδήλωσεν ἡ Γραφή. Καὶ πανταχόθεν ἡμῖν οἱ τῆς εἱμαρμένης διαλύονται λόγοι. Ὑπὲρ Ἐζεκίας εἰδὼς, ὅτε μὲν ἔῤῥωτο, πρὸς *τὸν νεὼν* ἔθει, περὶ τῶν Ἀσσυρίων αἰτῶν· τῇ νόσῳ δὲ πεδηθεὶς, ἐξ αὐτῆς στρωμνῆς ἀνήγαγε τὴν εὐχὴν, πανταχοῦ παρεῖναι τὸ Θεῖον εἰδώς. Καὶ περὶ τῆς ἰδίας εὐζωΐας μόνον παῤῥησιάζεται, προσθήκην οὐκ αἰτήσας ζωῆς, τῶν κατὰ διάνοιαν εἰδὼς αὐτὸν ἐπιγνώμονα, καὶ *τῆς εὐχῆς* ἐπιτρέψας τ . . . .

D . . . *κατελήφθησαν* [a] μήτε δοξολογοῦντες ἴσως, ἢ προστιθέντες ἀρεταῖς, μήτε μὴν ἁμαρτάνοντες, τὸν δὲ τῆς κρίσεως καιρὸν ἐκδεχόμενοι. Τινὲς δὲ φασιν, ὡς οὐκ ἀναιρεῖ τὰς ἐλπίδας τῆς ἀναστάσεως· δηλοῖ δὲ μᾶλλον, ὡς *Εἰς ᾅδην* ἀπωλείας ἀπεληλύθειν, μὴ τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας τυχὼν παριδόντος τὰς ἐμὰς *ἁμαρτίας*. Διὸ τῆς σφαλερᾶς ἐκείνης ἐννοίας παυσάμενος, σπεύσω πρὸς γάμον καὶ *παιδοποιΐαν* ἐλθεῖν, καὶ τοὺς ἐξ ἐμοῦ κήρυκας τῆς σῆς ἀποδεῖξαι *δικαιοσύνης*. Κἀγὼ δὲ πρὸς τὴν αἰσθητὴν δοθεῖσαν ἡμῖν παραμυθίαν, *τὸν σὸν οἶκον* ἰὼν, εἰς

[20] I Timoth. vi, 20. [21] Tit. iii, 10. [22] Matth. xvi, 18. [23] Deut. xxxii, 39.

VARIÆ LECTIONES.

[y] γρ. ὑπομένοντας. [z] γρ. ἐπιμετροῦντι. [a] γρ. κατελείφθησαν.

τὸν σὸν ἡμᾶς φόβον συστέλλουσαν, χαριστηρίους A ἀποδώσω φωνάς. Τινὲς δὲ τὸ, *παιδία ποιήσω ἅπερ ἀναγγελοῦσιν*, δηλοῦν ἔφασαν, ὅτι χοροστασίαν ψαλτῳδῶν παίδων εὐφώνως ὑμνούντων ἐν τῷ ναῷ στήσειν ἐπαγγέλλεται. Δι' οὗ δὲ *τὴν τελευτὴν* αὐτῷ Θεὸς ἐδήλωσε, διὰ τούτου καὶ τὴν θεραπείαν προσήγαγε, μὴ καὶ ποιεῖν δόξῃ τὸν προφήτην ἐφύβριστον, κακῶν αὐτὸν μόνων ἀποδείξας διάκονον. Παραδοξοποιῶν δὲ Θεὸς, ὃ δοκεῖ τοῖς τραύμασιν ἐπαύξειν τὴν βλάβην, *τὰ σῦκα*, τοῦτο πρὸς ἴασιν ἔδωκεν, ὃ καὶ μέγα *σημεῖον* ἐκπλαγεὶς ὁ Ἐζεκίας καλεῖ τοῦ δυνήσεσθαι *τῷ ποδὶ χρώμενος εἰς τὸν νεὼν ἀνελθεῖν*. Ἐν δὲ τῇ δ' τῶν Βασιλειῶν γέγραπται ὅτι πρὸ πάλαι παρὰ τοῦ προφήτου μαθὼν, ὡς ὁ ἥλιος μέλλει τὴν ἐπὶ τὰ πρόσω ποιεῖσθαι ταχυτέραν ὁδὸν, καὶ ὑφ' ἓν τοὺς ι' κατιέναι βαθμοὺς, αὐτὸς ὡς οἰκειώτερον *σημεῖον* B τῆς πρὸς τὸν βίον ἀναστροφῆς, τοῦ ἡλίου τὸν ἀναποδισμὸν ἐξῃτήσατο, ἔνθα καί φησιν ἡ Γραφὴ, ὡς ἕλκος αὐτῷ πονηρὸν τῆς ἀῤῥωστίας πρόφασις ἦν.

in domum tuam etiam, in qua ad tui timorem colligimur, profectus, gratiarum tibi actiones rependam. **431** Non desunt tamen, qui, quod *filios edam qui annuntiabunt*, dixit, ad puerorum chorum hymnos in templo suaviter modulantium, referant, quem regem instituturum se volunt polliceri. At per quem ei *mortem* Deus denuntiavit, per eumdem etiam et morbi remedium (ne contumeliosum prophetam, malique tantum ministrum habere videretur) attulit. Deinde cum miraculum edere statuisset Deus, *ficum* illi (quæ vulnerum alioquin dolorem augere maxime solet) in remedium tradidit: quo perculsus Ezechias, *signum* maximum id demum esse, *quo pede utens in templum ascendere* postea valeat, profitetur. Invenias autem quarto Regum [24] Ezechiam, cum olim solem via celeriore decem gradus semel esse confecturum a propheta audisset, promissæ sanitatis *signum* aptius, nempe ut regrederetur postulasse, morbique causam, quo detinebatur, ab ulceris malignitate profluxisse.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

α-η'. *Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀπέστειλε Μαρωδὰχ Βαλαδὰν, ὁ υἱὸς τοῦ Βαλάδον, ὁ βασιλεὺς τῆς Βαβυλωνίας, ἐπιστολὰς, καὶ πρέσβεις, καὶ δῶρα Ἐζεκίᾳ. Ἤκουσεν γὰρ, ὅτι ἐμαλακίσθη ἕως θανάτου, καὶ ἀνέστη*, κ. τ. λ.

Ὁ τῶν Ἰουδαίων διδάσκαλος ἔλεγεν νενοσηκέναι τὸν Ἐζεκίαν ᾠδὴν ἐπὶ τῇ πτώσει τῶν Ἀσσυρίων οὐκ ᾄσαντα χαριστήριον, ὡς ἐπ' Αἰγυπτίοις ὁ Μωσῆς, ὡς ἡ Δεββωρὰ ἐπὶ τῷ Σίσαρα, ὡς ἡ Ἄννα ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Σαμουήλ. Εἶτ' *ἀρωσθέντα* τοῦτον *ὁ τῶν Βαβυλωνίων* μαθὼν *βασιλεὺς*, πρεσβεύεται πρὸς αὐτὸν, οὐκ ἀργῶς, ἰδὼν δὲ τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ἀνεπόδισεν ὁ ἥλιος, διπλασίαν γεγενημένην. Μηδὲ γὰρ λαθεῖν Χαλδαίους δεινοὺς περὶ ταῦτα τυγχάνοντας. Θεοποιοῦντες δὲ τὸν ἥλιον, ὑπὸ κρείττονος ᾤοντο τοῦτο γενέσθαι δυνάμεως. Καὶ τὴν αἰτίαν πολυπραγμονοῦντες, ἔγνωσαν, ὡς δι' Ἐζεκίαν ὁ τῶν Ἑβραίων ταῦτα πεποίηκει Θεός. Ἐφ' ᾧ καταπλαγεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐκείνων τὰς πρὸς αὐτὸν ὡς θεοφιλῆ, συνθήκας ἀσπάζεται. Εἴποις δ' ἂν αὐτὸς ὡς [b] τὰ θαυμαστὰ πάντα κατ' ἐνιαυτὸν ἕνα γεγονέναι μαθὼν, τοῦ Ἀσσυρίου τὴν ἔφοδον, τὴν δι' ἀγγέλου πληγὴν, τὴν κατὰ Σενναχηρεὶμ ὑπὸ τῶν παίδων μετὰ τὴν φυγὴν ἐπανάστασιν, τὴν τοῦ μετ' αὐτὸν ἄρξαντος D παιδὸς Ἀχορδὰν σεσιγημένην ἀπώλειαν. Ταῦτα πάντα μαθὼν *Μαρωδὰχ Βαλδὰν* υἱὸς ὢν, οὐ τοῦ Σενναχηρεὶμ, ἀλλὰ *τοῦ Βαλδὰν*, ἐξ ἑτέρου γένους *βασιλεύων Βαβυλωνίων*, ὡς ὠφελ ος (*sic*) τὴν πρὸς τὸν εὐσεβῆ φιλίαν ἀσπάζεται.

CAP. XXXIX.

432 Vers. 1-8. *Tempore illo misit Merodach Baladan, filius Baladon, rex Babyloniæ, litteras, et legatos, et munera ad Ezechiam. Audierat enim ægrotasse ad mortem, et convaluisse*, etc.

Dixit Judæorum magister Ezechiam propterea ægrotasse, quod post Assyriorum stragem, sicut deletis Ægyptiis Moses [25]; sicut interempto Sisare C Debbora [26]; sicut Anna denique, ubi Samuelem peperisset [27], Dei beneficium carmine non celebrasset. Ad hunc porro, cum *ægrotasse Babyloniorum rex audisset*, non vana motus occasione, legatos misit, sed quod diem illum, quo cursum suum sol retroegisset, duplo majorem exstitisse deprehendisset. Neque enim id Chaldæos, qui in siderum disciplina multum versati essent, latere potuit; nec ab eisdem, qui solem deum facerent, a potentiore aliqua virtute factum denegari. **433** Itaque cum rei causam anxie scrutati ab Hebræorum Deo propter Ezechiam factum esse agnoscerent: eo commotus rex, quod tanquam ad pietate commendatum accessissent, eorumdem amicitiam et fœdus amplectitur. Dicere possis etiam *Merodacum* non Sennacherimi, sed *Baldani* ex alia stirpe *filium*, tunc *Babyloniorum regem*, postquam uno anno tam multa et stupenda contigisse didicisset; Assyriorum nempe exercitum per angelum deleri; Sennacherimum prætera regem fuga elapsum filiorum manibus trucidari; ejus denique filium Achordanum, qui patri successerat, tacita morte interire, tanquam id totum in suam rem factum esse judicaret, pii regis amicitiam ambivisse.

Ὅτι γὰρ ἐν ἑνὶ πάντα προῆλθεν ἐνιαυτῷ μάθοις ἂν ἐπιστήσας ὡς ἡ ἔφοδος τοῦ Ἀσσυρίου ἔτους τεσσαρεσκαιδεκάτου τῆς Ἐζεκίου βασιλείας ἐγένετο.

Neque enim hujus anni spatio ista omnia contigisse dubitabis, si Assyrii expeditionem quarto et decimo Ezechiæ exstitisse didiceris, cum quinde-

[24] IV Reg. xx, 9-11. [25] Exod. xiv, et xv. [26] Judic. iv, et v. [27] I Reg. ii.

VARIÆ LECTIONES.

[b] γρ. ὡς αὐτός.

cum præterea adjunctis, nono et vicesimo ita diem extremum obierit, ut in annum quartum et decimum morbum cadere necessum sit, reliqua autem eumdem præcedere, et eodem tempore contigisse : quibus auditis omnibus ad legatorum missionem inductus est Assyrius. Verum cum ad Ezechiam appulissent ; cujus partes erant rerum olim a Deo gestarum, atque etiam recentium ipsis magnitudinem narrare ; partim, ut beneficii memorem se præstaret, partim, ut illos ad pietatem magis accenderet, quorum exemplo et monitis alii rursum moverentur : ea re neglecta, ita aviditate gloriæ frangi se passus est, ut suos eisdem *thesauros, et domum Nechota* (quam *aromatum cellam* Aquila interpretatur ; *Gaza* Symmachus, nomine Persis divitias significante) *ostentarit*. Qua re non inanem tantum jactantiam suam prodidisse, sed eorum etiam potiundi cupiditatem hostibus præbuisse creditur. Atque hinc est, quod ad eum propheta, veluti sua sponte, non pellente Deo accedens, et quod ipsi vellent non sine multo affectu exquirens; venisse quidem, ut Dei admirabilia opera audirent ; sed sui potius quam Dei admirationem monet excitasse, qui eximias illius virtutes, summumque in res creatas imperium apud **434** eos non prædicarit. Itaque veritus accusari rex, cum *quid illi dicerent*, propheta postularet, obmutuit : qui tamen *unde venissent*, interroganti, non sine ostentatione, *de longinqua terra* respondit ; tanquam nominis sui fama excitatos tam longo venisse itinere gloriaretur. Atque inde est, quod lata a Deo adversum se sententia, *a Babyloniis omnia non modo direptum iri, sed eos etiam, qui a se prodissent, regis eunuchos fore*, statim audivit. Quod Jechoniæ ætate, quantum ex regum historia colligere licet, accidisse putamus : quo tempore Danielem cum sociis in regis aula eunuchum fuisse nonnulli voluerunt. Quibus auditis *Ezechias* circumspecte quidem et pie *quæcunque locutus esset Dominus*, quantumvis hominum aures offendant, *bona esse* adjecit, suæ ætati tantum indulgeri postulans, Deo gratias agit, quod se non sensu malorum ulciscatur, sed sola impendentium fama in viam revocet ; qui sciat ne pœnas quidem istas ad posteros suos esse temere perventuras ; sed sua tantum illos, non quæ ipse admisisset, peccata luituros. Tradunt Hebræi Ezechiæ institutum, qui sibi tantum intentus, populum et urbem negligeret, Deum non amplecti, ideoque deinceps, *Consolamini, consolamini populum meum, dicit Dominus*, prophetam adjicere. Quando enim, aiunt, amore sui regem cernitis avocari ; vel ipsi saltem, qui potestis, *populum meum*, cujus tanquam figmenti curam gero, *consolamini*.

A Ὅς προστεθέντων ἐτῶν αὐτῷ πεντεκαίδεκα, τῷ εἰκοστῷ καὶ ἐνάτῳ τετελεύτηκεν ἔτει, ὡς τὴν νόσον αὐτῷ γεγονέναι κατ' ἔτος τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον. Τὰ λοιπὰ δὲ πάντα πρὸ ταύτης κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον συμβεβηκέναι, ὧν ἁπάντων ἀκούσας ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἠπείγετο. Καὶ τῶν ἀνδρῶν ἡκόντων δέον τὸν Ἐζεκίαν τὰς ἄνωθεν τοῦ Θεοῦ διηγεῖσθαι μεγαλουργίας, καὶ τὰ νῦν ἐπισυνάπτειν γενόμενα, ὡς ἂν εὐγνώμων τε δοκῇ, κἀκείνους εὐσεβεστέρους ποιήσειεν, καὶ δι' αὐτῶν ἑτέρους διηγουμένων ἅπερ ἐγνώκασιν· τοῦτο μὲν οὐ ποιεῖ. Φιλοτίμως δὲ χαυνωθεὶς, *ἀνακαλύπτει τούτοις τοὺς θησαυροὺς, καὶ τὸν οἶκον τοῦ Νεχώθα*, ὅπερ *οἶκον ἀρωμάτων* Ἀκύλας ἔφη, καὶ Σύμμαχος *γάζα*, [c] δὲ παρὰ Πέρσαις τὴν περιουσίαν σημαίνει, τοῦτο δὲ οὐ μόνον τύφον εἶχε καινὸν, B ἀλλὰ καὶ τοῖς [βλεπομένοις] τοὺς πολεμίους ἐπ' ὀφθαλμίαν [d] παρεσκεύαζεν. Ὅθεν ὁ προφήτης ἐλθὼν ὡς ἀπ' οἰκείας γνώμης, ἀλλ' οὐ Θεοῦ δῆθεν πέμψαντος, ὅ τι θέλοιεν οὗτοι πυνθάνεται, ἤθει κεχρημένος πολλῷ, καὶ δεικνὺς ὡς ἦλθον μὲν τὰ τοῦ Θεοῦ παράδοξα μαθησόμενοι, σὺ δὲ σαυτὸν εἰς θαῦμα τούτοις, ἀντὶ Θεοῦ παραδέδωκας, τὴν θείαν οὐ διδάξας ὑπεροχὴν, οὐδ' ὅτι τοῖς αὐτοῦ νεύμασιν ἡ κτίσις ὑποχωρεῖ. Ὁ δὲ πρὸς μὲν τὸ, *τί λέγουσιν*, οὐδὲν ἀποκρίνεται, τὸν ἔλεγχον δεδιώς. Πρὸς δὲ τὸ, *πόθεν ἥκασιν*, ἀλαζονικῶς λέγων· *ἐκ γῆς μακρόθεν*, ὡς κατὰ κλέος αὐτοῦ τῆς φήμης αὐτοὺς καὶ πόῤῥωθεν ἐνεγκούσης, ὅτε καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ κατὰ τούτου λοιπὸν ἀπόφασιν ἤγαγεν· *πάντα ληφθήσεσθαι παρὰ Βαβυλωνίων* εἰπὼν *καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ καταγομένους, εὐνούχους* C *τῷ τούτων ἔσεσθαι βασιλεῖ*. Τοῦτο δὲ γέγονεν, ὡς ἐν ταῖς Βασιλείαις ἐγνώκαμεν, ἐν ἡμέραις Ἰεχονίου, ὅτε καὶ οἱ περὶ τὸν Δανιὴλ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως γεγόνασιν, εὐνοῦχοι, καθά φασί τινες, γεγονότες. Ἅπερ *Ἐζεκίας* ἀκούσας εὐλαβῶς τε καὶ εὐσεβῶς *ἀγαθὸν ἔφη πάντα λόγον εἶναι Θεοῦ*, κἂν ἡ τούτων ἀκοὴ τοὺς ἀνθρώπους λυπήσειεν. Τὸν ἐφ' ἑαυτοῦ δὲ μόνον παρῃτήσατο χρόνον, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, ὅτιπερ οὐ τῇ τῶν κακῶν ἐτιμωρεῖτο πείρᾳ, φήμῃ δὲ μόνῃ τῶν λυπηρῶν τῶν μελλόντων ἐσωφρονίζετο, εἰδὼς μηδὲ τοὺς ἐξ αὐτοῦ τὴν τούτων ἀκρίτως δέξασθαι πεῖραν, ἐφ' οἷς δὲ ἁμαρτήσονται τιμωρουμένους, τῶν ἐξ αὐτοῦ τικτομένων δικαίων μὴ βλαπτομένων τῇ αὐτοῦ ἁμαρτίᾳ. Ὁ δὲ Ἑβραῖος ἔλεγε τὸν D Θεὸν μὴ ἀποδέξασθαι τὴν Ἐζεκίου προαίρεσιν ἑαυτοῦ μόνου φροντίσαντος, ὑπεριδόντος δὲ τοῦ λαοῦ καὶ τῆς πόλεως. Διόπερ ἐπήνεγκεν ἐφ' ἑξῆς, *Παρακαλεῖτε, παρακαλεῖτε τὸν λαόν μου, λέγει ὁ Θεός*. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος φίλαυτος πέφηνεν, ἀλλ' ὑμεῖς οἱ δυνάμενοι, *παρακαλεῖτε τὸν ἐμὸν λαόν*. Κήδομαι γάρ μου τοῦ πλάσματος.

CAP. XL.

435 Vers. 1-8. *Consolamini, consolamini populum meum, dicit Deus. Sacerdotes, loquimini ad*

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

α-η'. *Παρακαλεῖτε, παρακαλεῖτε τὸν λαόν μου, λέγει ὁ Θεός· ἱερεῖς, λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν*

VARIÆ LECTIONES.

[c] γρ. ἃ. [d] γρ. ἐποφθαλμιᾷν.

Ἱερουσαλήμ. Παρακαλέσατε αὐτήν, ὅτι ἐπλήσθη ἡ ταπείνωσις αὐτῆς, λέλυται αὐτῆς ἡ ἁμαρτία, ὅτι ἐδέξατο ἐκ χειρὸς Κυρίου διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῆς. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, κ. τ. λ.

Περιγράψασα τὴν ὑπόθεσιν τῆς κατὰ τὸν Ἐζεκίαν προφητείας ἡ ἱστορία, ἐξ ἑτέρας ἀρχῆς τοῦ εὐαγγελικοῦ λόγου κατάρχεται, τοῖς τὸ τοῦ Χριστοῦ Πνεῦμα τὸν *παράκλητον* ὑποδεξαμένοις ἐπιβοῶσα, *Παρακαλεῖτε τὸν λαόν μου.* Πάντα γὰρ τὸν ἄξιον αὐτοῦ χρηματίζειν *λαὸν* τὸν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐξειλεγμένον προστάττει τοῖς ἀποστόλοις *παρακαλεῖν*, ὅπερ ἔδρων, ὡς ὁ Παῦλος ἐδήλωσε λέγων· « Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐν πάσῃ θλίψει ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει, διὰ τῆς παρακλήσεως, ἧς αὐτοὶ παρακαλούμεθα ὑπὸ Θεοῦ, » καὶ τὰ μετὰ ταῦτα, δι' ὧν πάντων τῶν περὶ τῆς *παρακλήσεως* λόγον ἀπέδωκεν. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ, καθάπερ πειθόμενος τῇ προφητικῇ παρακελεύσει, βοᾷ· « Δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. » Καὶ πάλιν· « Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Τὸ δὲ *ἱερεῖς*, ὡς μὴ κείμενον παρὰ τοῖς ἄλλοις, ὠβέλισται παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα.

Ὁ γοῦν Σύμμαχός φησι· *Παρηγορεῖτε, παρηγορεῖτε τὸν λαόν μου, λέγει ὁ Θεὸς ὑμῶν. Παραμυθήσασθε τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ.* Ὧ καὶ συνεφώνησαν οἱ λοιποί. Τίς δὲ ἡ ὥσπερ ἐμψύχου *καρδία τῆς Ἱερουσαλήμ;* Ἦν μὲν εἰπεῖν ἀντὶ τῶν οἰκητόρων εἰρῆσθαι τὴν πόλιν, εἰ μὴ καὶ *τοῦ λαοῦ* διεμέμνητο λέγων, *τὸν λαόν μου.* Τίς δὲ *ὁ λαός;* τίνες δὲ *οἱ παρακαλοῦντες;* Δῆλον ὡς οἱ τὸ Πνεῦμα τὸν παράκλητον ἔχοντες, ὡς ἐλέγομεν, πρὸς οὓς ἔλεγεν ὁ Σωτήρ, « Κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα μου, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα ᾖ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας. » Καὶ πάλιν· « Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, » τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὸ θεῖον, οὕτω πολλάκις Πνεῦμα καλεῖ. Οἱ τὸν Παράκλητον οὖν δεξάμενοι, *παρακαλεῖν* προστάττονται *τὸν λαὸν* τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' οὐ τὸν Ἰσραὴλ, οὐδὲ τὸν Ἰακὼβ, οὐδὲ τὸν Ἰούδαν· ἀλλ' ἕτερον παρὰ τοῦτον, ὡς ὁ Ζαχαρίας δηλοῖ λέγων· « Τέρπου, καὶ εὐφραίνου, θυγάτηρ Σιὼν, δι' ὅτι ἰδοὺ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος. Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαὸν, καὶ κατασκηνώσουσιν ἐν μέσῳ σου, καὶ ἐπιγνώσῃ ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με πρός σε. » Δι' ὧν σαφῶς ἔθνη πολλὰ λαὸς *τοῦ Θεοῦ* προαγορεύεται γίνεσθαι. Καὶ ταῦτα λέγει Κύριος ἀπεσταλμένος ὑπὸ ἑτέρου Κυρίου.

A *cor Jerusalem. Consolamini eam, quia repleta est humilitas ejus. Solutum est peccatum illius, quoniam suscepit de manu Domini duplicia peccata sua. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini*, etc.

Absoluta de Ezechia prophetiæ narratione, alium jam illis sermonem, qui Christi Spiritum *consolatorem* exceperunt, *Consolamini populum meum* inclamans, aggreditur. Quemlibet enim, qui *populi* sui appellatione dignus sit, ex omnium gentium numero eximium et selectum *consolari* jubet apostolos : quod eos etiam præstitisse testatur Paulus his verbis : « Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in B omni afflictione, per consolationem, qua ipsi a Deo consolamur [28], » cæterisque, quæ sequuntur; in quibus omnibus *consolationis* rationem exhibuit. Alicubi deinde, tanquam prophetica adhortatione persuasus clamat : « Obsecramus per Christum, reconciliemini cum Deo [29]. » Et rursus : « Obsecro vos ego vinctus in Christo Jesu [30]. » Est vero notandum *sacerdotes* vocabulum, tanquam ab aliis non agnoscatur, apud interpretes Septuaginta obelo confodi.

Sic igitur Symmachus : *Consolamini, consolamini populum meum, dicit* **436** *Deus vester. Alloquimini cor Jerusalem;* cui etiam cæteri consentiunt. Sed quodnam est ipsius *Jerusalem*, tanquam C animantis, *cor?* Urbem quidem ipsam, pro ejus incolis, nominasse respondere liceret, nisi *populum meum* adjecisset. Verum, quis *populus? qui consolatores?* Ipsi nimirum, qui consolatorem Spiritum habentes, ista a Salvatore audierunt : « Et ego rogabo Patrem meum, et alium Paracletum dabit vobis, ut sit vobiscum in sæculum; Spiritum veritatis [31]. » Et rursus : « Cum autem venerit Paracletus [32], » etc. Ita enim sæpe Spiritum sanctum et divinum, sola Spiritus appellatione significat. Qui ergo Paracletum acceperunt, *Dei populum*, non Israelis, non Jacobi, non Judæorum denique, sed alium *consolari* jubentur, de quo Zachariam ita scripsisse legimus : « Gaude et lætare, D filia Sion, quia ego venio, et habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, et erunt ei in populum; et habitabunt in medio tui; et cognoscent quia Deus omnipotens misit me ad te [33], » quibus aperte gentes multas in *populum Domini* abituras prædicitur (1). Et hæc dicit Dominus missus ab alio Domino.

[28] II Cor. I, 3. [29] II, Cor. v, 20. [30] Ephes. IV, 1. [31] Joan. XIV, 16, 17. [32] ibid. 26. [33] Zachar. II, 10, 11.

NOTÆ.

(1) Placet viris theologis brevem istam clausulam ferri posse, cum et Ignatius et Justinus Martyr, ita de Patre et Filio sæpe locuti sint : cum etiam de angelis (de quibus apud Zachariam sermo est) intelligi possit. Ego tamen ab Arriano aliquo ad marginem notata in contextum venisse ideo suspicor, quod eadem ablata locum fieri magis perspicuum videam.

A Qua ergo ratione hic *Dei populus*, eadem et *cor Jerusalem*, populi scilicet in Ecclesia præstantior numerus, appellatur; non aliter quam in corpore *cordi* principatum tribuimus. Quo loquendi genere rationi et spiritui magis obtemperantium ordo significatur. Itaque *loqui* quidem istos, alios autem, tanquam *consolatione* opus habentes, consolari præcipit. Dicas etiam et sensui subjectæ Jerusalem cives ratione magis pollentes, æquioresque significari; cum reliqua turba crassa fere, corporique maxime addicta sit. Vult igitur et ad istos verba fieri ab eis, qui Spiritum consolationis acceperunt; et peccatorum per prophetiam de Christi adventu, cum cessante *humilitate* etiam *solutum erit peccatum*, veniam denuntiari. *Cordi* ergo superius memoratæ *Jerusalem duplices* pœnas irrogatas **437** B esse dicit: quandoquidem (præterquam quod secundum historiam, et illos, quos indicavimus, cum populo agentibus exteris *humiliatos*, eadem tolerasse constat) et ipsi etiam animo torquebantur; cum populi rejectionem lugerent, secundoque jam urbe expugnata, solo templum esse adæquatum intuerentur. *Consolationem* ergo deinceps, quæ Salvatoris adventu præstaretur, cum *vox clamantis* dixit, adjecit. Deinde, *et videbit omnis caro salutare Dei*, addidit, ut Evangelii prædicationem, unde Salvator innotuit, indicaret. Est vero *desertum* hic ab eo aliud, per quod populum Moses traduxit. Deinde, cujusnam viri *vox* in eo? *Clamantis*, respondet: aut ut Aquila interpretatur, *vocantis*. Patet vero et ad quos loqueretur, cum *parare viam Domini* juberet. C Quæ omnia auditores istorum quærere, et, ut pergente in actum prophetia, *salutare Dei viderent*, precari fuerat consentaneum.

A Ὡς οὖν οὗτος *λαὸς Θεοῦ*, οὕτω *καρδία Ἱερουσαλὴμ* τὸ κρεῖττον τοῦ λαοῦ τάγμα, καὶ τῆς Ἐκκλησίας τὸ κυριώτατον, ὡς ἡ *καρδία* τοῦ σώματος, δι' οὗ δηλοῦται τὸ λογικόν τε καὶ νοερώτερον τάγμα. Διὸ τούτοις μὲν *λαλεῖν*, *παρακαλεῖν* δὲ τοὺς ἄλλους ἐπέταξεν, ὡς ἂν δεομένους παραμυθίας. Εἴποις δ' ἂν καὶ τῆς αἰσθητῆς Ἱερουσαλὴμ τοὺς λογικωτέρους σημαίνεσθαι, τοῦ λοιποῦ πλήθους οἱονεὶ σαρκώδους καὶ παχυτάτου τυγχάνοντος, καὶ αὐτοῖς οὖν βούλεται *λαλεῖν* τοὺς εἰληφότας τὸ Πνεῦμα τῆς παρακλήσεως, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εὐαγγελιζομένους διὰ τὴν προφητείαν, ἣν ἐπάγει περὶ τῆς Χριστοῦ παρουσίας, παυομένης *τῆς ταπεινώσεως*, *καὶ λυομένης τῆς ἁμαρτίας*. Τῇ οὖν εἰρημένῃ *καρδίᾳ τῆς Ἱερουσαλὴμ διπλῆν* ἐπενηνέχθαι λέγει τὴν κόλασιν, ἐπεὶ καὶ B ἱστορικῶς συναπέλαυον τῶν τοῦ πλήθους κακῶν οἱ δηλωθέντες ὑπ' ἀλλοφύλοις ἔθνεσι *ταπεινούμενοι*, καὶ κατὰ διάνοιαν ἐκόλαζον ἑαυτοὺς, τὴν τοῦ λαοῦ πενθοῦντες ἀποβολήν. Ἀλλὰ καὶ δεύτερον ἡ πόλις ἥλωκεν ὡς καὶ τὸν ἐν αὐτῇ νεὼν κατενεχθῆναι πρὸς ἔδαφος. Τὴν δ' οὖν *παράκλησιν* τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιφανείας ἐφ' ἑξῆς ἐπενήνοχε, *φωνὴ* λέγων *βοῶντος*· εἶθ' ἑξῆς ἐπιφέρων· *Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ*, τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, δι' οὗ Σωτὴρ ἐγνωρίζετο. Ἑτέρα δὲ νῦν *ἔρημος* εἴρηται παρ' ἣν ὁ Μωσῆς διήγαγε τὸν λαόν. Καὶ τίνος ἀνδρὸς ἐν ταύτῃ *φωνὴ βοῶντος*; κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *καλοῦντος*. Δῆλον δὲ καὶ πρὸς τίνας ἔλεγεν· *Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου*. Ἅπερ πάντα εἰκὸς ἦν τοὺς τούτων ἀκροατὰς ζητεῖν, εὔχεσθαί τε τὸ *σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἰδεῖν*, προβαινούσης εἰς ἔργον τῆς προφητείας.

Quoniam igitur ista exspectabant qui res propheticas callebant; iis, qui a principibus sacerdotum et magistris missi ad Joannem venerant, ut Christusne, an Elias, an propheta ipse esset, audirent, illa quidem pernegat, se autem *vocem clamantis esse* profitetur [34]. Id enim iis, qui prophetiam norant, dixisse, *desertumque*, in quo agebat, et ipsum *Dei salutare* omni carni conspiciendum pro foribus instare, satis erat ostendisse. Est enim concionatus in Jordanis *deserto*, de quo nunc prophetia, non Jerosolymis, et in ea ipsa *solitudine* Christi *salutare*, ejusdemque *gloria omnibus apparuit*; D cum et ad ejus baptismum cœlis apertis in eumdem se Spiritus columbæ specie demisit, et a Patre dilectus appellari Filius auditus est [35]. Hæc enim signa *gloriæ salutaris* in Jordanis *solitudine* data esse constat. Atque inde est, quod eamdem antea in hunc modum allocutus est: « Lætare, deserta sitiens; exsultet solitudo, et floreat quasi lilium. Florebunt, et exsultabunt deserta Jordanis [36]. » Ita vero si ad historiam intendas, rem esse gestam invenias. Quod si ad **438** arcanam intelligentiam revoces, de Ecclesia recte intelligas, quæ Deo

Ἐπεὶ οὖν ταῦτα προσεδόκων οἱ τῶν προφητικῶν ἐπιγνώμονες, τοῖς ἥκουσιν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ διδασκάλων, ἐρωτῶσί τε τὸν Ἰωάννην, εἰ Χριστὸς, ἢ ὁ Ἠλίας, ἢ ὁ προφήτης ἐστὶν, ἀποφάσκει μὲν ταῦτα, τὸ δὲ *φωνὴ βοῶντος εἶναι* διϊσχυρίζεται. Ὡς γὰρ εἰδόσι τὴν προφητείαν ἠρκέσθη τοσοῦτον εἰπὼν, *ἔρημόν* τε δεικνὺς τὴν ἐν ᾗ διῆγε, καὶ τὸ ἐπὶ θύραις εἶναι *τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ* τὸ πάσῃ σαρκὶ γνωσθησόμενον. Ἐκήρυσσε γὰρ ἐν τῇ *ἐρήμῳ* τοῦ Ἰορδάνου, περὶ ἧς ἡ προφητεία φησὶν, ἀλλ' οὐκ ἐν Ἱερουσαλήμ. Ἐν ᾗπερ *ἐρήμῳ τὸ σωτήριον* ὤφθη Χριστὸς, ἥτε *δόξα* αὐτοῦ *πᾶσιν ἐγνώσθη*, τῶν μὲν οὐρανῶν ἀνοιγομένων, D βαπτιζομένου, τοῦ δὲ Θείου Πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπ' αὐτὸν καταντήσαντος, τοῦ δὲ Πατέρος φήσαντος αὐτὸν Υἱὸν ὑπάρχειν ἀγαπητόν. Ταῦτα γὰρ *τῆς σωτηρίου δόξης* σημεῖα ἐν *ἐρήμῳ* τοῦ Ἰορδάνου γενόμενα. Διὸ φθάσας ταύτην εὐηγγελίζετο λέγων· « Εὐφράνθητι, ἔρημος ἡ διψῶσα, ἀγαλλιάσθω ἔρημος καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον. Καὶ ἐξανθήσει καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου. » Ἐπληροῦτο δὲ καθ' ἱστορίαν μὲν οὕτως· κατὰ δὲ διάνοιαν ἐπὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας νοούμενα, ἥ τις πρότερον ἔρημος ὑπῆρχε Θεοῦ, ἐν ᾗ μέχρι καὶ τήμερον ἡ αὐτὴ βιῷ

[34] Joan. I, 19-23. [35] Matth. III, 13-17. [36] Isa. XXXV, 1, 2.

φωνὴ, καὶ τῷ [e] σωτήριον τοῦ Θεοῦ τοῖς προσιοῦσιν A εὐαγγελίζεται, πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τοῦ Θεοῦ λόγου παρασκευάζουσα τὰς αὐτῶν ἀκοάς. Πρὸς ὃν ἀντιδιαστέλλων τὸν Ἰώαννην *φωνὴν* ὁ λόγος καλεῖ.

Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ*, Σύμμαχος ἔφησεν, *Ὁμαλίσατε ἐν ἀβάτῳ ὁδὸν τῷ Θεῷ ἡμῶν*. Ὡς ἂν τοῦ Θεοῦ μέλλοντος ἐπιβαίνειν, ἧς οὐκ ἐπέβη τὸ πρότερον οὐκ αὐτὸς, οὐ προφήτης, οὐ δίκαιος, δηλαδὴ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας. Καὶ τῷ *Θεῷ* τὸ *ἡμῶν* προσέθηκεν, ὡς πρὸς ἑτέρους φθεγγόμενος. Ἦσαν γὰρ μύριοι καὶ ἐξ ἀλλοφύλλων ἐθνῶν οἱ τῷ Ἰώαννου προσελθόντες βαπτίσματι. Καὶ ἐν Ἐκκλησίᾳ δὲ ταῦτα πᾶσι προσφωνεῖται τοῖς ἔθνεσιν. B Εἶτα δηλοῖ τὰς μὲν *τεταπεινωμένας* τῷ βάθει τῆς κακίας ὑψοῦσθαι ψυχάς. *Ταπεινωθήσεσθαι* δὲ τὰς ἐπηρμένας κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Καὶ σκολιὰ δὲ καὶ τραχεῖα ψυχὴ, ὁμαλή τε καὶ *εὐθεῖα* γενήσεται· ὡς ἂν δεκτὴ γένοιτο τῆς ἐπιβάσεως τοῦ Θεοῦ. *Ὀφθήσεται* γὰρ, φησὶν, ἡ *δόξα Κυρίου*. Καὶ τινι λέγων, ἐπάγει· *Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ*, τοὺς σαρκικοὺς λέγων οὐκ ἐσχηκότας Πνεῦμα Θεοῦ. Κατὰ τὸ, « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας, » οὓς δὴ [f] *τὸ σωτήριον ὄψεσθαι τοῦ Θεοῦ*. Ἀλλὰ καὶ Πνεῦμα Θεοῦ προφήτης ἕτερος *ὄψεσθαι* τούτους φησὶν, « Ἐκχεῶ, λέγων, ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. » Ἔδει γὰρ τοὺς *τὸ σωτήριον ἐγνωκότας τοῦ Θεοῦ* καὶ C Πνεύματος μεθέξειν Θεοῦ. Καὶ τοιαύτην ἐπήγαγε *τοῦ λαοῦ τὴν παράκλησιν*, τοῦ νέου φημί. Τοῦ γὰρ παλαιοῦ τὴν ἀπείθειαν εἰδὼς, δευτέρῳ χρῆται κηρύγματι· *Πᾶσα σὰρξ χόρτος*. *Σαρκὸς* γὰρ αὕτη φύσις, καὶ τοῦ τὴν εἰκόνα φοροῦντος τοῦ χοϊκοῦ. Τὰ γὰρ ἐπὶ γῆς πρὸς βραχὺ μόνον ἀνθοῦντα μαραίνεται. Δεξάμενη [g] δὲ *τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ*, καὶ τὸ Πνεῦμα σχήσει ἅγιον, ὅ τε οὐχ ὡς *χόρτος ξηραίνεται* ἄνθρωπος, οὐδὲ πεσεῖται τοῦ ἄνθους, μενεῖ δὲ πνευματικὸς, ἀνακαινούμενος εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν.

Κατὰ δὲ τὸ Ἑβραϊκὸν *χόρτον* καλεῖ τὸν Ἰουδαίων λαόν. Ὁ γὰρ Σύμμαχος καὶ Θεοδοτίων ἐκ προσθήκης D φασίν· *Ἀληθῶς χόρτος ὁ λαός. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος. Ἐξέπεσε τὸ ἄνθος*. Ὁ δὲ Ἀκύλας, *Πρὸς ὃν ὁ λαὸς ἐξηράνθη; πρὸς ὃν ἀπέρευσεν ἄνθος;* Ἀντὶ τοῦ, *Τὸ δὲ ῥῆμα Θεοῦ ἡμῶν μένει εἰς τὸν αἰῶνα*, ὁ Σύμμμαχός φησιν, *Ὁ δὲ λόγος τοῦ Θεοῦ ἡμῶν στήσεται εἰς τὸν αἰῶνα*, Χριστὸν γὰρ αἰώνιον ὑπάρχειν ἡ ἐν τῇ *ἐρήμῳ* λέγει φωνὴ, καὶ συνδιαμένειν αὐτῷ τοὺς τὸ σωτήριον αὐτοῦ δεξαμένους ἀπὸ τῆς γεώδους ἐπὶ τὴν πνευματικὴν μεταστάντας οὐσίαν. Οἱ δὲ ἐκ περιτομῆς μείναντες *σάρκες*, *χόρ-*

quidem ante destituta, et ad hodiernum usque diem *clamantem* in se *vocem* nacta, etiam *salutare* Dei illam ingred'entibus annuntiat, eisque ad Dei verbum audiendum aures præparat; a quo, ut Joannem distingueret, *vocem* propheta nuncupavit.

Verum enimvero quod, *Rectas facite semitas ejus*, hic habemus, *Explanate in invio iter Deo nostro*, dixit Symmachus; ac si illud jam, quod nunquam vel ipse Dominus antea, vel propheta, vel justus quisquam ambulassent (Ecclesiam gentium innuens), iter esset calcaturus. Deinde, ad *Dei* vocem, *nostri* adjecit, ut ad alios locutus esse videretur. Erant enim infiniti de gentium etiam externarum numero, qui ad Joannis baptisma accesserant. In Ecclesia præterea et ista gentibus omnibus clara voce proponuntur. Animas deinde, quæ gravibus malis afflictæ *humiliatæque* sunt, exaltatum iri significat; *depressas* autem quæ se adversus Dei scientiam erexerunt. Anima rursum, quæ prava erat et aspera, plana fiet atque *recta*, ut se calcantem Deum excipiat. *Videbitur* enim, ait, *gloria Domini*. Cui deinde adjicit: *Et videbit omnis caro salutare Dei;* eos carnis nomine, qui Spiritum Dei non habent, innuens, juxta illud: « Non permanebit Spiritus meus in viris istis, quia caro sunt [37]; » quos *Dei salutare visuros esse* significat. Quin et Dei Spiritum propheta alius visuros istos ostendit, ubi ait: « Effundam de Spiritu meo super omnem carnem [38]. » Eos enim Dei Spiritu, qui *salutare Dei visuri essent*, participes fieri decuit. Talem igitur *populi* (recentis inquam) *consolationem* attulit. Cum enim veteris incredulitatem non ignoraret, eidem et altera etiam, *omnis caro fenum* adjiciens, annuntiat. Talis enim natura *carnis* est, et ejus, quod terrenam refert imaginem. Siquidem, quæ in terra sunt, cum brevi solum momento floruerunt, citissime arescunt. Quæ autem *salutare* **439** *Dei* admiserint, et sanctum etiam Spiritum accipient. Imo ne homo quidem *tanquam fenum arescet*, nec flos ejus decidet; sed Spiritu renovatus, ad ejus agnitionem, ad cujus exemplar effectus est, renovabitur.

Quod si ad Hebraica attendas, *feni* nomine Judæorum populum significari reperias, cum Symmachum et Theodotionem tanquam per appendicem, *Vere fenum populus, exaruit fenum, excidit flos*, habere; Aquilam autem, *Apud quem exaruit populus, apud quem effluxit flos?* quærere videamus. Quod deinde, *Verbum Domini nostri manebit in æternum*, habemus; ita Symmachus: *Sermo Domini nostri stabit in æternum*. Christum siquidem æternum esse vox ea quæ in *deserto* erat, asserit; et cum eis manere, qui salutari ejus accepto, a terrena in spiritualem sortem transierint: cir-

[37] Gen. VI, 3. [38] Joel II, 28.

VARIÆ LECTIONES.

[e] γρ. τό. [f] γρ. φησί. [g] γρ δεξάμενα.

cumcisos autem, qui *carnes* esse perrexerint, ex A ipso appendicis sensu quæ vere *fenum* esse populum adjunxit, *feni* instar evasuros. Ab initio autem quærentes nonnulli, qui statim post sermonem de Ezechia, Christi adventum propheta intulerit; plures quidem Hierosolymorum fuisse direptiones, sed omnium novissimam, ante Christi adventum per Nabuchodonosorem fuisse putant, neque inde postea ad Christum usque terra pulsos aut abductos fuisse. Itaque cum hujus, quæ Ezechiæ prænuntiatur, meminisset, recte etiam *consolationem* adjunxisse. Iis enim præcipue facta est *salutis* promulgatio; juxta illud: « Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel [39]. » Aiunt tamen nonnulli absurdas eorum cogitationes *consolatione* dignas censuisse. Cum enim absurdæ B opinionis qua se eum, qui exspectabatur, esse putabat, pœnas dedisset Ezechias (de se enim dici illud: « Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis [40], » qui tot hostes cecidisse videret, male crediturus fuerat, nisi tanta spe propter morbum excidisse se, neque sibi jam, sed Christo uni psalmum convenire animadverteret, qui flagellum tabernaculo ejus **440** non appropinquaturum esse moneret), populus cessasse promissiones, et quæ antea sperabat omnia periisse, nullum deinde, qui genti salutem daret amplius exspectandum esse arbitrabatur.

τον δίκην πεσοῦνται, κατὰ τὴν προσθήκην τοῦ, Ἀληθῶς *χόρτος ὁ λαός*. Ἄνωθεν δέ τινες ἀπορήσαντες πῶς τοῖς Ἐζεκίου λόγοις τὴν Χριστοῦ παρουσίαν ὁ προφήτης ἐπήνεγκε, λέγουσιν ὅτι πολλάκις πολέμιοι τὴν Ἱερουσαλὴμ κατεδῄωσαν· ἡ δὲ διὰ Ναβουχοδονόσωρ πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας τελευταία γέγονεν ἅλωσις. Μεθ' ἣν ἐπανελθόντες ᾤκουν ἀδιαιρέτως τὴν γῆν μέχρι τῆς Χριστοῦ παρουσίας. Ταύτης οὖν μνησθεὶς πρὸς Ἐζεκίαν τῆς ἁλώσεως τῆς ἐπὶ ταύτῃ μέμνηται *παρακλήσεως*. Προηγουμένως γὰρ τούτοις *τὸ σωτήριον* ἐγένετο κήρυγμα κατὰ τό· « Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. » Τινὲς δέ φασιν ὡς τὰς αὐτῶν ἀτόπους ἐννοίας ἠξίωσε *παρακλήσεως*. Ἐζεκίου γὰρ ἐπὶ τῇ ἀτόπῳ παιδευθέντος οἰήσει, καθ' ἣν ᾤετο τυγχάνειν ὁ προσδοκώμενος, ὡς καὶ περὶ αὐτοῦ δοκεῖν εἰρῆσθαι τὸ, « Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτου σου χιλιὰς, καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου, » τοσούτους πεπτωκότας θεώμενον [h]. Ταύτης δὲ τῆς ἐλπίδος διαπεσόντος διὰ τὴν νόσον, ὡς μηκέτι τὸν ψαλμὸν ἁρμόττειν αὐτῷ λέγοντα, καὶ μάστιξ οὐκ ἐγγιεῖ τῷ σκηνώματί σου (μόνον γὰρ ἥρμοττε τῷ Χριστῷ), ὁ λαὸς ᾤετο τὰ τῆς ἐπαγγελίας πεπαῦσθαι, πάντα τε φροῦδα γεγονέναι τὰ ἐλπισθέντα, μηδένα τε σωτῆρα τοῦ γένους φανήσεσθαι.

Atque hinc est quod spem abjicientes universorum Deus per prophetam et sacerdotes *consolatur* dicens: *Loquimini ad cor Jerusalem*; quasi læta C et facili auditores *consolatione* demulcere jubeat, qua prius onerosa valde et gravis, umbrisque etiam involuta et obscura lex ipsa carebat, quæ mentes minime necessaria docebat. Verbis enim tantummodo levem quamdam et externam notitiam afferebat; cum *salutis* prædicatio in intimos animæ recessus Spiritum induceret. Hinc illa Davidis: « In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi [41]. » Tale et illud quod a quodam propheta dicitur: « Et ecce testamentum quod ego testabor illis, in diebus illis, dicit Dominus, dans leges meas in mentes eorum; et in corda eorum inscribam eas [42]. » Hinc et Pauli alia: « Epistola nostra vos estis, quæ intelligitur, et legitur ab D omnibus hominibus, cum declaratis quod estis epistola Christi, ministrata a nobis, descripta non atramento, sed Spiritu Dei viventis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis [43]. » Non desunt qui *sacerdotum* nomine angelos intelligant, quibus etiam *ad corda loqui* posse congruit. Est vero *consolatio*, cum fit ipsi multæ duplicis remissio; sive ipsi carnis affectionibus subjiciamur (ultio enim et ista, eaque permagna illis est qui sensu aliquo præditi sunt), sive propter eas puniamur, id est, sive a Deo, qui vere fons vitæ est, rece-

Ὅθεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀπεγνωκότας τούτους διὰ τοῦ προφήτου καὶ τῶν ἱερέων *παρακαλεῖ*, λέγων, *Λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλὴμ*, τοῦτ' ἔστιν, εὐπαράδεκτον τοῖς ἀκροωμένοις τὸν τῆς *παρακλήσεως* ποιήσασθε λόγον, ὅπερ οὐκ εἶχεν ὁ νόμος φορτικῶς ἄγαν περὶ σκιὰν καὶ τύπους εἰλούμενος, οὐκ ἀναγκαῖα παιδεύων τὸν νοῦν. Ἐξωφανῆ γάρ τινα γνῶσιν ἐνεποίει διὰ τοῦ γράμματος. Τὸ δὲ *σωτήριον* κήρυγμα θεωριῶν πληροῖ τὴν ψυχὴν τοῦ Πνεύματος τοῦ θείου τὸ βάθος αὐτῆς ὑπανοίγοντος. Οὕτω τοί φησι καὶ Δαβίδ· « Ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὸ λόγιόν σου, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι. » Τοιοῦτον καὶ τὸ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν· « Καὶ αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι αὐτοῖς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὰς καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. » Καὶ ὁ Παῦλος δέ φησιν· « Ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε, γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων, φανερούμενοι ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ, διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. » *Ἱερεῖς* δέ τινες τοὺς ἀγγέλους ἐνόησαν, οἷς ἐμπρέπει καὶ τὸ *ἐν καρδίαις* δύνασθαι *λαλεῖν*. Ἡ δὲ *παράκλησις* ἐν τῷ λελύσθαι τὴν δίκην αὐτὴ [i] διπλῆν γενομένην, ἔν τε τῷ σαρκὸς ἐπιθυμίαις προσκεῖσθαι (κόλασις γὰρ αὐτὴ μεγίστη τοῖς ἔχουσιν αἴσθησιν) ἔν τε τῷ δι' ἐκεῖνα [j] κολάζεσθαι.

[39] Matth. xv, 24. [40] Psal. xc, 7. [41] Psal. cxviii, 11. [42] Jerem. xxxi, 33. [43] II Cor iii, 2, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[h] γρ. θεωμένου. [i] γρ. αὐτοῦ. [j] γρ. ἐκείνας.

Ἤγουν, ἔν τε τῷ ἀποστῆναι Θεοῦ τῆς ὄντως πηγῆς ζωῆς, καὶ τῷ προσχωρῆσαι τοῖς δαίμοσιν, λάκκοις συντετριμμένοις, κατὰ τὴν Ἱερεμίου φωνὴν, συνέχειν ὕδωρ μὴ δυναμένοις. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι ὡς οἱ φιλόστοργοι πατέρες τὴν σμικρὰν κατὰ παιδὸς ἁμαρτίαν μείζω πολὺ τῆς ἀξίας νομίζουσιν, οὕτω διὰ φιλανθρωπίαν ὁ Θεὸς τὴν ἐλάττω τῆς ἀξίας διπλασίαν ὁρίζεται. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἄξιον τῆς αὐτοῦ χρηστότητος ἐν διπλῷ τιμωρεῖσθαι τοῦ λέξαντος· « Οὐκ ἐκδικήσει Κύριος δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν θλίψει. Οἰκτίρμων γὰρ καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος καὶ ἀληθινός. » Καὶ, « Οὐ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν οὐδὲ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν. » Σύμφωνον δὲ τῷ, *Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου*, καὶ Ζαχαρίας ὁ τοῦ Βαπτιστοῦ λέγει Πατήρ· « Καὶ σὺ, παιδίον, προφήτης Ὑψίστου κληθήσῃ. Προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου, ἑτοιμάσαι τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. » Περὶ οὗ φησιν ὁ Σωτήρ· « Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων. Ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιαθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ. » Ἥλιος γὰρ δικαιοσύνης καὶ φῶς ἀληθινὸν ὁ Χριστός. Καὶ τὸ μέσον ἀμφοτέρων ἀσύμβλητον, κἂν ὅτι μάλιστα τὸ ἀνθρώπινον πλῆρες γένοιτο σοφίας τε καὶ φωτός.

Τοῖς δὲ ἀπεγνωκόσι σημεῖον δίδωσι *παρακλήσεως*. Ὅταν γὰρ ἀπὸ τῆς *ἐρήμου* περὶ μετανοίας ἀκούσῃς *φωνῆς*, τότε νόει παρεῖναι τὸν προσδοκώμενον. Ὡς ἀπὸ λεωφόρου δὲ τὰ μὲν ἐχούσης ἀνάντη, τὰ δὲ κοῖλα, καὶ διὰ τοῦτο δυσπορεύτου, τὸν λόγον εἴληφεν· ἥτις ἂν γένοιτο *λεία*, τῶν μὲν καθαιρουμένων ὕψους [k]· τῶν δὲ, πληρουμένων κοιλότητας, ὁποία διὰ Χριστοῦ γέγονεν ἡ τῆς εὐσεβείας *ὁδὸς*, ἄβατος πρότερον ὑπὸ τῶν κοσμοκρατόρων τοῦ σκότους ὑπάρχουσα ταῖς γεώδεσιν ἐγκαταδησάντων ἡμᾶς ἡδοναῖς. *Δόξαν* δὲ *Κυρίου* καλεῖ τὸν Υἱὸν, ὡς ὑπὲρ πᾶσαν ὄντα τὴν κτίσιν καὶ τῆς αὐτῆς θεότητος *τῷ Πατέρι*. Τοῦτο δὲ καὶ γενόμενος *ἄνθρωπος* ἔδειξε θαυματουργῶν ἀεὶ, καὶ τὴν κτίσιν μεταπλάττων τῷ ῥήματι, γενόμενος πᾶσι σωτήριον, τῶν ἐννόμῳ θυσιῶν ἁμαρτίας καθαιρεῖν μὴ δυναμένων. Ἐν δὲ Χριστῷ τελειούμενοι τῷ τῆς υἱοθεσίας πνεύματι τετιμήμεθα πάντες, τό γε ἧκον εἰς τὴν τῆς χάριτος δωρεὰν, πᾶσιν αὐτὴν ἁπλώσαντος τοῦ Θεοῦ· εἰ καὶ τῷ τῆς ἀπιστίας σκότῳ ταύτην τινὲς οὐ προσήκαντο. Μηδὲν δὲ ἴδιον ἢ πεπλασμένον λέγειν ὁ προφήτης ἐπιδεικνὺς, *Θεοῦ τὸν λόγον* ἐκάλεσεν. Τίνα δὲ τρόπον ἔστι *τὸ σωτήριον ἰδεῖν τοῦ Θεοῦ*, διδάσκει καταφρονῆσαι δεῖν τῶν φαινομένων, ὡς ἀστάτων εἰπὼν καὶ θᾶττον *μαραινομένων*, λαβόντας εἰς νοῦν *τὸν Θεοῦ λόγον* μόνον ὡς ἀεὶ ζῶντα, καὶ μένοντα, καὶ πρόξενον ὄντα τῆς αἰωνίου ζωῆς. Εἴποις δ' ἂν *ῥῆμα Κυρίου* καὶ τὴν ἐντολὴν τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος εἰπόντος· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τις τὸν ἐμὸν λόγον

damus; sive ad dæmonas ipsos, lacus contritos (ut Jeremiæ vocibus utar [44]), qui aquam continere non possunt, transeamus. Aiunt autem nonnulli, non aliter quam patres, qui magno liberorum amore flagrantes, leve eorum peccatum longe gravius et acerbius putant; sic et Deum pro sua in homines benevolentia, culpæ leviori pœnas duplo majores irrogare. Alioquin enim duplex exigere supplicium ejus bonitate fuerit indignum, qui dixerit: « Non vindicabit Dominus bis ob idem in afflictione. **441** Misericors enim et miserator Dominus, longanimis, et multæ misericordiæ, et verax [45]. » Et: « Non secundum iniquitates nostras fecit nobis [46]. » Itemque: « Non secundum peccata nostra retribuit nobis [47]. » Et vero quod hic, *Parate viam Domini*, habemus, ei maxime congruum quod Baptistæ pater Zacharias ait, in hunc modum: « Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis. Præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus [48]. » De quo et his verbis etiam loquitur Salvator: « Ille erat lucerna ardens et lucens; vos autem voluistis exsultare ad horam in luce ejus [49]. » Est enim justitiæ sol et vera lux Christus. Neque est quod utriusque differentiam investigari, vel cum alia conferri, quantumlibet illa hominum sapientia et luce abundet, posse putemus.

Iis autem, qui spem abjecerunt, *consolationis* signum proponit. Cum enim in *solitudine*, ait, de pœnitentia concionari *vocem* audieris, tunc eum, qui exspectabatur, adesse cogitato. Sermonem deinde tanquam a viæ publicæ ratione aggreditur, quæ mox ardua, mox cava, indeque difficilis exsistit; quæ tamen elata partim deprimendo, partim depressa attollendo, *plana* et facilis reddi queat; qualis per Christum *via* pietatis jam exsistit; quæ invia olim ab hujus sæculi tenebrarum potestatibus obsidebatur, a quibus terrenis voluptatibus alligati eramus. *Gloriam* autem *Domini* Filium appellat, tanquam qui omnia a Deo creata longe superans, ejusdem sit *cum Patre* divinitatis. Idipsum vero etiam *homo* factus satis probavit, cum mirandis operibus nunquam non editis, mundum etiam a se conditum, ut cunctis auctor salutis exsisteret, verbo suo transformavit; qui nullis in lege sacrificiis a peccatorum labe mundari purgarique poterat. At jam in Christo perfecti adoptionis spiritu omnes honoramur, Deo, quantum in se est, ipsum gratiæ munus omnibus offerente et obtrudente, licet infidelitatis tenebris obcæcati nonnulli accedere noluerint. Ac ne quid ex proprio sensu, vel fictum afferre propheta videretur, quod ait, *verbum Dei* nominavit. Ostendit vero quibus modis *salutare* **442** *Dei videre* liceat, cum quæ oculis subjiciuntur, tanquam incerta celeriusque *arescentia* despicere; *verbum* autem *Dei*, tanquam vivum

[44] Jerem. II, 13. [45] Psal. CII, 8, 9. [46] ibid. 10. [47] ibid. [48] Luc. I, 76. [49] Joan. V, 35.

VARIÆ LECTIONES.

[k] γρ. ὕψος.

semper, semperque manens, vitam denique sempiternam afferens, toto animo, totisque viribus amplecti dicit. Dicas et *verbi Dei* nomine Salvatoris præcepta significari, qui ait « Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum [50]. » Volunt item nonnulli prophetam ipsum, tanquam elata voce perventuram ad omnes gratiam denuntiare jubeatur, gentis suæ miseratione commotum, quæ nihil jam non solum eximium, ut olim, cum Dei sors exsisteret, habitura sit, sed hujus etiam gloriæ bono caritura, *quid clamare* oporteat postulare, ipsique Deum, cum tantam gratiam capere non posset, *Omnis homo fenum*, respondere. Neque enim et tu, ait, qui verborum meorum ministerio addictus mentem geris carne obscuratam, capere possis. Sed omnis, ait, quamprimum humana cessabit opinio; meus autem de gratia in omnes sermo confirmabitur. Quod cum probe intelligeret Paulus : « O altitudo divitiarum et sapientiæ! » exclamans dixit [51]. Sublata igitur prophetæ dubitatione, quæ summa cogitatione percepit, ab excelso mentis deinceps jubet annuntiare.

A τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ ἴδῃ εἰς τὸν αἰῶνα. » Τινὲς δέ φασιν, ὡς προσταχθεὶς ὁ προφήτης κηρύξαι μεγαλοφώνως τὴν εἰς πάντας ἥξουσαν χάριν, ἀπὸ συμπαθείας τῆς πρὸς τὸ ἔθνος ἑαυτοῦ, μηδὲν ἔχειν ἐξαιρετὸν μέλλοντος, ὡς ἡνίκα κλῆρος ὑπῆρχε Θεοῦ, ἀποβλητοῦ δὲ τῆς τοιαύτης ἐσομένου τιμῆς ἐκκοπεὶς τὴν διάνοιαν, *τί δέοι βοήσειν* ἔλεγεν. Ἐφ' οἷς Θεὸς τὴν τοσαύτην μὴ χωρήσαντι χάριν φησὶ, *Πᾶς ἄνθρωπος χόρτος*. Καὶ σὺ γὰρ, φησὶν, ὁ τοῖς ἐμοῖς διακονούμενος ῥήμασιν, ὑπὸ τῆς σαρκὸς τὸν νοῦν ἐπισκιαζόμενος, χωρεῖν οὐδὲ δυνήσῃ. Πλὴν πᾶσα, φησὶν, ὑπόληψις ἀνθρωπίνη ταχέως παυθήσεται, οἱ ἐμοὶ δὲ περὶ τῆς εἰς πάντας χάριτος κυρωθήσονται λόγοι. Τοῦτο καὶ Παῦλος νοήσας ἔλεγεν· « Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας! » Τοιγαροῦν ἐπιλύσας αὐτῷ τὴν ἀμφιβολίαν, ἀφ' ὕψους τῆς διανοίας ἐφεξῆς κη- B ρῦξαι παρακελεύεται.

443 VERS. 9-26. *Super montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem. Attollite, nolite timere. Dicite civitatibus Juda : Ecce Deus vester; ecce Dominus cum fortitudine venit, et brachium ejus cum dominatione. Ecce merces ejus cum eo*, etc.

444 Ordine jam, postquam de voce in solitudine clamante disseruit, ad evangelistas Christique adventum transit. Locum vero hunc in modum interpretatur Aquila : *In montem excelsum ascende, quæ tibi ipsi evangelizas, Sion; et attolle fortiter vocem, quæ evangelizas, Jerusalem.* Cæterique similiter, tanquam ad res animatas, Jerusalem et Sionem, sermonem dirigunt. *In quem* vero *montem ascendet Sion, cum et ipse mons dicatur?* Legimus enim : « Mons Sion, in quo habitasti [52]. » Et : « Non enim accessistis ad montem Sion [53]. » Videtur igitur apostolorum chorum significare, quos antea cor Jerusalem, tanquam e circumciso populo eximios aliquos ideo appellavit, quod Dei salutare adepti, sublimes aliqui, unigenitoque similes evasissent, qui *mons* esse quoque dicitur : *in quem ascendere*, Christique adventum promulgare, nihil denique, quantumlibet insurgant aliqui, metuere jubentur : id est, non clam, sed publice, non unius et alterius tantum, sed omnium auribus Evangelium personare, juxta illud : « Quod in aure auditis, in tectis annuntiate [54]. » Atque id ipsum certe præstiterunt, cum orantes dixerunt : « Et nunc, Domine, intuere in **445** minas eorum : et da servis tuis cum libertate loqui verbum tuum [55]. » Deinde vero quod *ecce* dixit, non longe ejus adventum abesse, sed instare demonstrat. Jubet itaque *civitatibus Judæ*, id est synagogis, inclamare eum ipsum esse,

θ-κς'. *Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών. Ὕψωσον ἐν ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ. Ὑψώσατε· μὴ φοβεῖσθε. Εἴπον ταῖς πόλεσιν Ἰούδα· Ἰδοὺ Θεὸς ὁ ὑμῶν, ἰδοὺ Κύριος. Κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρίας. Ἰδοὺ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετὰ αὐτοῦ*, κ. τ. λ.

Ἀκολούθως μετὰ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ βοῶσαν φωνὴν, τὰ περὶ τῶν εὐαγγελιστῶν καὶ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἐπήγαγεν. Ὁ δὲ Ἀκύλας φησίν· *Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ἑαυτῇ εὐαγγελιζομένη Σιών.* C *Καὶ ἐπάρων* [1] *ἰσχυρῶς τὴν φωνὴν, εὐαγγελισαμένη Ἱερουσαλήμ.* Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ συμφώνως, ὡς πρὸς ἔμψυχον τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν ἀποτείνονται. *Ἐπὶ ποῖον οὖν ἄνεισιν ὄρος ἡ Σιὼν, ἡ καὶ αὐτὴ ὄρος λεχθεῖσα;* κατὰ τὸ, « Ὄρος Σιὼν τοῦτο ὃ κατεσκήνωσας ἐν αὐτῷ. » Καὶ, « Οὐ γὰρ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει. » Ἔοικε τοίνυν δηλοῦν τὸν τῶν ἀποστόλων χορὸν, οὓς καὶ ἄνω καρδίαν ἔφησεν Ἱερουσαλὴμ, ὡς ὄν ἐκ τοῦ ἐκ περιτομῆς ἐξειλεγμένου λαοῦ, οἳ καὶ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ παρεδέξαντο ἐπηρμένοι τινὲς ὄντες, καὶ τῷ μονογενεῖ παρεικασθέντες *ὄρει* καὶ αὐτῷ χρηματίζοντι· *ἐφ' ὃν ἀνιέναι* κελεύονται, τοῦ Χριστοῦ τὴν παρουσίαν κηρύξοντες, κἄν τινες ἐπαναστῶσι, δεδιέναι μηδέν· ἤγουν μὴ λάθρα διδάσκειν κελεύει, δημοσιεύειν δὲ D τὸ κήρυγμα, καὶ ποιῆσαι πᾶσιν ἐξάκουστον, κατὰ τὸ, « Ὃ ἀκούετε εἰς τὸ οὖς, ἐπὶ τῶν δωμάτων κηρύξατε. » Ὃ καὶ ἔλεγον προσευχόμενοι· « Καὶ νῦν, Κύριε, ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας λαλεῖν τὸν λόγον σου. » Καὶ τὸ *Ἰδοὺ* δὲ λέγων, φασὶ, τὸ μὴ μετὰ μακρὰν ἥξειν δηλοῖ, μονονουχὶ πλησίον ὄντα δεικνύς. Ἤγουν *ταῖς πόλεσιν Ἰούδα* κελεύει βοᾷν, ταῖς τούτων δηλονότι συναγωγαῖς, ὡς οὗτος ἐκεῖνος ὁ πρόπαλαι

[50] Joan. VIII, 51. [51] Rom. XI, 33 [52] Psal. LXXIII, 2. [53] Hebr. XII, 22. [54] Matth. X, 27. [55] Act. IV, 29.

VARIÆ LECTIONES.

[1] γρ., ἔπαρον.

προσδοκώμενος, φωναῖς ἁγίων προκαταγγελθεὶς προφητῶν. A

Ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν ἐδήλωσεν, *μετὰ μεγάλης ἰσχύος ἥξειν* εἰπὼν καὶ *κυριακῆς αὐθεντίας*, ὅτε πρὸς τὰ ἔργα καὶ τὸν μισθὸν ἑκάστῳ παρέξεται. Καθάπερ ἔλεγε· « Μέλλει γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατέρος αὐτοῦ, καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Τινὲς δὲ καὶ ταῦτα ἐπὶ τῆς προτέρας ἐδέξαντο παρουσίας, δεικνύντα μὴ καθ' ἕνα τῶν προφητῶν ἥξειν αὐτὸν, οἳ καὶ θαυματουργοῦντες ηὔχοντο. Χριστὸς δὲ κατ' αὐθεντίαν ἤλαυνε πάθη καὶ δαίμονας. Ὅτι δὲ οὐχ ἄκαρπον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινε τὸν σταυρὸν δηλοῖ, λέγων· *Ἰδοὺ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ.* Ἔλεγεν γάρ· « Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει. Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, καρπὸν B πολὺν φέρει. » Καὶ πάλιν· « Ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Καὶ Παῦλός δέ φησιν· « Ὑπέμεινε σταυρὸν αἰσχύνης καταφρονήσας. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὁ Δαβὶδ δὲ προὔλεγεν· « Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας ἥξουσι, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου. » Τὸ δὲ, *Ὡς ποιμὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ*, ὁμολογουμένως τῆς προτέρας ἐστὶ παρουσίας. Ὡς Θεὸς μὲν γὰρ κρινεῖ, ὡς δὲ μορφὴν δούλου λαβὼν *ποιμαίνειν τὸ ποίμνιον* εἴρηται ὁ λέγων, Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. *Βραχίονα* δὲ αὐτοῦ καλεῖ, φασὶ, τὴν θεότητα, δι' οὗ *συνάξειν ἄρνας*, *καὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσας παρακαλέσειν* εἴρηται. C *Ἄρνας* τοῦ λόγου δηλοῦντος τοὺς ἀρτιγενεῖς ἐν Χριστῷ. Διόπερ Ἀκύλας *ἀρνία* φησίν. Εἴη δ' ἂν ὁ νέος λαός. Οὐ γὰρ ἔφη κριοὺς, ἢ τράγους, ἢ πρόβατα ἐντελῆ, περὶ ὧν ἕτερος τοιαῦτα διδάσκει προφήτης λέγων· « Τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ κρινῶ ἀναμέσον προβάτου καὶ προβάτου, καὶ κριῶν καὶ τράγων. » Καί· « Οὐχ ἱκανὸν ὑμῖν, ὅτι τὴν καλὴν νομὴν νέμεσθε, καὶ τὰ κατάλοιπα τοῖς ποσὶν ὑμῶν κατεπατεῖτε; καὶ τὸ καθεστηκὸς ὕδωρ ἐπίνετε; καὶ τὸ λοιπὸν τοῖς ποσὶν ὑμῶν ἐταράσσετε; » Καὶ πάλιν· « Ἰδοὺ ἐγὼ κρίνω ἀνὰ μέσον προβάτου ἰσχυροῦ. Ἐπὶ ταῖς πλευραῖς καὶ τοῖς ποσὶν ὑμῶν διωθεῖσθε, καὶ τοῖς κέρασιν ὑμῶν ἐκερατίζετε, καὶ τὸ ἠσθενηκὸς ἐξεθλίβετε. » Διὸ καὶ οἱ ποιμένες αὐτῶν διαβάλλονται παρ' αὐτῷ, Τάδε λέγει Κύριος, λέγοντι· « Ὦ ποιμένες Ἰσραὴλ, D μὴ βόσκουσιν οἱ ποιμένες ἑαυτούς; οὐ τὰ πρόβατα βόσκουσιν οἱ ποιμένες; Ἰδοὺ τὸ γάλα κατεσθίετε. Καὶ τὰ ἔρια περιβάλλεσθε. Καὶ τὸ παχὺ σφάζετε· καὶ τὰ πρόβατά μου οὐ βόσκετε. » Ἐπεὶ τοίνυν ἠτάκτει τὰ πρόβατα, οἱ δὲ ποιμένες ἐλυμαίνοντο αὐτὰ, τοῖς ποιμέσι μετάστασιν ἀπειλεῖ, λέγων· « Καὶ ἀποστρέψω ὑμᾶς τοῦ μὴ ποιμαίνειν τὰ πρόβατά μου. » Καὶ ἐπιλέγει· « Ἰδοὺ ἐγὼ αὐτὸς ἐκζητήσω τὰ πρόβατά μου. » . . . .

qui diudum exspectatus, prophetarum vocibus ante denuntiatus sit.

Simul autem et ejus adventum indicavit, quod *magna cum virtute et potestate dominationis*, quo tempore mercedem unicuique secundum opera persoluturus est, venturum affirmavit. Atque hinc est, quod dicebat : « Filius hominis veniet in gloria Patris sui, et reddet unicuique secundum opera sua [56]. » Non desunt, qui ista etiam ad priorem adventum referant ; quæ, non ut unum ex prophetis aliquem, qui miracula edentes precabantur, ipsum venturum demonstrent, cum sua unius potestate et morbos et dæmonas corporibus Christus abegerit. Neque vero sine fructu, nostro nomine crucem subiisse ostendit, cum ait: *Ecce merces tua mecum*. Dixit enim : « Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert [57]. » Et rursum : « Si exaltatus fuero a terra, omnia traham mecum ad me [58]. » Enimvero et Paulus ipse sic ait : « Sustinuit crucem ignominia contempta [59]. — Ideoque et Deus illum superexaltavit, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen ; ut in nomine ejus [60], » etc. Idem quoque et David prædixit his verbis : « Omnes gentes quas fecisti, venient, et adorabunt in conspectu tuo [61]. » Deinde quod dixit, *Tanquam pastor pascet gregem suum*, ad priorem adventum procul dubio retulit ; qui tanquam Deum judicare, tanquam hominem autem, assumpta servi persona, *gregem suum*, quia pastor bonus est, *pascere* debere videat. Divinitatem porro *brachium* volunt intelligi, quo dicitur *agnos congregaturus*, *et prægnantes consolaturus* ; ut *agnorum* nomine eos intelligas, qui recenter in Christo nati sunt, quos ob id *agniculos* Aquila nuncupavit. Possit et hac voce recens populus designari. 446 Non enim arietes, aut hircos, aut oves adultas dixit, de quibus alius in hunc modum propheta loquitur : « Hæc dicit Dominus : Ecce ego judico inter ovem et ovem ; inter arietes et hircos [62]. » Et : « Nonne sufficit vobis, quod bona pascua attondetis ; nisi reliqua etiam pedibus vestris conculcetis ? quod aquam stantem et limpidam bibitis ; nisi reliquam pedibus vestris turbetis [63] ? » Et iterum : « Ecce ego judico inter ovem validam ; vestris lateribus et pedibus protundebatis, et cornibus vestris feriebatis, et invalidam affligebatis [64]. » Atque hinc est, quod pastores eorum idem accusat his verbis : « O pastores Israel, num pascunt pastores seipsos ? num oves a pastoribus pascuntur ? Ecce lac comedite ; velleribus induimini [65]. At quod pingue est jugulatis ; et oves meas non pascitis. » Quoniam igitur oves infectæ pastorum improbitate petulantes evaserant, pastoribus ipsis exsilium minitatur, his verbis : « Et avertam vos, ne pascatis oves meas [66]. » Deinde colligit : « Ecce ego requiram oves meas [67]. » . . . . propheta

[56] Matth. xvi, 27. [57] Joan. xii, 24. [58] ibid. 32. [59] Hebr. xii, 2. [60] Philipp. ii, 9, 10. [61] Psal. lxxxv, 9. [62] Ezech. xxxiv, 17. [63] ibid. 18. [64] ibid. 20, 21. [65] Ezech. ii, 3. [66] ibid. 19. [67] ibid. 10.

A *multa gloria, et in robore fortitudinis, nihil te latet.* Dictum est enim alicubi : « Numerabiles sunt ei guttæ pluviæ [68]. »

447 Vers. 26-31. *Non enim dicas, Jacob, et quid locutus es, Israel? Abscondita est via mea a Deo, et Deus meus judicium abstulit, et recessit, et nunc nescis? Si non audisti, Deus æternus, Deus qui fabricatus est terminos terræ non esuriet, non laborabit, neque erit investigatio sapientiæ ipsius,* etc.

448 Ita Symmachus : *Propter quid dicis, Jacob, et loqueris, Israel?* eique reliquorum consentit interpretatio. Verum absoluto de Deo sermone, eis jam succenset, qui e priore populo sua opera Deum non intueri arbitrabantur. Putas te, si lateas, inquit, *Dei judicio* minime subjacere, quamvis nuper in robore fortitudinis nihil eum latere audieris. Verum tanquam illud antea nec *noveris* ipse, nec *audiveris*, disce jam : id est, si tu, nisi audias, ignorare te dicis, etiam simulationem tuam admittens, dicam. Respondebis nimirum, ignorare te. Atqui, *si nescis, audi* nunc *Deum esse æternum*, neque cœlum modo, sed *terram* universam quoque complecti. Quomodo itaque ipsum latere queas? Sed ubi, *non laborabit*, habemus, alii, *minime dissolutus est*, interpretantur. Rursum, præterquam quod nullam unquam *infirmitate laborat*, neque humanum quid patitur, ea etiam, quæ comprehendi nequit, cognitione præditus est, per quam ad singula usque ejusdem providentia excurrens, pauperes aliquando bene habentes reddit, luxu autem et opibus diffluentes doloribus et curis vitæ hujus multat. Immittit vero et iis etiam, qui sunt in flore ætatis, *virium imbecillitatem* per morbos : cum, qui sævientibus adversariis Deum in martyriis et persecutionibus *exspectant*, quantumvis in hac vita *infirmiores fiant*, ea rerum mutatione mox beentur, ut liberi in cœlum evolent. Est enim altivolans *aquila*; et adversus solis radios oculorum aciem intendit, naturæque senium exuit, juxta illud : « Renovabitur ut aquilæ juventus tua [69]. » — « Operatur namque patientia probationem; probatio autem spem; spes autem non confundit [70]. » Itaque *commutatis viribus* vitam istam cum immortali commutabunt, et in angelicam transibunt. Eos enim *aquilarum* facta mentione, cum cœlestibus potestatibus comparat; quas *alatis* persimiles efficit. Atque inde est profecto, quod quæ in aquis degunt, si *primas* habeant, munda esse censemus [71]. Sic ergo 449 et in hac vita singulorum quoddam *judicium est*; ut in futura, universorum; etiam si minime ita esse arbitreris, o Israel : indeque ista tibi, reliquisque gentibus congrua denuntio.

A . . . . προφήτης. Ἀπὸ *πολλῆς δόξης καὶ ἐν κράτει ἰσχύος οὐδέν σε ἔλαθεν*. Εἴρηται γὰρ ἀλλαχοῦ · « Ἀριθμηταί εἰσιν αὐτῷ σταγόνες ὑετοῦ. »

κς-λα'. *Μὴ γὰρ εἴπῃς, Ἰακὼβ, καὶ τί ἐλάλησας, Ἰσραὴλ, ἀπεκρύβη ἡ ὁδός μου ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ Θεός μου τὴν κρίσιν ἀφεῖλε, καὶ ἀπέστη, καὶ νῦν οὐκ ἔγνως; Εἰ μὴ ἤκουσας, Θεὸς αἰώνιος, Θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς, οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει, οὐδὲ ἔστιν ἐξέρευσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ*, κ. τ. λ.

Ὁ Σύμμαχος · *Διὰ τί λέγεις, Ἰακὼβ, καὶ λαλεῖς, Ἰσραήλ;* καὶ οἱ λοιποὶ συμφώνως. Μετὰ δὲ τὴν ἀποδοθεῖσαν θεολογίαν, ἐπιτιμᾷ τοῖς μὴ νομίζουσι τὰς ἑαυτῶν πράξεις ἐφορᾷν τὸν Θεὸν, ἐκ τοῦ προτέ-B ρου λαοῦ. Νομίζεις, φησὶ, λανθάνων μὴ ὑποκεῖσθαι *κρίσει Θεοῦ*, καίτοι ἀρτίως ἤκουες πρὸς Θεὸν εἰρημένον, Ἐν κράτει ἰσχύος οὐδέν σε ἔλαθεν. Πλὴν εἰ καὶ μὴ πρότερον *μήτε ἔγνως, μήτε ἤκουσας*, μάθε νῦν · ἤγουν, εἰ δὲ φῇς μὴ γινώσκειν, εἰ μὴ ἀκούσειας · τῇ σῇ προσποιήσει συντρέχων ἐρῶ. Ἤγουν, ἐρεῖς ὡς οὐκ ἔγνως. Οὐκοῦν, *εἰ μὴ ἤκουσας*, ἴσθι ὡς *ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος*, οὐ μόνον οὐρανὸν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν συνέχει *τὴν γῆν*. Καὶ πῶς δυνήσῃ τοῦτον λαθεῖν; Ἀντὶ δὲ τοῦ, *οὐ κοπιάσει, οὐκ ἐξελύθη*, φασὶν οἱ λοιποί. Πρὸς τῷ δὲ μὴ *ἀσθενεῖν*, μηδέ τι ἔχειν ἀνθρώπινον καὶ ἀκατάληπτον ἔχει τὴν γνῶσιν, δι' ἧς μέχρι καὶ τῶν κατὰ μέρος ἡ τούτου διέρχεται πρόνοια, εὐεκτεῖν μὲν ἔσθ' ὅτε ποιοῦσα τοὺς πένητας, τὴν δὲ τρυφὴν C τῶν ἐν πλούτῳ κολάζουσα λύπῃ καὶ φροντίσι βιωτικαῖς. Ἐπιβάλλει δὲ καὶ τοῖς ἐν ἀκμῇ τὴν ἐξ ἀῤῥωστημάτων *ἀσθένειαν* · ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων οἱ Θεὸν ἐν μαρτυρίαις ἢ διωγμοῖς *ὑπομείναντες*, κατὰ τὴν παροῦσαν *ἀσθενοῦντες* ζωὴν, τοσαύτης ἀξιοῦνται μεταβολῆς, ὡς ἐλευθέρους προσαναπτῆναι πρὸς οὐρανόν. Ὁ γὰρ *ἀετὸς* ὑψιπέτης ἐστὶ, καὶ ἀντωπεῖ ταῖς τοῦ ἡλίου μαρμαρυγαῖς, γῆράς τε τὸ φυσικὸν ἀποδύεται κατὰ τό · « Ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου. » — « Κατεργάζεται γὰρ ἡ μὲν ὑπομονὴ δοκιμήν · ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα · ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. » Διὸ καὶ *τὴν ἰσχὺν ἀλλάξουσι* τὸν θνητὸν βίον μεταβαλόντες, καὶ εἰς ἀγγελικὴν μεταστάντες ζωήν. Διὰ γὰρ *τῶν ἀετῶν*, ταῖς οὐρανίοις αὐτοὺς ἀπεικάζει δυνάμεσιν, ἃς *πτερωτοῖς* ἀφωμοίωσεν. Διὰ D τοῦτο ἄρα καὶ τῶν ἐν ὕδασι καθαρὰ *τὰ πτερύγια*. Οὕτως ἄρα κἂν τῷ παρόντι βίῳ μερικὴ *κρίσις ἐστὶ*, καὶ καθολικὴ ἐν τῷ μέλλοντι, κἂν μὴ τοῦτο σὺ νενόμικας, Ἰσραήλ. Διὸ σοὶ μὲν ταῦτα, τοῖς δὲ λοιποῖς ἔθνεσι κατάλληλα προσφωνῶ.

CAP. XLI.

Vers. 1-7. *Innovamini ad me, insulæ. Principes enim mutabunt potentiam; accedant et loquantur simul; tunc judicium annuntient. Quis suscitavit de oriente justitiam? vocavit eam ad pedes suos, et*

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

α-ζ'. *Ἐγκαινίζεσθε πρός με, νῆσοι. Οἱ γὰρ ἄρχοντες ἀλλάξουσιν ἰσχύν. Ἐγγισάτωσαν, καὶ λαλησάτωσαν ἅμα, τότε κρίσιν ἀναγγειλάτωσαν. Τίς ἐξήγειρεν ἀπὸ ἀνατολῶν δικαιοσύνην, ἐκάλε-*

[68] Eccli. I, 2. [69] Psal. CII, 5. [70] Rom. V, 5. [71] Levit. XI, 1 seqq.

σεν αὐτὴν κατὰ πόδας αὐτοῦ, καὶ πορεύεται· A Δώσει ἐναντίον ἐθνῶν, καὶ βασιλεῖς ἐκστήσει. Καὶ δώσει εἰς γῆν τὰς μαχαίρας αὐτῶν, καὶ ὡς φρύγανα ἐξωσμένα τὰ τόξα αὐτῶν, καὶ διώξεται αὐτούς, κ. τ. λ.

Ἐγκαινίζεσθε πρός με, νῆσοι, ἀνθ' οὗ Σύμμαχος μὲν, *Δουλεύσατε*, φησὶν, *ἐπ' ἐμοῦ, νῆσοι*, Ἀκύλας δὲ καὶ Θεοδοτίων, *Κωφεύσατε πρός με. Σιγᾷν* γὰρ αὐταῖς ἐκέλευσεν, ὡς ἂν ἐπήκοοι γένοιντο θείας ὁμιλίας καὶ σωτηρίου κηρύγματος, *νήσους* λέγων τὰς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας ἣ [m] ἁλμυρὰ τοῦ βίου περιέχει κακία, καὶ τῶν ἐπανισταμένων τὰ κύματα. Ἀλλ' εἰσὶν ἀσφαλεῖς, ὡς ἐπὶ πέτραν βαίνουσαι, τὸν Χριστόν. Διὸ οὐ σαλεύονται. Ἄνω δὲ *τοὺς ὑπομένοντας Κύριον τὴν ἰσχὺν ἀλλάξειν* εἰπὼν, ἐνταῦθα λέγει, B *Ἄρχοντες*, ἤγουν ἔθνη, ἀλλαξάτωσαν ἰσχὺν, κατὰ Σύμμαχον (ὅπερ [n] *τοῖς ὑπομένουσι Κύριον* τοῦτο νήσοις ἐπιτάττων καὶ ἔθνεσιν), ὡς ἂν ἐπὶ τὸ κρεῖττον τὴν ἀπὸ χείρονος ἰσχὺν μεταβάλοιεν. Τινὲς δέ φασιν ὡς ἔσθ' ὅτε *νῆσοι* καλοῦνται πόλεις καὶ κῶμαι, πλατεῖαν ἔχουσαι κύκλῳ γῆν ἀνήρωτον καὶ κεχερσωμένην, οἵας τὰς Ἰδουμαίων εἶναί φασι, καὶ Μωαβιτῶν, ὡς ἐν ἐρήμῳ κειμένας, αἷς προσφωνεῖ παράδειγμα λαβὼν αὐτὰς τῆς τῶν ἄλλων εἰδωλολατρῶν μανίας, τὴν τῶν ἐθνῶν πρόσληψιν ἐκ μέρους δηλῶν, ἃ βούλεται πρὸς καινότητα μεταβῆναι ζωῆς τὴν παλαιώσασαν αὐτὰ καταλείψαντα πλάνην, ἵνα γένωνται παρθένος ἁγνὴ, μὴ ἔχουσαι σπίλον ἢ ῥυτίδα. Ὧν *οἱ ἄρχοντες ἀλλάττουσι τὴν ἰσχὺν*, ὡς τῶν ἐν νόμῳ κρείττους γενόμενοι, καὶ καθάπαξ δυνάμει C πνευματικῇ διαφέροντες. Τινὲς δέ φασιν ὡς ψυχαῖς παλαιωθείσαις ἐν ἡδοναῖς τὰς ψυχικὰς αὐτῶν ἀναλαβεῖν συμβουλεύει δυνάμεις, ἀπονιψαμένας τὸ τῶν παθῶν ἁλμυρὸν, τοῦτ' ἔστι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν νέον ἐνδυσαμένας, κατὰ τὸ Παύλῳ δοκοῦν. Εἶθ' ἑξῆς φησιν· *Ἐγγισάτωσαν καὶ λαλησάτωσαν ἅμα*, τὰ ἔθνη καλῶν πρὸς ἑαυτὸν ὁ Θεὸς, καὶ ταῦτα λέγειν τε καὶ φρονεῖν ἐν Ἐκκλησίᾳ διδάσκων, κεκριμένως τε τὸ Χριστοῦ καταγγέλλειν μυστήριον. Τῶν γὰρ ἐξ Ἱερουσαλὴμ *κρίσιν* ὀνομαζόντων τὸν νόμον, ἀντεξάγων αὐτῷ τὸ σωτήριον κήρυγμα *κρίσιν* ἐκάλεσεν. Οὐ γὰρ δικαιοσύνης ἔχει σκιὰν, ἀλλὰ τὴν ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίαν, ἣν οἱ νέοι παρὰ Χριστοῦ μαθόντες διδάσκουσιν *ἄρχοντες*, βούλησιν οὖσαν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατέρος. D

Τινὲς δέ φασιν, ὡς τὸν περὶ *κρίσεως* λόγον βούλεται τὰ ἔθνη μαθόντα καὶ ἑτέροις *ἀπαγγέλλειν*, γνῶναί τε *τίς ἐξήγειρεν ἀπὸ ἀνατολῶν δικαιοσύνην. Δικαιοσύνης* γὰρ ἔργον τὸ μὴ μόνον Ἰουδαίους, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐθνῶν ἐπιγνῶναι τὸν Κύριον. Ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος καὶ τὸν Χριστὸν *δικαιοσύνην* καλεῖ λέγων· «Ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις.» Οὕτω δὲ καὶ τὸν εὐαγγελικὸν καλεῖ λόγον, λέγων· Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον δύναμίν τε καλέσας Θεοῦ

vadet. *Dabit in conspectu gentium, et reges obstupescere faciet: et dabit in terram gladios eorum, et sicut cremium arcus eorum, et persequetur eos*, etc.

Innovamini ad me, insulæ; pro quibus Symmachus, *Servite mihi insulæ;* Aquilas autem et Theodotio, *Tacete apud me*, transtulerunt. *Tacere* enim eas jubet, ut sermoni et salutari prædicationi so attentas præbeant; *insularum* nomine, conflatas e gentibus Ecclesias intelligens, in quas hujus vitæ nequitia, tanquam maris salsilago, undis et fluctibus undique insurgit. Sed tutæ illæ sunt; quæ Christo lapidi innixæ, commoveri non valeant. At superius, cum eos, *qui Dominum exspectant, potentiam mutaturos* esse dixisset, nunc *principes*, id est gentes, secundum Symmachum (tanquam *Dominum exspectantes* insulas et gentes alloquatur), idipsum facere, id est ab imbecilliori virtute ad potiorem transire imperat. Aiunt nonnulli *insularum* appellatione civitates et pagos aliquando, qui vastis incultisque terris ambiantur (quales in Idumæorum et Moabitarum solitudine esse dicuntur), intelligi, quos velut in exemplum cæterorum idololatrarum assumit, ut gentium assumptionem ex parte indicet, quas errore veteri relicto, ut virgo pura, omni labe, omnique ruga carentes evadant, ad vitæ novitatem transire significat, *principesque* ipsos, tanquam iis, qui legem sequuntur, superiores, et omnino virtute spirituali præstantiores evaserint, *potentiam commutare*. Censent alii animas, quæ se diu voluptatibus exhauserint, ad vires sibi reparandas, affectionumque salsilaginem eluendam, id est ad veterem hominem, secundum Paulum [78], exuendum, novumque induendum adhortari. Addit vero deinceps, *accedant, et loquantur simul*, quasi gentes ad seipsum vocatas eadem in Ecclesia dicere et sapere, judicioque adhibito Christi mysterium annuntiare Deus moneat. Quia enim legem *judicii* nomine Hierosolymitani nuncupabant, in ejus locum salutis **450** promulgationem substituens, eamdem *judicium* vocavit, quæ non justitiæ umbram, sed veram Dei in judicando rationem complectitur, quam a Christo acceptam (quia Dei et Patris voluntatem habeat) novi *principes* profitentur.

Putant alii postulare, ut quæ de *judicio* gentes didicerunt, aliis etiam ipsæ *annuntient*, utque *quisnam ab oriente justitiam suscitavit*, agnoscant. Fore enim *justitiæ* opus, si non Judæi tantum, sed reliquæ gentes etiam Domini cognitionem adipiscatur. Quin et beatus Apostolus Christum ipsum *justitiam* nuncupavit, dum ait, «Qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio [79].» Sic et idem Evangelicum sermonem appellat, dum se Evangelium non erubescere pro-

[78] Coloss. III, 9, 10. [79] I Cor. I, 30.

VARIÆ LECTIONES

[m] γρ. ἃς. [n] γρ. ὥσπερ.

fessus, virtutem Dei idipsum esse adjicit, in quo justitia ejus reveletur, qui ipsam *ab oriente*, ut lucem sequentibus præbeat, *excitavit, et dedit in conspectum gentium*, unde tumultuantes primum reges in eos, qui eam haberent, persecutionem quidem movere, sed ab eadem, auxiliante Deo, vinci et superari contigit. Ipse enim hosticas eorum machinas, tanquam *cremium* disperdidit *viamque* complanavit, *in pace pedes ejus transirent, qui justitiam ab ipso generationum principio vocavit*, per quam nos postremis tandem sæculis corruptione diabolique aviditate et fraude liberatos, per fidem denique illuminatos, cum in tenebris versaremur, justificavit, qui per prophetam dicit: « Et exorietur vobis, qui nomen meum metuitis, Sol justitiæ[7*-8]. » Ipse igitur *eam vocavit*, ut iis, qui in terra degunt, appareret: id est, veniendi auctor fuit, ut secundum viam ejus, qui vocavit, ambularet. Dei enim Patrisque vestigiis insistebat, qui ejus opera adimplens, sua illum natura, cui æqualis est, exprimeret. Unde ait: « Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere [9], » et quæ sequuntur. Deinde, cum voluntati ejus obsequeretur, vel potius, cum ipse Patris voluntas exsisteret, ita Judæos alloquebatur: « Vos secundum **451** carnem judicatis: ego autem non judico quemquam. » Et, « si judico ego, judicium meum verum est, quoniam non quæro voluntatem meam, sed ejus qui misit me [10], » quod eodem *pede* cum Patre pergere vere dixeris, cum scribatur, « Ego in Patre, et Pater in me est [11]. » Et: « Qui videt me, videt et Patrem [12]. » Quibus omnibus eos, qui a principio in hujus sæculi tenebrarumque principis potestatem venerant, ejusdem tyrannide *liberavit*; quos ad tantam vitæ commutationem *obstupescentes* reges dicere valeas; qui intueantur, ut ipsi ciciderant, *ut cremio* similes evaserant; ut omnis denique mali operis ratio propter direptam per Christum adversarii supellectilem elanguerat. « Non enim proficiet, inquit, adversarius in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei [13]. »

Fugatis ergo pulsisque adversariis, *via pedum ejus facta est in pace*. Nihil enim ipsi, quominus ea, quæ ad nos spectant, administraret esse impedimento potuit. Ille igitur ait: Ego sum, qui novissima tempestate *justitiam* demonstravi; *qui eam a generationibus antiquis vocavi*. Christi siquidem mysterium ab ipsa mundi origine; quoque modo lapsum Adami reparare deceret, præsciverat. Nec mirum, quando et eorum etiam, qui salvi per fidem futuri sunt, vocationem præscivit. « Quos enim præscivit, ait, et prædestinavit conformes fieri imagini Filii sui, eosdem et vocavit [14]. » Multo magis igitur et ille præcognitus est, qui salvator esse debuit. Ita autem dixerunt nonnulli: ipse quidem est, qui Cyro etiam robur adversus

A ἐπάγει· Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται. Ὃς καὶ *ἐξ ἀνατολῶν αὐτὴν ἤγειρε* τοῦ φωτὸς εἰς τὸ ἕπεσθαι αὐτῷ, *δοὺς αὐτὴν τῶν ἐθνῶν ἐναντίον*, ὡς θορυβηθῆναι τὰ πρῶτα τοὺς αὐτῶν βασιλεῖς διωγμοὺς τοῖς ἔχουσιν αὐτὴν ἐπεγείραντας, ἡττηθῆναι δὲ πρὸς ταύτης ὑπερμαχοῦντος Θεοῦ. Αὐτὸς γὰρ τὰ πολεμικὰ τούτων *φρυγάνων* δίκην ἠφάνισεν, *ὁδὸν* ὁμαλίσας, ὡς *ἐν εἰρήνῃ διελθεῖν τοὺς πόδας αὐτοῦ, τὴν δικαιοσύνην ἀπὸ γενεῶν καλέσας ἀρχαίων*, δι' ἧς ἐπ' ἐσχάτων ῥυσάμενος ἡμᾶς ἀπὸ τῆς φθορᾶς, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας, ἐδικαίωσε διὰ πίστεως φωτίσας ἐσκοτισμένους διὰ προφήτου λέγων· « Καὶ ἀνατελεῖ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου ἥλιος δικαιοσύνης. » Αὐτὸς οὖν *ἐκάλεσεν αὐτὴν* ἐμφανισθῆναι τοῖς ἐπὶ γῆς, τοῦτ' ἔστιν B ἐλθεῖν παρεσκεύασε, ὡς καὶ πορεύεσθαι κατὰ πόδα τοῦ κεκληκότος. Κατ' ἴχνος γὰρ ἐβάδιζε τοῦ Θεοῦ καὶ Πατέρος, τὰ ἐκείνου ἔργα πληρῶν, ἐν ἰδίᾳ τε τοῦτον φύσει δεικνύς. Ἦν γὰρ ἴσος αὐτῷ. Διό φησιν· « Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατέρος μου, μὴ πιστεύετέ μοι, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τῇ αὐτοῦ δὲ θελήσει ἀκολουθῶν, μᾶλλον δὲ θέλησις ὢν τοῦ Πατέρος, ἔλεγεν Ἰουδαίοις· « Ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα. » Καί· « Ἐὰν κρίνω ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστὶν, ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, » ὅπερ ἐστὶ *κατὰ πόδα* χωρεῖν τοῦ Πατέρος, ὅθεν ἔλεγεν· « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατέρι, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. » Καί· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Δι' ὧν ἁπάντων, τοὺς ἐξ C ἀρχῆς καταδυναστευθέντας ὑπὸ τῶν κοσμοκρατόρων τοῦ σκότους τούτου τῆς τυραννίδος *ἀπήλλαξεν*· οὓς εἴποις ἂν βασιλέας *ἐξεστηκότας* ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ τοῦ βίου μεταβολῇ, τὴν πτῶσιν ὁρῶντας τὴν ἑαυτῶν, καὶ ὡς *φρυγάνοις* ἴσοι γεγόνασιν, καὶ πᾶς αὐτῶν κακουργίας ἠσθένησε τρόπος, Χριστοῦ τὰ σκεύη αὐτῶν διαρπάσαντος. « Οὐ γὰρ ὠφελήσει, φησὶν, ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτόν. »

Τῶν οὖν ἐχθρῶν δεδιωγμένων, ἡ *ὁδὸς τῶν ποδῶν αὐτοῦ γέγονεν ἐν εἰρήνῃ*. Γέγονε γὰρ οὐδὲν ἐμποδὼν οἰκονομοῦντι τὰ καθ' ἡμᾶς. Ἐγὼ τοίνυν, φησὶν, ὁ ἐν ἐσχάτῳ καταδείξας καιρῷ *τὴν δικαιοσύνην*, D *κεκληκὼς δὲ αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχαίων*. Τὸ γὰρ Χριστοῦ μυστήριον ἀπὸ κόσμου προέγνω καταβολῆς, καὶ πῶς δέοι τὴν Ἀδὰμ γενέσθαι διόρθωσιν. Καὶ οὐ θαυμαστὸν, ὅπου καὶ τῶν σωζομένων τὴν διὰ πίστεως προέγνωκε κλῆσιν. « Οὓς γὰρ ἔγνω [*], φησὶ, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τούτους καὶ ἐκάλεσεν. » Οὐκοῦν πολλῷ μᾶλλον ὁ σώσων προέγνωστο. Τινὲς δὲ οὕτως εἰρήκασιν· Αὐτὸς γάρ [P] ἐστιν ὁ καὶ Κῦρον ἐνισχύσας, κατὰ πάντων ἐθνῶν, ὃν καὶ *δικαιοσύνην* ἐνταῦθα καλεῖ, ἐλευθερώσαντα μὲν τὸν Ἰσραὴλ, ἐκ δὲ τῆς περὶ αὐ-

[7*-8] Malach. IV, 2. [9] Joan. XIV, 37. [10] Joan. VIII, 15, 16. [11] Joan. X, 10. [12] ibid. 9. [13] Psal. LXXXVIII 23. [14] Rom. VIII, 29.

VARIÆ LECTIONES.

[*] γρ. προέγνω. [P] Ισ. μέν.

τοῦ προῤῥήσεως κατειληφότα τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. A Καὶ ὡς βουλήσει [Θεοῦ] τὸ κατὰ τῶν ἐθνῶν ἀνεδήσατο κράτος ἴσα *φρυγάνοις* ἁλόντων, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἄγειν ἀναγκασθέντων εἰρήνην. Εἴρηται μὲν οὖν ὁ Κῦρος *δικαιοσύνη* διὰ ταῦτα, καὶ ὅτι *δικαίως* αὐτὸν *ἐπήγειρε* Βαβυλῶνι. Ὁ δὲ καλῶν [q] τοῦδε συμπεράσματος *τῆς δικαιοσύνης* ἐν τῷ Κύρῳ μὴ ἱσταμένου ἐπὶ τὴν αὐτοδικαιοσύνην Χριστὸν ὁ λόγος ἀνάγεται, ὡς καὶ οἱ πονηροὶ *βασιλεῖς* ἐν τῇ Γραφῇ ἐπὶ τὸν ἀρχέκακον ἀνάγονται δαίμονα, τῆς ἀκράτου κακίας ἐν ἀνθρώπῳ μὴ χωρουμένης.

omnes gentes suppeditavit; quem et hic *justitiam* appellat: partim, quod Israelem in libertatem asseruit; partim etiam, quod ab edita de se prædictione virtutem Dei consecutus est. Deinde etiam, quod voluntati divinæ vires suas contra gentes alligavit, quas *cremio* similes expugnavit, pacemque potere coegit. Est igitur propter eas causas *justitia* Cyrus appellatus. Deinde etiam, quod *juste* adversus Babylonem sit *excitatus*. Quæ porro ab illa *justitiæ* perfectione, quæ in Cyro non habetur, ad Christum **452** vere justitiam nos vocat oratio; primum mali auctorem dæmonem (cum summa in hominem malitia non cadat) per malos *reges* significari innuit.

Περὶ δὲ τῶν μελλόντων, ὡς γεγονότων φησί· *Τίς ἐνήργησε καὶ ἐποίησε ταῦτα;* δεικνὺς ὡς ἅπερ B ὥρισε γενέσθαι Θεὸς, οὕτως ἔσται, ὡς ἤδη γενόμενα· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν διαπεσεῖται μὴ πρὸς ἔργον ἀχθέν. Τὸ δὲ πρὸ πάντων εἶναι ἄναρχόν τε καὶ ἀτελεύτητον ὄντα δεικνὺς, *Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος*, φησὶ, καὶ μετὰ ταῦτα. Αὐτὸς γὰρ ὁ καὶ τοῖς ἐξ ἀρχῆς θεοφιλέσι γνωσθεὶς, καὶ ὁμ [ὁ μετὰ τὸν] πρότερον λαὸν τῇ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίᾳ πεπιστευμένος. Ὅθεν ἐπήνεγκεν· *Ἴδοσαν ἔθνη, καὶ ἐφοβήθησαν*. Ἢ ὅτι οὕτω διέθηκα τὸν Ἀσσύριον, ἐπαναστήσας αὐτῷ Κῦρον, ὡς ἀνόνητα γενέσθαι βοηθεῖν ἐκείνῳ βουλόμενα, καὶ τῆς τῶν εἰδώλων ἀσθενείας καταβοᾷν, τοῦ Θεοῦ τὸ κράτος θαυμάζοντα· ἢ ὅτι τῆς προτέρας ἀβλεψίας παυσάμενα, ἔγνωσαν τὸν εἰρηκότα· *Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος καὶ εἰς τὰ ἐπερχόμενα*. Καὶ *ἰδόντα ἐφοβήθησαν* ἐν ἀρχῇ C γενόμενα σοφίας. « Ἀρχὴ γὰρ σοφίας φόβος Κυρίου. » Καὶ μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν βαρβαρωτάτων διῆλθε τὸ κήρυγμα, καὶ τῆς θεογνωσίας *ὁ φόβος* κατὰ τό· *Ἐγγισάτωσαν, καὶ λαλησάτωσαν ἅμα*. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἐκελεύοντο ἀπαντᾷν καὶ λαλεῖν, δηλονότι δοξάζειν Θεόν· ἐνταῦθα δὲ, *Ἤγγισαν, καὶ ἦλθον ἅμα κρίνων ἕκαστος τῷ πλησίον βοηθῆσαι*. Σώζειν γὰρ οἱ θεοφιλεῖς μεθ' ἑαυτῶν καὶ *τοὺς πλησίον* ἐπείγονται, ἀγάπης αὐτοὺς νόμῳ τῆς ἀπιστίας ἐξέλκοντες, λέγοντες ὡ; Καὶ ἡμεῖς ποτε ἦμεν τέκνα ὀργῆς, εἰδωλολατρείᾳ προσκείμενοι, νῦν δὲ τὸν ὄντως ἐγνωκότες Θεὸν διεσώθημεν, τῆς τῶν εἰδώλων ἀσθενείας κατεγνωκότες δεομένων τοῦ πρὸς στάσιν στηρίζοντος, ὅπερ οὐκ ἔχουσιν οἴκοθεν· ἀλλ' οὐδὲ σταθέντα κινεῖσθαι δυνήσεται. Καὶ πῶς ἔτι ταῦτα D θεοί;

Deinde, de futuris, tanquam præteritis, loquitur, cum ait: *Quis operatus est, et fecit hæc?* ostendens nimirum, ea, quæ semel fieri Deus statuerit, æque certa esse, ac si jam facta sint; neque eorum quidquam, quod non in opus redigatur, prætermissum iri. Deinde, ut ante omnia exsistere, principioque et fine carere demonstraret, *Ego Deus primus*, et quæ sequuntur, addidit. Idem enim est, et qui Deo commendatis piisque hominibus initio cognitus; et qui priore rejecto populo gentium Ecclesiæ creditus est. Atque inde est, quod adjecit: *Viderunt gentes, et timuerunt;* vel quod ita per se sit acceptus Assyrius, qui Cyrum in eumdem insurgere fecerit; ut vanum et inutile fuisse demonstret gentium earum auxilium, quæ ferre voluerunt; Deique potentiam admiratas, adversus idolorum imbecillitatem vociferatas esse: vel quod priore cæcitate liberatæ, quæ dicta sunt: *Ego Deus primus, et in ea quæ ventura sunt* ita habere repererunt. Quod ut in ipso sapientiæ principio *viderunt*, *timuerunt*. « Initium enim sapientiæ, scribitur, timor Domini [14]. » Deinde ad extremos orbis usque limites, et gentes maxime barbaras, ipsa Evangelii promulgatio, divinæque cognitionis *timor* (sicut verbis istis: *Accedant, et loquantur simul*, innuitur), penetrarunt. At ibi quidem, obviam ire, et loqui, id est, Deum laudare jubebatur: hic autem, *accessisse, et venisse simul judicans unusquisque, ut proximo auxilietur*, dicuntur. Servare enim secum *vicinos* etiam qui pii sunt, conantur: cum dilectionis norma provocati, ab infidelitate eosdem eripiunt; memores se etiam aliquando filios iræ exstitisse [15], et idololatriæ incubuisse, nunc autem Deum vere agnoscentes, et salutem consecutos, idolorum imbecillitatem damnare; quæ non alio solum ad statum sibi confirmandum, quem a se non habent, **453** egeant: sed cum steterint, ne moveri quidem valeant. Qui igitur adhuc ista, dii esse queant?

Ταῦτα δὲ ἦν ἅπερ ἔλεγεν ἄνω· *Λαλησάτωσαν ἅμα*, μετὰ τὸ *ἐγγίσαι*, μηκέτι διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὄντες μακρὰν, οἰκειότητα δὲ λαβόντες πνευματικά [r]. Γευσάμενοι γὰρ συνῆκαν ὅτι Χριστὸς ὁ Κύριος, καὶ τὸ κάλλος τῆς ἀληθείας ἰδόντες, οὐχ ἑαυτοῖς καὶ μόνοις ἐτήρησαν διδάσκοντες ἑτέρους, ὡς *ἴσχυσε τέκτων ἀνὴρ καὶ χαλκεύς*. Πῶς δὲ *ἴσχυσαν;* Ὁ

Atque hæc erant, quæ superius volebat, cum diceret: *Loquantur simul* postquam *accesserunt;* id est, postquam sublata peccati distantia, familiaritatem inter se spiritualem inieruut. Statim enim atque eam degustarunt, Christum Dominum agnoverunt, veritatisque pulchritudinem contemplati, non eam sibi tantum reservarunt, sed aliis

[14] Psal. cx, 10. [15] Ephes. ii, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[q] γρ. ἀπό. [r] γρ. πνευματικήν.

potiores artifices et ærarios evasisse docuerunt. Sed qui tandem *potiores?* Quia confecto quidem et insculpto arte sua idolo alius; alius autem mallei ope fabricata statua, deceptos homines in reprobum sensum rapuerunt, dum sua eos opera, qui ad imaginem Dei creati essent, adorare compulerunt; idipsum, quod a se confectum erat, *solidationem bonam*, tanquam bene suis partibus aptam et cohærentem, appellantes. At sunt qui totam priorum verborum seriem in hunc modum explicarunt. Postquam satis de gentium vocatione disseruit, ad Israelitas sermonem traducit. Cum enim in lapide offensionis offendissent, et a salute longe abessent, post legis umbram inducta per fidem est gratia. Murmurabant autem dicentes : *Abscondita est via mea a Deo*, id est : Non amplius legis cultum amplectitur; sed *a me judicium abstulit et recessit*, id est, legem cessare fecit. Sic enim et David cecinit : « Judicium et justitiam in Jacob fecisti [16]; » quod idem plane est, ac si legem eum per Mosen sanxisse dicat. Quin et Moses ipse in hunc modum scribit : « Et dedit ei judicia legis. » Umbrarum deinde, quibus olim involvebatur, scopus præfigebatur Christus, ut ipse docet, his verbis : « Si crederetis Mosi, et mihi etiam crederetis [17]. » Ad hæc, prophetarum sermones longe ante futurum Christi mysterium, quod ipsa Mosaicæ legis exceptura esset œconomia, denuntiarunt. Verum, tanquam *non audieritis*, dicam : *Deus non esuriet*. Neque enim mihi tanquam indigerem, legis cultum et sacrificia exhibuisti; juxta illud : « Non vescor taurorum
454 carnibus, aut hircorum bibo sanguinem [18]. » Qui possum ego istis indigere, qui sum *æternus*, nulli corruptioni, nulli denique, more hominum, passioni obnoxius? Sed tecum ita ratiocinaris, inquit : Si veteribus præstant, quæ nova sunt; quid omnino priores ferre leges opus fuerat? num tunc doceri satius, quæ nunc promulgantur? At ignoras divinæ sapientiæ œconomiam, cujus cognitione præditus Apostolus, legem introduci, ut peccatum abundaret, affirmavit [19] : deinde, conclusisse Scripturam omnes sub peccato, ut omnium misereretur.

A μὲν συνθεὶς καὶ διαγλύψας εἴδωλον τέχνῃ τεκτονικῇ, ὁ δὲ ποιήσας ἀνδριάντα σφυρήλατον, ἀπεκόμισαν τοὺς ἠπατημένους εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιήσαντες τῶν ἰδίων ἔργων προσκυνητὰς τοὺς κατ' εἰκόνα γεγονότας Θεοῦ, ἐπαινοῦντες τὸ ἔργον, καὶ *σύμβλημα* καλοῦντες *καλόν*, ὡς καλῶς ἐκ τῶν ἰδίων ἡρμοσμένον μερῶν. Τῆς δὲ πάσης ῥήσεως τὰ πρῶτά τινες οὕτως ἑρμήνευσαν· Περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν κλήσεως αὐταρκῶς εἰπὼν, ἐπὶ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ μεταβέβηκεν. Προσκοψάντων γὰρ αὐτῶν τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος, καὶ τῆς σωτηρίας γεγονότων μακρὰν, μετὰ τῆς κατὰ νόμον σκιᾶς, ἀντεισήχθη μὲν ἡ διὰ πίστεως χάρις. Διεγόγγυζον δὲ λέγοντες· *Ἀπεκρύβη ἡ ὁδός μου ἀπὸ τοῦ Θεοῦ*· τοῦτ' ἔστιν, οὐκέτι τῇ κατὰ νόμον προσέχει λατρείᾳ. *Ἀφεῖλε δέ*
B *μου τὴν κρίσιν, καὶ ἀπέστη*· τοῦτ' ἔστιν, ἔπαυσε τὸν νόμον. Καὶ Δαβὶδ γάρ φησι· « Κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας, » δηλονότι σὺ τὸν διὰ Μωσέως νόμον διώρισας. Καὶ Μωσῆς δέ φησι· « Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ δικαιώματα νόμου. » Πάλαι σκοπὸς δὲ αὐτῶν ὧν εἶχε σκιῶν, ἐν αἷς προετυποῦτο Χριστὸς, ὥς αὐτός φησιν· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. » Καὶ προφητῶν δὲ λόγοι τὸ μέλλον Χριστοῦ μυστήριον προκατήγγειλαν, εἰς ὃ καταντᾷν ἤμελλεν ἡ τοῦ νόμου Μωσέως οἰκονομία. Πλὴν, ὡς *μὴ ἀκηκοόσιν* ἐρῶ, ὡς *Ὁ Θεὸς οὐ πεινάσει*. Μὴ δεομένῳ γάρ μοι τὰς κατὰ νόμον προσῆγες λατρείας συμφώνως τῷ· « Μὴ φάγωμαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίωμαι; » Πῶς γὰρ ἐνδεὴς ἐγὼ τούτων, *αἰώνιος* ὑπάρχων καὶ ἄφθαρτος; ἢ πά-
C θος ἀνθρώπινον πείσομαι; Ἀλλὰ λογίζῃ, φησὶν, ὡς Εἰ κρείττω τὰ νέα τῶν πάλαι, τί ὅλως ἔδει τῆς πρώτης νομοθεσίας; μὴ τότε δὲ κηρυχθῆναι τὰ νῦν; ἀγνοεῖς γὰρ Θεοῦ σοφίας οἰκονομίαν, ἣν μαθὼν ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι Νόμος παρεισῆλθεν ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. Καὶ πάλιν· Συνέκλεισε γὰρ ἡ Γραφὴ τοὺς πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ.

Arguit igitur hominum imbecillitatem lex ipsa, non eos justificans, sed damnans, quos Christus gratia justificavit. Ipse enim est, qui, præterquam quod *non esurit*, iis etiam, qui justitiam *esuriunt* spirituale *robur* largitur [20]; sensuque destitutos immisso mœrore, vindictam peccatorum persentire facit. Solet enim ad salutem *mæror*, qui secundum Deum est, pœnitentiam operari minime pœnitendam [21] : vel certe *mærorem* eum hic intelligit, quem ab urbis expugnatione iidem percepe-runt, qui sanguis ejus super nos et super filios nostros inclamarunt [22]. Illi enim spirituali cibo destituti, infirmi evaserunt, quantumvis, antea robore præstarent : cum propter imbecillitatem, diaboli pedibus gentes calcarentur; præceptisque legalibus educati, gratia gentibus adventante,

Ἔλεγχος ἄρα τῆς ἀνθρώπων ἀσθενείας ὁ νόμος, οὐ δικαιῶν, ἀλλὰ κατακρίνων, οὓς ὁ Χριστὸς ἐδικαίωσε χάριτι. Αὐτὸς γὰρ ὁ καὶ πρὸς τῷ *μὴ πεινᾷν*, τοῖς *πεινῶσι* τὴν δικαιοσύνην *ἰσχὺν* διδοὺς τὴν πνευματικὴν, ὁ καὶ τοὺς ἀναισθήτους εἰς συναίσθη-
D σιν ἄγων ὀδυνηρὰν, ἐφ' οἷς ἁμαρτηκότες τίσουσι δίκας. Ἡ γὰρ κατὰ *Θεὸν λύπη* μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται· ἤγουν *λύπην* διδοὺς τὴν ἐκ τῆς ἁλώσεως τοῖς εἰποῦσι· Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. Οἱ καὶ τῆς πνευματικῆς ἐστερημένοι τροφῆς ἀσθενοῦσι, καί τοι πρότερον ἐῤῥωμένοι τυγχάνοντες, ὅτε τὰ ἔθνη τοῖς διαβολικοῖς ἐξ ἀσθενείας ὑποπεπτώκει ποσὶν, καὶ ταῖς ἐντολαῖς ταῖς κατὰ νόμον τρεφόμενοι, τῆς δὲ χάριτος ἐλθούσης τοῖς ἔθνεσιν, αὐτοὶ μετέστησαν εἰς λιμὸν, ὃν ἐπεσπάσαντο ἑαυτοῖς, οὐ *λιμὸν* ἄρτου, οὐδὲ

[16] Psal. XCVIII, 4. [17] Joan. V, 46. [18] Psal. XLIX, 13. [19] Rom. V, 15. [20] Matth. V, 6. [21] II Cor. VII, 9, 10. [22] Matth. XXVII, 25.

δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ *λιμὸν* τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυ- A ρίου· ᾧ μηκέτι τραφέντες *ἠσθένησαν*, λέγοντι· « Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, » καὶ τὰ ἑξῆς. Οὗ φαγόντα τὰ ἔθνη *οὐκέτι πεινᾷ*. Φησὶ γὰρ καὶ Σολομῶν· Οὐ λιμοκτονήσει Κύριος ψυχὴν δικαίαν, ζωὴν δὲ ἀσεβῶν ἀνατρέψει. *Ὑπέμεινε* γὰρ αὐτὰ *τὸν Θεὸν* τὴν ἐκ πλάνης *ἀσθένειαν εἰς ἰσχὺν* πνευματικὴν ἀλλαξάμενα, κρείττω τε γεγονότα τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν, Χριστοῦ κατισχύοντος, ὡς ἐρεῖν ψάλλοντα· « Ἰσχύς μου καὶ ὕμνησίς μου ὁ Κύριος. »

. η'-κ'. *Σὺ δὲ, Ἰσραὴλ, παῖς μου Ἰακὼβ, καὶ ὃν* B *ἐξελεξάμην σπέρμα Ἀβραὰμ, ὃν ἠγάπησα, οὗ ἀντελαβόμην ἀπ' ἄκρων τῆς γῆς, καὶ ἐκ τῶν σκοπιῶν αὐτῆς ἐκάλεσά σε, καὶ εἶπά σοι· Παῖς μου εἶ*, κ. τ. λ.

Ἀνωτέρω μὲν τῷ *Ἰακὼβ* ὁ Θεὸς ἐμέμφετο καὶ τῷ *Ἰσραὴλ*, λέγουσιν, Ἀπεκρύβη ἡ ὁδός μου ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· νῦν δὲ ἐν ἐπαίνῳ *παῖδα* καλεῖ *τὸν Ἰσραὴλ καὶ τὸν Ἰακὼβ ἐκλελεγμένον*, σαφῶς τοῦ λόγου δύο τμήματα τοῦ ἐκ περιτομῆς παριστῶντος λαοῦ, τὸ μὲν ἐκπεσὸν, διὰ τὴν ἀπιστίαν· τὸ δὲ σωθὲν διὰ πίστεως ἀποστόλων τε καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς *ἐκλογῆς* ἠξιωμένων, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον λέγοντα· « Οὕτω καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονε. » Καὶ τὸ Εὐαγγέλιον δέ φησι· « Τούτους τοὺς δώδεκα ἐξελέξατο ὁ Ἰησοῦς. » Πολλῶν δὲ ὄντων κλη- C τῶν καὶ ἐκ τοῦ προτέρου λαοῦ, ὀλίγοι ἦσαν οἱ *ἐκλεκτοί*. Πρὸς οὓς ὁ λόγος τὰς προκειμένας ἐπαγγελίας ποιεῖται, μετὰ τὴν προδηλωθεῖσαν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ἐν τῷ· Τίς ἐξῆγεν ἀπὸ ἀνατολῶν δικαιοσύνην, ἣν ἔφη δώσειν ἐναντίον ἐθνῶν; Καὶ πάλιν· Ἴδοσαν ἔθνη καὶ ἐφοβήθησαν, οἱ λοιποὶ δὲ ἐξέδωκαν· *Σὺ δὲ, Ἰσραὴλ, δοῦλέ μου. Δοῦλον* δὲ πρῶτον ὠνόμασεν, εἶτα *ἐκλεκτόν*. Ὡς ἐν ἀρχαῖς μὲν, φόβῳ δουλείας ὑπὸ τὸν νόμον παιδαγωγηθέντα, εἶτα διὰ προκοπῆς *ἐκλεγέντα* διὰ τῆς κλήσεως, τάγμα δὲ παρὰ τούτους ἕτερον, *τὸ σπέρμα* λεγόμενον *Ἀβραὰμ*, τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων δηλοῦν, πρὸς οὓς ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· « Οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε, » ἑτέρους ὄντας παρὰ τὰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, περὶ ὧν ἔλεγεν· « Εἰ τέκνα D τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε. » *Ἀβραὰμ* μὲν οὖν *ἀγαπητὸς ἦν τοῦ Θεοῦ*. Οὐχ ὁμοίως δὲ *τὸ σπέρμα* ἠγαπῆσθαί φησι. Πλὴν καὶ τούτους ἐκάλει διὰ τῶν *ἐκλεκτῶν*, Πορεύεσθε, λέξας, πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. Καὶ ἐπειδὴ διεσπαρμένοι ἦσαν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, ἐπήνεγκεν· *Οὗ ἀντελαβόμην ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς, καὶ ἐκ τῶν σκοπιῶν αὐτῆς*, ἢ *τῶν ἀγκώνων* κατὰ Σύμμαχον, *ἐκάλεσά σε*. Αὐτοὺς γὰρ πρώτους *ἐκάλεσεν*, ὡς ὁ Παῦλος αὐτοῖς ἔφασκεν· « Ὑμῖν ἔδει πρώτοις τὸν λόγον κηρυχθῆναι. Ἐπεὶ δὲ ἀποστρέφεσθε, πορευόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. » Τῶν οὖν ἐξ αὐτῶν πεπιστευκότων *ἀντειλῆφθαι* φησιν.

A νοῦντας αὐτοὺς ἀποφήνῃ. Εἰ γὰρ ἦν αὐτὸ τὸ *ξύλον* Θεὸς, καὶ χωρὶς ἂν τέχνης ὑπῆρχε *Θεός*. Οὐκοῦν τὴν τέχνην ἐθεοποίησαν ἀσθενοῦς οὖσαν ἀνδρὸς καὶ φθαρτοῦ. Οὐ γὰρ ἂν ἐδεῖτο τροφῆς καὶ ποτοῦ. Ἐν ἐρωτήσει γὰρ ὑποστίζοντες τὸ, *Οὐ μὴ πίῃ ὕδωρ*, ἀναγνωσόμεθα. Πῶς οὖν ὁ φθαρτὸς ἄφθαρτα, καὶ ἀθάνατα ποιήσειεν ὁ θνητός; τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν εἰδώλων τὸ ὅλον ἐδέξαντο. Προσαγάγετε [a] γὰρ τούτοις θυσίας. Ἆρα [b] οὖν μὴ θυόντων ὑμῶν, *πεινάσει καὶ ἀσθενήσει* ἐνυπάρχων *Θεός*; οὐκοῦν καὶ *ὕδωρ* ὀφείλει *πιεῖν*, εἰ τούτων ἐστὶν ἐνδεὴς, ἵνα διαβάλλει καθόλου τοὺς Θεῷ τι προσφέροντας ὑλικὸν, οὗ μὴ πέφυκεν ἐνδεής; οὐ δὲ γὰρ ὁ φύσει Θεὸς προηγουμένως τὰς θυσίας ἐπέταξεν. Ἐντρεπτικῶς δὲ νῦν ὁ προφήτης τοῖς περὶ τούτων ἐνέμεινε λόγοις, B ὡς ἂν φρονήσαντες ἐπιστραφεῖεν πρὸς θεοσέβειαν. Τὸ δὲ ὡς *μορφὴν ἀνδρὸς*, παρίστησιν ὡς τὴν ἰδίαν προσκυνοῦσι *μορφὴν* τοσοῦτον ἀπᾴδουσαν, ὅσων [c] ἀρχετύπων ἡ μίμησις. Καὶ τὴν ἑαυτῶν αἰσχύνουσι φύσιν τὴν ἐν *λίθοις καὶ ξύλοις* εἰκόνα *τῆς ἀληθοῦς* προτιμῶντες *μορφῆς*, καὶ δόξαν ἐκείνῃ προσάγοντες. Τὸ δὲ *ἵστησιν ἐν οἴκῳ*, δηλοῖ ὅτι ναῷ ἐκ *δρυμοῦ* τὴν ὕλην λαβών. Ὅπερ εἰδὼς οὐκ ἂν ἔχοι λέγειν, κατὰ τοὺς Ἑλλήνων λήρους, διοπετῆ τὰ ἀγάλματα. *Σποδὸς* οὖν ἄρα *ἡ καρδία αὐτῶν*, καὶ *οὐδεὶς ἂν ἐξέλοιτο τὰς* τῶν εἰς τοῦτο πεσόντων *ψυχὰς*, πλὴν ὅ ἤτι [d] μόνος εἴπερ ἐθέλοι Θεὸς ὁ μετασκευάζων, ὡς βούλεται, πάντα, καὶ φωτίζων ἐσκοτισμένα.

C *Ἴδετε*, τοῦτ' ἔστι κατανοήσατε, *καὶ οὐκ ἐρεῖτε ὅτι ψεῦδος ἐν τῇ δεξιᾷ μου*, συνήθως οὕτω τὸν μονογενῆ καλέσας *Υἱὸν*, ὃς εἴτε *Θεὸς*, εἴτε *Κύριος*, εἴτε φῶς, ἢ δύναμις, ἢ βασιλεὺς, ἢ Δημιουργὸς, ἢ ζωὴ λέγοιτο, πάντα κυρίως ἐστὶν ἐξ ἀληθείας λεγόμενος, τῶν εἰδώλων ἢ δαιμόνων ψευδῶς ταῦτα λεγομένων. Φύσει γὰρ Θεὸς αὐτὸς ἐκ Θεοῦ. Ὡς ἐπιλήσμονι δὲ τῷ *Ἰσραὴλ* τὸ *μνήσθητι* καλῶς ἐπενήνοχεν. *Πλασθεὶς γὰρ εἰς παῖδα*, οὐκ ὀφείλει τῆς ἀξίας ὑπεριδεῖν, *κωφοῖς εἰδώλοις* προσκείμενος. « Ὁ γὰρ εἰδὼς τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου αὐτοῦ, καὶ μὴ ποιήσας, δαρήσεται πολλάς. » Λοιπὸν, ὧν ἥμαρτες *μέμνησο*, κἂν ἐγώ σοι τούτων ἀμνηστείαν χαρίζωμαι. *Πεπλάσθαι* δὲ λέγεται διὰ τοῦ νόμου *πρὸς παῖδα*. Ὡς γὰρ Ἀδὰμ ἐκ γῆς, καὶ πᾶν ἐν γαστρὶ D *πλάττεται* βρέφος· οὕτως οἱ ἐν Χριστῷ διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου *πλάττονται* Πνεύματος εἰς εἶδος τὸ πρὸς αὐτὸν, κατὰ τό· « Τεκνία, οὓς πάλιν ὠδίνω μέχρι μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Καὶ πάλιν· « Μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλ' ἀναμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. » Καὶ πάλιν· « Ἡμεῖς δὲ ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούσθε [d*] τῇ

[78] Luc. XII, 47. [79] Galat. IV, 19. [80] Rom. XII, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. προσήγα. [b] γρ. ἄρα. [c] γρ. ὅσον. [e] γρ. ὅτι. [d*] γρ. μεταμορφούμεθα.

ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν [e], ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος. » Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν οὕτω. Τοῖς ἐν νόμῳ δὲ πρέπει δουλείας πνεῦμα λαβοῦσι τὸ εἰς οἰκέτην καὶ *παῖδα πεπλάσθαι*. Παραβαίνοντας γὰρ ὁ νόμος, ὡς οἰκέτας ἐκόλαζεν. Ἡ ἐν Χριστῷ δὲ *πλάσις* υἱούς τε καὶ συμμόρφους ἐργάζεται. Τῷ δὴ οὖν *Ἰσραήλ*, Μὴ *ἐπιλανθάνου* μου, φησί, τρεπόμενος εἰς ἀσέβειαν. Πρὸς ὃν ἀλλαχοῦ φησιν· « Ὑμεῖς οἱ ἐπιλανθανόμενοί μου, καὶ ἑτοιμάζοντες τῷ δαιμονίῳ τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῇ τύχῃ κέρασμα. »

Οὕτως ἄρα *λήθη* Θεοῦ, τὸ ἀποφοιτῆσαι τούτου δηλοῖ. Προτρέπων δὲ σπεύδειν ἐπὶ μετάνοιαν, ἐπιστρέφουσιν αὐτοῖς ἁμαρτημάτων ἄφεσιν ἐπαγγέλλεται, *Ἀπήλειψα*, λέγων, ἀντὶ τοῦ *ἀπαλείψω*, καθάπερ τι νέφος διαλύσας ἢ γνόφον. Τὸ γὰρ μέλλον τοῦ χρόνου, τὸ *λυτρώσομαί σε* παρίστησιν. Πῶς γὰρ *ἀπήλειψεν* ὁ καλῶν εἰς *ἐπιστροφὴν*, ὡς ἀπεστραμμένον, *τὸν Ἰσραήλ*; διὰ Χριστοῦ γὰρ ἤμελλε πᾶσιν ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσις δίδοσθαι συναναστραφέντος ἡμῖν τοῦ Ἀμνοῦ, ὃς αἴρει τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Ὃ δὴ προϊδὼν ὁ προφήτης, καὶ ὡς πολλοὶ τούτων πιστεύσουσιν τῷ προφητικῷ πειθόμενοι λόγῳ, χαίρειν τοὺς *οὐρανοὺς προσφωνεῖ*, τὰς *οὐρανίους* δηλονότι δυνάμεις, ὡς ἂν χαρᾶς ἐν οὐρανοῖς γενησομένης ἐπὶ τοῖς μετανοεῖν μέλλουσιν. Ὅθεν Χριστοῦ γεννηθέντος ἀνέκραζον· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη. » *Σαλπίζειν* δὲ βούλεται, καὶ εἴ τινές εἰσι, καὶ *τὴν γῆν* αὐτὴν ὑποστηρίζουσαι θεῖαι δυνάμεις, ἤγουν *ἀλαλάξαι*, κατὰ τοὺς λοιποὺς, ὕμνον ἀναπεμπούσας Θεῷ. Εἰκὸς δὲ *θεμέλια* χρηματίζειν τοὺς θεοφιλεῖς πάντας προφήτας τε καὶ δικαίους, κατὰ τὸν Ἀπόστολον λέγοντα· « Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. » Ἐπὶ τὴν Χριστοῦ γὰρ κλῆσιν μεγαλοφώνως πάντας ἐκάλεσαν, κατὰ τό· « Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν. » Ἁπάντων μὲν γὰρ *θεμέλιος* ὁ Χριστὸς ἀνέχων τε καὶ διακρατῶν τὰ ἐρηρεισμένα. Ἐπ' αὐτῷ γὰρ πάντες ἐποικοδομούμεθα οἶκος πνευματικός. Κατοικεῖ γὰρ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ πίστεως. *Θεμέλιοι* δὲ προσεχέστεροι, καὶ ἐγγὺς μᾶλλον, ἢ καθ' ἡμᾶς, οἱ αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου. Γίνονται γὰρ ἡμῖν διὰ τῶν παραδόσεων εἰς ἑδραίωμα πίστεως, κατὰ τό· « Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν. » Τὸ γὰρ τῆς αὐτοῦ πίστεως ἀσάλευτον ὑπεδήλωσεν. Λέγει δὲ καὶ Δαβίδ· « Οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις, » περὶ τῶν αὐτῶν λέγων. Ὁ μὲν οὖν Μωσῆς ἰσχνόφωνος ἦν. Ὁ γὰρ νόμος ἦν τοῖς ἐν Ἰουδαίᾳ μόνοις ἐξάκουστος. *Σαλπισταὶ* δὲ καὶ μεγαλόφωνοι κήρυκες οἱ τὸν Χριστὸν πανταχοῦ διαγγέλλοντες.

A in eamdem imaginem **504** transformamur, renovatione mentis nostræ, a gloria in gloriam, tanquam a Domini spiritu [81]. » Atque ita nos quidem. Decet vero et eos, qui in lege servitutis spiritum acceperunt, in servum et *filium formari*. In transgressores enim lex, tanquam in servos, animadvertebat: cum ipsa in Christo *formatio* filios, et conformes [82] efficiat. Adhortatur ergo *Israelem* ne ad pietatem conversus sui ille *obliviscatur*. Cujusmodi sunt ista ad eumdem alicubi: « Vos qui obliviscimini mei et paratis dæmonio mensam, et impletis Fortunæ libamen [83]. »

Ita igitur Dei *oblivisci*, ab eodem recedere significat. Cum autem ad pœnitentiam festinare adhortatur, eisdem, si resipiscant, peccatorum veniam B denuntiat; qui *delevi* verbum, pro *delebo*, non aliter quam de nebula, aut caligine aliqua locutus, usurpat. Futuri siquidem temporis significationem expressit, cum *redimam te* adjunxit. Qui enim *delevisse* putetur, qui tanquam aversum *Israelem* ad *conversionem* provocat? Danda siquidem fuerat omnibus delictorum remissio per Christum, qui agnus nobiscum versatus peccata mundi sustulit. Quod certe cum longe ante propheta videret, ex iisque fore non paucos, qui propheticæ orationi credituri essent, *cœlos* ipsos, id est *cœlorum* virtutes *lætari* acclamavit, tanquam gaudium in cœlis super peccatore pœnitentiam acturo futurum sit [84]. Atque inde est, quod nato Christo: « Gloria in excelsis C Deo, et in terra pax [85], » angeli cecinerunt. Vult autem et virtutes divinas, si quæ *terram* ipsam fulciant, *tuba canere*; sive, ut alii transtulerunt, hymnis in Deum *exsultare*. Est etiam consentaneum *fundamentorum* nomine pios omnes, prophetasque, et justos intelligi; qui, docente Apostolo, apostolorum et prophetarum fundamentis superstructi sint [86]. Ad Christi enim nomen contenta voce vocarunt omnes; juxta illud: « In omnem terram exivit sonus eorum [87]. » Omnium siquidem *fundamentum* Christus est; qui quæ admota sunt, fixa firmaque sustineat et complectatur. In ipso siquidem omnes ædificamur domus spiritualis [88]. **505** Habitat enim in cordibus nostris per fidem [89]. *Fundamenta* etiam vicina magis et propinqua, D quam nostro sæculo, ipsi fuerunt oculati testes et ministri verbi; qui nobis propter traditiones, in fidei stabilimentum exstiterunt, juxta illud: « Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam [90]. » Indicat enim ejusdem fidei certitudinem et constantiam. Quin et apud Davidem legimus: « Fundamenta ejus in montibus sanctis [91], » cum de eisdem loquitur. Voce ergo exili et præpedita fuit Moses [92], quod legem in Judæa tantum exaudiri necesse esset; ipsi autem præcones Christi *buccinatores*, magnaque et alta voce præditi, ut eum ubique annuntiarent.

[81] II Cor. III, 18. [82] Rom. VIII, 29. [83] Isa. LVII, 6. [84] Luc. XV, 7. [85] Luc. II, 14. [86] Ephes. II, 20. [87] Psal. XVIII, 5; Rom. X, 18. [88] I Petr. II, 5. [89] Ephes. III, 17. [90] Matth. XVI, 18. [91] Psal. LXXXVI, 1. [92] Exod. IV, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[e] γρ. ἡμῶν.

Quos prætcrea terræ *fundamenta* dixit, *montes* rursus appellavit. Opere siquidem et verbo excelluerunt, et ad eos illa sunt : « In montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion [73]. » Et rursum legis et gratiæ permagnum discrimen. Illa siquidem, cum ultionem transgressoribus minitaretur, nonnisi tristitiam summam personabat; at hujus præcones orbi terrarum *lætitiam* denuntiarunt; cum peccatorum veniam, cum justificationem in fide, cum Spiritus sancti participationem, cum adoptionis dignitatem, cum regnum cœlorum, cum omni denique cogitatione majora bona, id est, certam et minime fallacem fidei legem, promulgarunt. *Colles* autem et eosdem etiam appellare queas; qui *a terra* exaltati supradictis tamen sunt *montibus* inferiores; *ligna* vero in ipsis, et ab ipsis enutrita, eos ipsos per quos fidem adepti, et tanquam in viros perfectos evecti, fructibus abundant spiritualibus; qui etiam Ecclesiæ doctores evaserunt, eosque fructuum ubertate, qui ad se accedunt, reficiunt. Lætantur vero, quia, præterquam quod *redemptus* est *Jacob*, ipse etiam *glorificatus est Israel Dei Filius* effectus, ejusque frater, qui natura et vere *Filius* est. Alias vero et mundum etiam ipsum, ejusque partes ad gloriæ prædicationem ideo compellit : *Quia redemit Deus Jacob, et Israel glorificabitur*, sive, ut aliis placet interpretibus, *in Israel glorificabitur*. **506** Quod tum demum effectum est, cum ex priore populo, propheticæ orationis utilitatem experti, rejectis idolis ad pietatem se contulerunt. Nonnulli porro verba ista : *Et non erant fingentes Deum, et sculpentes inutilia*, explicarunt, non quod vellent non esse, qui ea confecissent, sed quod iis, a quibus colerentur, opem ferre non possent; tanquam eo tempore non essent, cum istorum fugatis adoratoribus Israeli terram largitus est. Qui igitur non vanus sit, qui tanta beneficia expertus, idola coluit, et arbitrii libertate male abusus est? « Etsi enim omnia licent, non omnia tamen expediunt; neque ego in ullius, inquit, redigat potestatem [74]; » id est : Qui mihi imperandi potestatem accepi, si meis ipse cupiditatibus paream, jam ipsam imperandi facultatem amisi; qui eo ipso a libertate defecerim, quod aliorum potestati me ipse subjecerim. Id ipsum autem si paulatim progrediatur, voluptatum tandem consuetudine ad impietatem pervenit. Nefarias enim de Deo cogitationes parit; tanquam ea, quæ fiunt, vel ignoret, vel non curet. Decet igitur peccati cujusque partes, ipsamque finis absurditatem intueri; decet et ejus cognitionem adeptos nostri imprimis nos *pudore affici*. Neque enim parum juvatur quisquis quæ rationi consentanea putat, secum ipse agitat.

Ἃ δὲ *θεμέλια* γῆς ἔφη, *ὄρη* πάλιν ὠνόμασεν. Ἔργῳ γὰρ ἦσαν καὶ λόγῳ διαπρεπεῖς, πρὸς οὓς ἔφασκεν· « Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών. » Πολλὴ δὲ πάλιν τῆς χάριτος ἡ πρὸς τὸν νόμον διαφορά. Ὁ μὲν γὰρ κολάσεις ἀπειλῶν τοῖς παραβαίνουσιν ἐβόα κατήφειαν. Οἱ δὲ ταύτης κήρυκες *εὐφροσύνην* τῷ κόσμῳ κατήγγειλαν, ἄφεσιν βοῶντες ἁμαρτιῶν, καὶ δικαίωσιν ἐν πίστει, ἁγίου τε Πνεύματος μέθεξιν, καὶ υἱοθεσίας λαμπρότητα, οὐρανῶν τε βασιλείαν, καὶ τῶν ὑπὲρ νοῦν ἀγαθῶν οὐ κατεψευσμένην ἐλπίδα. *Βουνοὺς* δ' ἂν εἴποις τοὺς καὶ αὐτοὺς ὑπερηρμένους *τῆς γῆς*, τῶν δὲ λεχθέντων *ὀρῶν* ὅμως ἐλάττονας. *Ξύλα* δὲ, τὰ ἐν αὐτοῖς καὶ ὑπ' αὐτῶν τεθραμμένα, οἱ δι' αὐτῶν πιστεύσαντες, καὶ ὥσπερ ἀναβεβηκότες εἰς ἄνδρα τέλειον καὶ καρποῖς κομῶντες πνευματικοῖς, καὶ αὐτοὶ τῆς Ἐκκλησίας ὄντες διδάσκαλοι, καὶ ταῖς νοηταῖς εὐκαρπίαις τοὺς προσιόντας αὐτοῖς ἀνακτώμενοι. Χαίρουσι δὲ, ὅτι πρὸς τῷ *λυτρωθῆναι τὸν Ἰσραὴλ* καὶ *δεδόξασται* [4] *Θεοῦ* χρηματίσας *Υἱὸς*, ἀδελφός τε τοῦ φύσει καὶ ἀληθῶς *Υἱοῦ*. Καὶ ἄλλως δὲ τὸν κόσμον, καὶ τὰ τούτου μέρη πρὸς δοξολογίαν κινεῖ, ὅτι *ἐλυτρώσατο ὁ Θεὸς τὸν Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ δοξασθήσεται*, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς, καὶ *ἐν τῷ Ἰσραὴλ δοξασθήσεται*. Ὅπερ ἐγίνετο ἡνίκα τῶν ἐκ τοῦ προτέρου λαοῦ πολλοὶ τοὺς προφητικοὺς λόγους ὠφελημένοι πρὸς εὐσέβειαν ἐχώρουν καταλιπόντες τὰ εἴδωλα. Τινὲς δὲ τὸ, *Καὶ οὐκ ἦσαν οἱ πλάττοντες Θεὸν καὶ γλύφοντες ἀνωφελῆ*, οὕτως ἐξηγήσαντο· Οὐ παρὰ τὸ μὴ εἶναι τοὺς ταῦτα ἐργαζομένους, παρὰ δὲ τὸ μὴ δύνασθαι βοηθῆσαι τοῖς αὐτὰ θεραπεύουσιν, ὡς μηδὲ ὄντα ἡνίκα τὴν γῆν ἐκληροδότησεν Ἰσραὴλ τοὺς τούτων ἀπελάσας προσκυνητάς. Πῶς οὖν οὐ μάταιος μετὰ τοσαύτην πεῖραν εἰδωλολατρήσας αὐτὸς, καὶ τῷ αὐτεξουσίῳ κακῶς χρησάμενος; « Εἰ γὰρ καὶ πάντα ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. Οὐδὲ ἐξουσιασθήσομαι, φησὶν, ὑπό τινος. » Τοῦτ' ἔστιν, Ἄρχειν λαχὼν ἐμαυτοῦ ἐὰν ὑποταγείην τοῖς πάθεσι, καὶ τὸ ἄρχειν ἀπώλεσα, τῆς ἐλευθερίας ἀποστὰς, δι' ὧν ἐμαυτὸν ὑπέβαλον ἐξουσίᾳ. Τοῦτο δὲ κατὰ μικρὸν ὁδεῦον τῇ τῶν ἡδονῶν συνηθείᾳ πρὸς ἀσέβειαν ἔρχεται. Πονηρὰς γὰρ ὑπονοίας τίκτει κατὰ Θεοῦ, ὡς μὴ εἰδότος τὰ γινόμενα, ἢ καὶ ἀδιαφοροῦντος ἐπ' αὐτοῖς. Δεῖ τοίνυν ἐφ' ἑκάστης ἁμαρτίας τά τε μέρη σκοπεῖν, καὶ τὴν ἀτοπίαν τοῦ τέλους, καὶ συναίσθησιν λαβόντας *αἰσχύνεσθαι* πρό γε τῶν ἄλλων ἑαυτούς. Αὐτὸς γὰρ ἑαυτῷ τις τὰ εἰκότα διαλεγόμενος ὠφελεῖται τὰ μέγιστα.

507 Vers. 24-28. *Sic dicit Dominus, qui redemit te, et formavit te ex utero : Ego Dominus, qui compleo omnia. Extendi cœlum solus, et firmavi*

κδ'-κη'. *Οὕτω λέγει Κύριος ὁ λυτρούμενός σε, καὶ πλάσσων σε ἐκ κοιλίας· Ἐγὼ Κύριος ὁ συντελῶν πάντα· ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ*

[73] Isa. xl, 9. [74] I Cor. vi, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[4] γρ. τὸν Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ δεδόξασται.

ἐστερέωσα τὴν γῆν. Τίς ἕτερος διασκεδάσει σημεῖα ἐγγαστριμύθων, καὶ μαντείας ἀπὸ καρδίας; κ. τ. λ.

Ἔλεγχον εἰδωλολατρείας προεκθέμενος ὁ λόγος, καὶ ὡς παύσονται ταύτης οἱ τὴν προφητικὴν διδασκαλίαν ὠφελημένοι· νῦν τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἀπαλλαγὴν ἐπαγγέλλεται, εἰς ἥνπερ εἰδωλολατροῦντες ἀπήχθησαν, οὗπερ εἰ παύσαιντο νῦν, ἐλευθερίαν ὑπέσχετο. Ἐπειδὴ δὲ περὶ πραγμάτων μεγίστων ἐποιεῖτο τοὺς λόγους, καὶ ἦν εἰκὸς ἀπιστεῖσθαι παρά τινων, εἰκότως τὴν ἰδίαν ἀνεκήρυξε δύναμιν. Πάντων γὰρ ὢν ποιητής, καὶ παράγων ἐξ οὐκ ὄντων, πῶς οὐκ ἂν ἔχοι ῥᾳδίως ὅπερ ἂν ἐθέλοι ποιεῖν; Ὡς δὲ τοιούτων ἐσομένων, καὶ ἄνω παρεκελεύετο τῇ κτίσει δοξολογεῖν τὸν Θεόν, οἷς ἀκολούθως φησίν· *Οὕτω λέγει Κύριος ὁ λυτρωσάμενός σε καὶ πλάσσων σε ἐκ κοιλίας*· [ὅπερ] Ἱερεμίας ἐδήλωσεν εἰπών. « Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με λέγων· Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐκ κοιλίας ἐπίσταμαί σε· » λόγον εἰπὼν Κυρίου τὸν τῶν κατὰ γαστρὸς κυοφορουμένων Δημιουργόν. Εἶτ' ἐπειδὴ περὶ ἐλευθερίας πρόκειται λόγος· *λυτρούμενον* ἑαυτὸν εἰκότως ὠνόμασεν, σωματικὴν *πλάσιν* ὡς δὴ σωματικοῖς λέξας. Ἐγώ εἰμι, φησίν, ὁ ἐκ μικροῦ σε *πλάσας* ὑποκειμένου, καὶ ὡς ἐκ σπηλαίου τινὸς ἐξαγαγὼν σκοτεινοῦ, μηδὲν περὶ τούτου τῶν γονέων εἰδότων, ἐμοῦ δὲ τὸ *πλασθὲν* ὑποστήσαντος. Εἰ δὲ σμικρόν σοι τοῦτο πρὸς θείαν φαίνεται δύναμιν, σκόπει τοῦ κόσμου τὰ μέγιστα πόθεν ἔσχε τὴν ὕπαρξιν, καθά φησι καὶ Δαβίδ· « Ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν. » Καὶ πάλιν· « Ἐθεμελίωσε τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς. » Ἀντὶ δὲ τοῦ *ὁ συντελῶν*, *ὁ ποιήσας* ἐξέδωκαν οἱ λοιποί. « Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. » Ὅτι, « Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν. Αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. » Ὁ δὲ τοσοῦτος τί ἐποίησεν κατὰ καιροὺς ἐπενήνοχεν, ὡς ἀπολεῖ τὰς πανταχοῦ *μαντείας* καὶ τὰ χρηστήρια δι' ὧν οἱ δαίμονες ἐφενάκιζον τοὺς πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας, εἰδέναι τὸ μέλλον πλαττόμενοι, καὶ τὰ ταῖς καρδίαις ἐπερχόμενα λέγοντες· περὶ ὧν ἔφασκεν Ἰεζεκιὴλ· « Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσι! »

Διεσκέδασε δὲ ταῦτα καὶ τῷ παῦσαι, καὶ τῷ ποιεῖν ἅ ἐστιν ἐκείνοις ἀτέκμαρτα, καὶ ἀπρόγνωστα. *Ἀπεστράφησαν δὲ καὶ φρόνιμοι.* Φρονίμους καλεῖ τοὺς παρ' Ἕλλησι σοφούς, ὧν *ἐμώρανεν* τὴν σοφίαν τῷ τῆς ἀληθείας διαμαρτεῖν, ἀχρήστου τῆς ἐν αὐτοῖς ἀποδειχθείσης σοφίας· ψυχικὴ γὰρ ἦν, καὶ ἐπίγειος, δαιμονιώδης, ἣν καὶ ὁ Παῦλος μεμωράνθαι φησίν· ἤγουν τοὺς μάγους. Σοφοὺς γὰρ καὶ τούτους ἐκάλουν. Ταῦτα μὲν οὖν διασκεδάσω. Τοῦ δὲ *ἐμοῦ Υἱοῦ* καὶ Χριστοῦ, περὶ οὗ πολλὰ προεῖπον, *καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ* τῶν ἀποστόλων, *στήσω τὰ ῥήματά τε καὶ τὴν βουλήν.* Ῥήματα δὲ Χριστοῦ τὸ σωτή-

A *terram. Quis alius dissipabit signa pythonum, et divinationes de corde?* etc.

508 Exposita prius idololatriæ reprehensione, quam relicturi sunt, qui prophetica disciplina aucti sunt, Babylonica jam eos servitute, in qua propter idolorum cultum detinebantur, si eodem abstineant, liberatum iri, domumque reversuros pollicetur. Quoniam autem maximis de rebus sermonem habuerat, nec omnes credituros esse sibi putabat, suam ipse merito potentiam, suasque vires deprædicavit. Cum enim rerum omnium auctor sit, easque de nihilo produxerit, qui non possit, quod velit, efficere facile? Tanquam autem essent eventura talia, etiam supra ad Dei laudes prædicandas
B creaturam adhortatus est: quibus jam bono ordine adjicit: *Sic dicit Dominus, qui redemit te, et qui formavit te ex utero.* Quod Jeremias indicavit, cum ait: « Et factum est verbum Domini ad me dicens: Antequam ego formarem te ex utero, novi te [95]; » verbum Domini enim appellans, qui eorum, qui matrum utero clauduntur adhuc conditor sit. Deinde, quoniam de libertate sermo est, *redemptorem* se merito appellavit; deque corporis *formatione* locutus, quia cum corporeis agit: Ipse sum, inquit, qui te ex parvo principio *formavi*, et tanquam de tenebroso specu aliquo eduxi; quod penitus ignorarunt progenitores tui; cum interim quod *formatum* erat producerem. Quod si tibi leve
C istud ad divinæ virtutis significationem putatur, maxima illa, quæ in mundo sunt, unde exsistant, intuere. Audi dicentem Davidem: « Qui extendis cœlum, sicut pellem [96]. » Item: « Qui fundavit terram super stabilitatem suam [97]. » Quo deinde loco, *qui compleo* habemus, *qui feci* interpretantur alii. « Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [98], » quoniam « Ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt [99]. » Tantus autem quid deinceps præstiterit, intulit: cum se, quæ ubique essent, *divinationes*, **509** et oracula deleturum significavit: quibus dæmones ante Christi adventum futura se, mentisque cogitationes intelligere fingebant. De quibus et illa sunt Ezechielis: « Væ prophetantibus de corde
D suo, et omnino non videntibus [1]! »

Ista vero *dissipavit:* partim quia cessare fecit, partim quod ea operatus est, quæ ipsi nullis conjecturis assequi et præscire potuerunt. *Aversi sunt* porro *et prudentes;* quo nomine Græcorum sapientes intelligit, quorum sapientiam eo ipso quod veritate exciderunt, *in stultitiam commutavit;* id est, inutilem esse demonstravit (Erat enim animalis illa, terrena, et diabolica [2], quam Paulus infatuatam esse significat [3]): vel certe magos illos, quos item sapientes appellabant. Ista igitur, inquit, dissipabo. *Filiique mei*, id est Christi (de quo superius a me sunt dicta permulta) *et angelorum ejus;* id est apo-

[95] Jerem. I, 5. [96] Psal. CIII, 2. [97] ibid. 5. [98] Joan. I, 3. [99] Psal. XXXII, 9. [1] Ezech. XIII, 17.
[2] Jac. III, 15. [3] Rom. I, 28.

stolorum, *verba et consilium firmabo.* Ubi per *verba*, salutarem Christi prædicationem intellexit; per *consilium* autem *angelorum ejus*, illud ipsum, quod, scelere et errore relictis, ad *veritatem* et virtutem omnes accurrerunt. Ego vero, inquit, qui ista facturus sum, jam inde prænuntio et polliceor *Jerusalem* me a Babyloniis eversam, ipsasque *Judææ civitates instauraturum*, ejusque, tanquam a principio, *deserta restituturum:* imo vitiorum multiplicitatem, quæ *abyssi* nomine significatur, desolaturum; Babylonemque civium alioquin copia, tanquam aquis *fluvii* abundantem, penitus *exsiccaturum*. Nonnulli tamen per *abyssum*, populi frequentiam, qui Babylonia continebatur, innui putaverunt: per *fluvios* autem, gentes in eamdem confluentes, quas undique in auxilium accersiverat; cum in more Scriptura habeat, *fluviorum*, marisque, et aquarum nomine, populorum multitudinem significare. Sic enim et David: « Vox Domini super aquas [4]. Deus gloriæ intonuit; » ut salutare nimirum Christi præconium, quod alta voce intonuerat, ad gentes penetrasse doceret. Tale est et illud: « Elevaverunt **510** flumina voces suas [5]. » Magnæ siquidem cum essent apostolorum voces, facile ipsæ exauditæ agnitæque sunt. Dicitur vero etiam de Babylone et Ninive: « Tanquam aquæ piscina, aquæ ejus [6]. » Non desunt tamen qui *abyssi* nomine, Rubrum mare intelligunt, quod populo trajiciente divisum est: sicut per *desiccatos fluvios*, Jordanem, qui in ejusdem gratiam retroactus cursum suspendit [7]. Quibus quidem Deum, si nos ei commiserimus, fluctuantes animi cogitationes se daturum, et voluptatum undas, quibus immergimur, *exsiccaturum* significari voluit. Atque ista quidem illi. Cæterum quod ad vos Babyloniosque attinet, omne ego illud, inquit, viri usus ministerio præstitero, cujus nomen longe ante vobis esse ignotum non patior, *Cyrum* appellans; quem consiliorum meorum ministrum præficiam, *sapientiaque* et pietate ornabo; ut quæ adversus Babylonem agi, qui populus liberari, qui denique Jerosolymorum civitas ipsumque templum instaurari debeant, intelligat. Habet vero in hunc modum Symmachi interpretatio: *Qui dicit Cyro: Pastor meus.* Et iterum: *Templum autem fundabitur. Cyro* enim mortuo, nonnullorum invidia, ad sequentis regis mandatum operis interrupta cessavit promotio; cum tantum *Cyro* superstite jacta essent templi *fundamenta*. Sed est divina tandem voluntate postea perfectum absolutumque. Atque hæc ipsa quidem sunt, quæ Scriptura ipsa, quæ Josephus etiam innuunt, cum iste *Antiquitatis* undecimo Cyrum ait, posteaquam istam Isaiæ prophetiam sibi a captivis demonstratam legisset, hæc ipsa agnovisse, eumque, qui suo se nomine ante ducentos et decem annos esse appellatum videret magna alacritate imperata præstitisse.

A ριον κήρυγμα. *Βουλὴ δὲ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ*, τὸ παυσαμένους πάντας κακίας καὶ πλάνης προσδραμεῖν *ἀληθείᾳ* καὶ ἀρετῇ. Ἐγὼ δὲ ὁ ταῦτα μέλλων ποιεῖν, ἐντεῦθεν ἤδη προλέγω καὶ ἐπαγγέλλομαι, ὡς ἀνοικοδομήσω τὴν *Ἱερουσαλὴμ* ἣν [f] ὑπὸ Βαβυλωνίων *καθῃρημένην καὶ τὰς πόλεις τῆς Ἰουδαίας*, ἧς ὡς ἐξ ἀρχῆς *τὰ ἔρημα* πάλιν *συστήσεται*. Ἀλλὰ καὶ τὴν πολυπληθίαν τῆς κακίας *ἄβυσσον* ὀνομαζομένην ἔρημον καταστήσω. Καὶ τὴν Βαβυλῶνα, τὴν πλήθεσιν οἰκητόρων ὡς *ποταμοῖς* διαῤῥέουσαν *ξηρανῶ*, πέρας αὐτοῖς ἐπιθείς. Τινὲς δὲ *ἄβυσσον* μὲν τὸ πολυάνθρωπον εἰρῆσθαι τῆς Βαβυλωνίας φασί. *Ποταμοὺς* δὲ, τὰ εἰς αὐτὴν ἐπιῤῥέοντα τῶν ἐθνῶν, ἃ πέριξ αὐτῆς ὄντα πρὸς ἐπικουρίαν ἐκάλεσεν, ἔθους ὄντος Γραφικοῦ *ποταμοὺς* καὶ θαλάσσας καὶ ὕδατα,
B πολλὰ καλεῖν ἔθνη. Λέγει γὰρ καὶ Δαβίδ· « Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησεν, » τὸ σωτήριον κήρυγμα διὰ τῶν ἐθνῶν κεχωρηκέναι δηλῶν ὑψηλῇ βροντήσαν φωνῇ. Τοιοῦτον καὶ τὸ, « Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν. » Μεγάλαι γὰρ αἱ τῶν ἀποστόλων οὖσαι φωναὶ γεγόνασι γνώριμοι. Εἴρηται δὲ καὶ περὶ Βαβυλῶνος αὐτῆς καὶ Νηνευὴ, « Ὡς κολυμβήθρα ὕδατος τὰ ὕδατα αὐτῆς. » Τινὲς δὲ *ἄβυσσον* εἰρήκασι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ἐρημωθεῖσαν, ὅτε διέστη παριόντος αὐτὴν τοῦ λαοῦ· *Ποταμοὺς δὲ ξηρανθέντας*, τὸν Ἰορδάνην ἀναχαιτίσαντα. Δι' ὧν ὑποβάλλει νοεῖν, ὡς Εἴ μοι ἑαυτοὺς ἐπιδώσητε, τοὺς λογισμοὺς ὑμῶν κοιμίσω κυμαινομένους καὶ *ξηρανῶ* πλημμυρούσας τὰς ἡδονάς. Καὶ ταῦτα μὲν
C οὗτοι. Τὰ δὲ καθ' ὑμᾶς τε καὶ Βαβυλωνίους πάντα ποιήσω, φησὶ, διακόνῳ χρησάμενος ἀνδρὶ, οὗ καὶ τοὔνομα προλέγω *Κῦρον* καλῶν, ὃν προστήσομαι τῶν ἐμῶν βουλευμάτων διάκονον, *φρόνησιν* αὐτῷ παρασχὼν εὐσεβῆ, ὡς τὰ κατὰ Βαβυλῶνος ἐπιγνῶναι πρακτέα, τοῦ τε λαοῦ τὴν ἄνεσιν, καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ σὺν τῷ ναῷ τὴν ἀνάκτισιν. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἐξέδωκεν· *Ὁ λέγων Κύρῳ, Ποιμήν μου.* Καὶ πάλιν· *Ὁ δὲ ναὸς θεμελιωθήσεται.* Τελευτήσαντος γὰρ *Κύρου* κεκώλυται μὲν ἔκ τινων βασκανίας ἡ τῶν ἔργων ἐπίδοσις παρὰ τοῦ μετ' αὐτὸν βασιλεύσαντος τοῦ ναοῦ *θεμελίων* ἐπὶ *Κύρου* προκαταβεβλημένων, ἐπληρώθη δὲ μετὰ ταῦτα βουλήσει Θεοῦ. Καὶ ταῦτα δεδήλωκεν ἡ Γραφή. Καὶ Ἰώσηπος ἐν α' [g] τῆς Ἀρχαιολογίας, ὡς ἐπιδειχθείσης παρὰ τῶν αἰχμαλώτων τῆς Ἡσαΐου
D προφητείας τῷ Κύρῳ, ταῦτά τε γνοὺς, καὶ ἐπ' ὀνόματος ἑαυτὸν κεκλημένον εὑρὼν πρὸ δέκα καὶ διακοσίων ἐτῶν, σὺν πολλῇ προθυμίᾳ τὰ προστεταγμένα πεποίηκεν.

CAP. XLV.

Vers. 1-8. *Sic dicit Dominus Deus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante*

ΚΕΦΑΛ. ΜΕ'.

α'-η'. *Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, ἐπακοῦσαι ἔμ-*

[4] Psal. xxviii, 3. [5] Psal. xcii, 3. [6] Nahum ii, 8. [7] Josue iii, 15 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[f] γρ. τήν. [g] γρ. ια'.

A προσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω. Ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται, κ. τ. λ.

facies ejus gentes, et vires regum frangam. Aperiam coram eo portas, et urbes non claudentur, etc.

Ὃν καὶ *χριστὸν* καλεῖ, οὕτω παρ' Ἑβραίοις λεγομένων τῶν ὑπὸ Θεοῦ προχειρισθέντων εἰς βασιλείαν. Ἐλαίῳ γὰρ αὐτοῖς οἱ βασιλεῖς εἰώθεσαν χρίεσθαι πρὸς τὴν ἀρχὴν καθιστάμενοι. Τροπικῶς δὲ καὶ τοὺς ἁγίους οὕτω φησὶν ἡ Γραφή. *Χριστὸν* οὖν αὐτὸν ἐκάλεσεν, ὡς ἐκ Θεοῦ πρὸς τὴν ἀρχὴν κεκλημένον. Ὡς δὲ τοιούτου, φησὶν, ἐπαγγέλλομαι *κρατῆσαι τῆς δεξιᾶς* πρὸς τὸ μὴ παρατρέπεσθαι, μηδὲ νικηθῆναι παρά τινος κρείττονος. Ἀντιλήψεως γὰρ τοῦτο σημεῖον, καθά φησιν ἐν Ψαλμοῖς· « Ἐκράτησας τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου, καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με. » Ὑποτάξας δὲ πλείστους αὐτῷ, B *πᾶσαν διαῤῥήξω* τὴν ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι *δυναστείαν*, οὐδὲν ἄβατον ἐάσας αὐτῷ, καθ' ὧν ἂν ἐθέλῃ χωρεῖν. Ἀλλὰ κἂν ᾖ τι δυνατὸν ἐμποδὼν, ὡς *ὄρος* γινόμενον, κἂν ἰσχυρὸν ὡς *χαλκὸς* ᾖ, καὶ *σίδηρος*, πάντα ταπεινώσω καὶ λύσω, ὡς μηδὲ *θησαυροὺς ἀοράτους* τοῖς πρὶν βασιλεῦσι τοῦτον διαλαθεῖν.

At quod *christum* appellavit, ad Hebræorum loquendi consuetudinem retulit, qui sibi designatos a Deo reges ita nuncupabant. Oleo siquidem de more eos *inungebant*, qui essent ad regni gubernacula admoti. Figurate vero et sanctos sic appellat Scriptura. *Christum* itaque eum vocavit, tanquam qui esset a Deo ad imperium vocatus. **511** Cum talis autem sit, inquit, *ejusdem me dexteram*, ne a quoquam avertatur, aut potentiori succumbat, *apprehendisse* profiteor. Hoc enim defensionis signum est, sicut illo judicatur, quod in Psalmis legitur: « Tenuisti manum dexteram meam, et in consilio tuo deduxisti me [a]. » Cum autem plurimos eidem *subjecero*, addit, omnem deinceps reliquarum gentium *potentiam frangam*, neque ei quidquam, quo pergere voluerit, non pervium efficiam. Imo, si quidquam potentius obstiterit, et *montis* instar in eum attollatur, etiamsi *ære* aut *ferro* validius sit, illud dejiciam tamen et frangam, neque reconditos, prioribusque regibus *ignotos thesauros* eum latere patiar.

Τινὲς δὲ *θησαυροὺς* φασι τοὺς ὅσοι καὶ μάλιστα δυνατοὶ παρὰ τὴν ἔφοδον *Κύρου* σπηλαίοις ἐγκαταδύντες ἐλάνθανον. Ὃ δὴ μαθὼν, δᾷδας ἐξάπτων τοὺς ἄνδρας ἀνεύρισκεν. Γνῶθι δὲ [h] τούτων ἐσομένων *ὅστις εἰμὶ*, ὁ πρὸ τοσούτων χρόνων *τὴν σὴν προσηγορίαν εἰπών*. *Εἰμὶ* γὰρ *Θεὸς Ἰσραὴλ*, ὃν μὴ *ἀγνόει*. Δι' αὐτὸν γάρ σοι τοσαύτην δυναστείαν δεδώρημαι. C *Ἐμὸς* γάρ ἐστιν ἐκ πάντων *ἐκλεγεὶς* τῶν ἐθνῶν τῇ πρὸς τοὺς αὐτῶν πατέρας τιμῇ. Διό σε προσεδεξάμην, ὡς ἐμαυτοῦ οἰκεῖον, καίπερ *οὐκ ἐγνωκότα με*, τῇ δὲ ἐκ πατέρων εἰδωλολατρείᾳ προσκείμενον. Ὡς ἂν μὴ δοκῇς προλαβούσης εὐσεβείας γέρα σοι ταῦτα δεδόσθαι. Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον ἔγνως, ὅτι *μόνος εἰμὶ* Θεὸς, μάθε γ' οὖν ἐξ ὧν διαπράξομαι, δι' ὧν πάντες εἴσονται *Θεὸν εἶναι μόνον ἐμὲ*, καὶ δι' ἀλλοφύλων, καὶ τῆς ἐμῆς ξένων θρησκείας, τὰ δοκοῦντα διαπραττόμενον. Καὶ δι' ὧν τὸν ἐμὸν λαὸν, ἡνίκα μὲν παιδείας ἦν καιρὸς, ὥσπερ *ὀργῇ* καὶ *σκότῳ* διὰ τῆς παιδείας κατήφειαν παρέδωκα. Ἡνίκα δὲ σώζειν ἔδει διορθωθέντα *φῶς* καὶ *εἰρήνην* ἐπ' αὐτὸν ἀνατεῖλαι πεποίηκα, διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀφέσεως τῶν δεσμῶν εὐφροσύνην. D Καὶ γὰρ *εἰρήνης* εἰμὶ καὶ *φωτὸς* χορηγὸς, *σκότους* τε καὶ τῶν λυπηρῶν, ἃ δὴ καλεῖν κακὰ φίλον ἐστὶ τοῖς πολλοῖς, ὧν ἐγὼ ποιητὴς πρὸς τὴν ἀξίαν αὐτὰ χορηγῶν ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν δεχομένων.

Nonnulli per *thesauros*, eos innui arbitrantur, qui vel maxime potentes, *Cyro* cum exercitu adventante, in speluncis sese abdiderunt; in quibus et ipsi, cum regem latere non potuissent, facibus accensis quæsiti repertique sunt. Disce vero, inquit, ex istis rebus futuris *quisnam* ipse *sim*; qui te tam longo ante temporis intervallo *tuo nomine nuncuparim*. *Ego* enim *sum Deus Israel*, quem te minime ideo decet *ignorare*, quod propter ipsum, tantam tibi potentiam largitus sum. Est enim ille *mihi* cunctis e gentibus patrum suorum gloria et commendatione *selectus*. Inde ego te veluti familiarem mihi cum mei plane *ignarus esses* et avitæ idololatriæ sectator, assumpsi; ne tuæ ista pristinæ pietati debita rependi putares. Verum quantumvis tu *me* nondum *solum esse Deum* didiceris; vel ex his certe, quæ gesturus sum tibi patuerit; quibus omnes *unum me esse*, perque exteros, et a meo cultu alienos quæ libuit efficere, credituri sunt; qui per eosdem etiam populum meum, quando opus fuit, tanquam *iræ* et *tenebris*, propter correptionis molestiam, tradiderim: cum autem recte agentem servare decuit, in eumdem propter adeptæ libertatis lætitiam, *lucem et pacem* exoriri fecerim. Sum enim *pacis* largitor *et lucis*; *tenebrarum* deinde, et eorum, **512** quæ dolorem adferunt, quæ vulgo mala solent appellari; quorum ego pro meriti cujusque ratione, in eorum commodum, qui talia patiuntur, effector et auctor ipse sum.

Τινὲς δὲ *φῶς* καὶ *σκότος*, ἡμέραν εἰρήκασι καὶ νύκτα. Οἳ καὶ κακὰ τὰ ἐπενεχθέντα τοῖς Βαβυλωνίοις φασὶ, δι' ἣν ἐπεδείξαντο κατὰ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ἠλωκότων ὠμότητα, ὡς διὰ Ζαχαρίου τὸν Θεὸν εἰρηκέ-

Non desunt tamen, qui *lucis* et *tenebrarum* nomine, diem et noctem putent significari, eaque damna etiam, quæ Babylonii patiuntur, ideo inferri, quod in captivos Israelitas nimium se crudeliter gesse-

[a] Psal. LXXII, 24.

VARIÆ LECTIONES.

[h] [illegible]

et Symmachum, quo loco *principes* habemus, *interpretes* translulisse; esseque hic tripliœm ordinis rationem, *patrum, interpretum, et principum*: quorum alii quidem imperandi, alii autem Scripturas interpretandi munere fungerentur; alii etiam ætate tantum cæteros anteirent; quorum scelere *periisse Israel, in opprobriumque* **495** *, vel blasphemiam*, ut aliis placet, incidisse dicit. Una deinde tria hæc accipias significatione, si quos erudire subditos, et instituere deceret, quia ipsi deliquerunt, venia indignos existimes.

A τὸν Ἰσραὴλ καὶ ἐμπεσεῖν εἰς ὀνειδισμὸν, ἢ εἰς βλασφημίαν, ὡς οἱ λοιποί. Καὶ καθ' ἑνὸς δὲ λάβοις ἂν σημαινομένου τὰ τρία, τοὺς ὀφείλοντας λέγων τοὺς ὑπὸ χεῖρα παιδαγωγεῖν, οἱ καὶ πλημμελοῦντες ἀσύγγνωστοι.

At quod *inique in me egerunt* addit, maximam habet emphasim: quasi non in hominem, aut naturam quamdam genitam peccasse significet. Qui enim idola colit, naturam divinam, quantum in se est, rejicit, dum eamdem privat sua sublimitate et gloria: quo nomine cum Israelem accusaret dicebat: « Sacerdotes non dixerunt, Ubi est Dominus? et qui legi adhærebant non me didicerunt, et prophetæ impie agebant in me [64]. » Et rursus: « Utquid loquimini ad me? omnes vos inique, omnes item impie egistis in me, dicit Dominus omnipotens [65]. » Atque inde est, quod *sancta contaminasse* hic adjungit. Neque enim Hierosolymis tantum, sed in augusto Dei templo dæmonibus statuas posuerunt. Dicit autem de Judæorum Synagoga Dominus: « Quam dilecta in domo mea fecit abominationem [66]. » Erat vero omne ejusmodi, quo Deus effingitur. *Contaminari* etiam aliter *sacra* dicuntur, cum ea, in quibus Dei honos agitur, indecenter peraguntur.

Τὸ, *Εἰς ἐμὲ δὲ ἠνόμησαν*, πλείστην ἔχει τὴν ἔμφασιν. Οὐ γὰρ εἰς ἄνθρωπον ἢ φύσιν τινὰ γεννητήν. Ὁ γὰρ εἰδωλολατρῶν, τόγε ἧκον εἰς αὐτὸν, τὴν θείαν ἀπώσατο φύσιν, ἀποστερῶν τῆς προσηκούσης ὑπεροχῆς τε καὶ δόξης, ἐφ' ᾧ τὸν Ἰσραὴλ αἰτιώμενος ἔλεγεν· « Οἱ ἱερεῖς οὐκ εἶπαν, Ποῦ ἐστι Κύριος, καὶ B οἱ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου οὐκ ἠπίσταντό με, καὶ οἱ προφῆται ἠσέβουν εἰς ἐμέ. » Καὶ πάλιν· « Ἵνα τί λαλεῖτε πρός με; πάντες ὑμεῖς ἠνομήσατε καὶ πάντες ὑμεῖς ἠσεβήσατε εἰς ἐμὲ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Διό φησιν, *Ἐμίαναν τὰ ἅγιά μου*. Οὐκ ἐν μόνῃ γὰρ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ θείῳ νεῷ τὰς τῶν δαιμονίων ἀνέθηκαν στήλας. Λέγει γὰρ περὶ τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς ὁ Θεός· « Τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ οἴκῳ μου ἐποίησεν βδέλυγμα; » τοιοῦτον δὲ πᾶν, δι' οὗ ἐτυποῦτο Θεός. *Μιαίνεται* δὲ καὶ ἄλλως *τὰ ἅγια*, τῶν εἰς Θεοῦ τιμὴν μὴ γιγνομένων ὡς δεῖ.

CAP. XLIV.

VERS. 1-5. *Nunc autem audi, Jacob puer meus, et Israel, quem elegi. Sic dicit Dominus Deus, qui fecit te, et formavit te de ventre: Adhuc habebis auxilium. Noli metuere, puer meus Jacob, et dilecte Israel, quem elegi*, etc.

His igitur in *Israelem* rejectumque *Jacobum* usurpatis, non hunc *electum*, non *filium* rursus appellavit, quibus iterum nominibus eos, de quibus infert, id est nunquam satis laudatum apostolorum chorum, nuncupat. Atque hinc est quod ait: *Dominus Deus, qui fecit te*. Deinde, ut eos ad confidentiam provocet, adjicit: *Ego dabo aquam in siti iis qui ambulant in inaquoso*. Postea qua ratione illud facturus sit addit, cum ait: *Ponam spiritum meum super semen tuum et benedictiones meas super filios tuos;* ut rationalem et fecundam, vitalemque *aquam* eam, quæ a divino *Spiritu* manat indicaret, per quam eosdem, qui regenerati sunt, *semen* apostolorum, et *filios* cum Paulo nominat, ubi ait: « In Christo enim per Evangelium vos ego genui [67]. » Itemque: « Filios, quos iterum **496** parturio [68]. » Vocat autem *benedictiones*, multiplicem Spiritus largitionem et gratiam: « Alii enim datus est sermo sapientiæ [69], » et quæ sequuntur. Itemque: « Unusquisque vestrum proprium habet donum a Deo [70]. » Quas porro *benedictiones* intelligat, ostendit cum *exorientur tanquam fenum in medio*

ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

C α-ε'. *Νῦν δὲ ἄκουσον, Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, καὶ Ἰσραὴλ, ὃν ἐξελεξάμην. Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ κτίσας σε, καὶ ὁ πλάσας σε ἐκ κοιλίας· Ἔτι βοηθήσῃ. Μὴ φοβοῦ, παῖς μου Ἰακὼβ, καὶ ὁ ἠγαπημένος Ἰσραὴλ, ὃν ἐξελεξάμην*, κ. τ. λ.

Ταῦτα πρὸς *Ἰσραὴλ* εἰπὼν καὶ τὸν *Ἰακὼβ* τὸν διαβεβλημένον, οὐκ *ἐκλεκτὸν* τοῦτον, οὐ *παῖδα* πάλιν ἐκάλεσεν, δι' ὧν πάλιν ὀνομάτων τοὺς περὶ ὧν ἐπιφέρει, καλεῖ τὸν ἐπαινετὸν τῶν ἀποστόλων ὑποσημαίνων χορόν. Διό φησι, *Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας σε*. Καὶ παραθαῤῥύνας αὐτοὺς πάλιν ἐπήνεγκεν, ὅτι *Ἐγὼ δώσω ὕδωρ ἐν δίψει τοῖς πορευομένοις ἐν ἀνύδρῳ*. Καὶ πῶς διεσάφησε λέγων· *Ἐπιθήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τὸ σπέρμα σου, καὶ* D *τὰς εὐλογίας μου ἐπὶ τὰ τέκνα σου*, τὸ λογικόν τε καὶ γόνιμον ζωτικόν τε δηλῶν *ὕδωρ*, τὸ διὰ τοῦ θείου χορηγούμενον *Πνεύματος*. Δι' οὗ τοὺς ἀναγεννηθέντας *σπέρμα* τῶν ἀποστόλων καὶ *τέκνα* καλεῖ, Παύλου λέγοντος· « Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. » Καὶ πάλιν· « Τέκνα οὓς πάλιν ὠδίνω. » *Εὐλογίας* δὲ καλεῖ τὸ πολυειδὲς τῶν τοῦ Πνεύματος δωρεῶν· « Ὧ μὲν γὰρ δίδοται λόγος σοφίας· » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πάλιν· « Ἕκαστος ὑμῶν ἴδιον ἔχει χάρισμα ἐκ Θεοῦ. » Τίνες δὲ *αἱ εὐλογίαι*, δηλοῖ, ὅτι *ἀνατελοῦσιν ὡσεὶ χόρτος ἀνὰ μέσον ὕδατος, καὶ ὡς ἰτέα ἐπὶ παραῤῥέον ὕδωρ*. Τὸ ζωτικὸν αὐτοῦ παριστῶν *ἰτέαν* εἶπεν, διὰ

[64] Jerem. II, 8. [65] ibid. 29. [66] Jerem. XI, 15. [67] I Cor. IV, 15. [68] Galat. IV, 19. [69] I Cor. XII, 8. [70] I Cor. VII, 7.

τὸ νεαρόν τε καὶ ἀειθαλὲς τοῦ φυτοῦ. Πηγαῖς γὰρ A ἀεὶ καὶ ποταμοῖς παραπέφυκεν.

aquarum, *et sicut salix juxta præterfluentes aquas* intulit; ut per *salicem*, vitalem facultatem, qua genus hoc plantæ recreatur semper et viret, indicaret. Fontibus enim perpetuo et fluviorum ripis a]nascitur.

Τινὲς δὲ πρὸς τοὺς αὐτοὺς καὶ τὰ *νῦν* εἰρῆσθαί φασι. Τὴν γὰρ αἰτίαν τῆς ἀπωλείας εἰπὼν, πάλιν αὐτοῖς τὸ μνησικακεῖν ἐπαγγέλλεται. Ἕτερον αὐτοῖς ἀντὶ τοῦ προλαβόντος ὁρίζων καιρὸν τὸ *νῦν* λέγων, ὡς καὶ τό· « Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε. » Προτρέπει γὰρ αὐτὸν ἐπιλαθέσθαι μὲν τῶν πάλαι. Ὅτι δὲ *αὐτοῦ παῖς* ὠνομάσθη [u], σκοπεῖν καὶ ὡς ἐκ πάντων *ἐξείλεκται* τῶν ἐθνῶν, κατὰ τό· « Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, » καὶ τὰ ἐφ' ἑξῆς. Εἰ δὲ νοοῖτο περὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν, τοσαύτη τις ἔσται τότε, φησὶ, προκοπὴ καὶ θεοσεβείας κατόρθωσις τῶν οἰκούντων πάλαι τὴν *ἐρημόν* τε καὶ *ἄνυδρον*, C ὡς ἁμιλλᾶσθαι πρὸς ἀλλήλους ὡς ἐν δρόμῳ τοῦ Θεοῦ τὴν χάριν ἁρπάζειν ἐπειγομένους, καὶ τὸν μὲν *Τοῦ Θεοῦ*, λέγειν, *εἰμί*, τὸν δὲ *τοὔνομα τοῦ Ἰακὼβ* ἐπιγράφεσθαι, καίτοι μὴ ὄντα ἐκ τοῦ *Ἰακὼβ*, ἐκ δὲ τῆς *ἐρήμου* τῆς πρότερον. Ἀντὶ δὲ τοῦ *βοήσεται*, *κληθήσεται* Σύμμαχος ἔφησεν [v]· τοῦτο, φασὶν, ἐν τοῖς τῶν διωγμῶν καιροῖς ἐθεασάμεθα, πολλοὺς τῶν ἐθνικῶν τὰς τῶν ἁγίων ἀνδρῶν προσηγορίας ἑαυτοῖς ὑφαρπάζοντας. Ἐκάλει γὰρ ἑαυτὸν ὁ μὲν *Ἰακὼβ*, ὁ δὲ *Ἰσραὴλ*, ἕτεροι δὲ Ἱερεμίαν τε καὶ Ἡσαΐαν, καὶ Δανιήλ. Μεθ' ὧν ὀνομάτων ἐπὶ τὰ μαρτύρια προθύμως ἑαυτοὺς ἐπεδίδοσαν. Τὸ δὲ *τῇ χειρί*, διὰ τὸ στίζειν ἴσως πολλοὺς ἐπὶ καρπῶν, ἢ βραχιόνων ἢ τοῦ σταυροῦ τὸ σημεῖον, ἢ τὴν Χριστοῦ προσηγορίαν. Ἤγουν ἐπὶ C *τῷ ὀνόματι*, φησὶν, ἐπειδὴ *ὄνομα* τοῖς ἐξ Ἰακὼβ σχοίνισμα καὶ κλῆρος Θεοῦ. Οὐκ ἐᾷ δὲ, φασὶ, τοὺς ἀσεβήσαντας χωρεῖν εἰς ἀπόγνωσιν, ὡς μὴ δοκεῖν ἐλόῤῥιζον ἀπολεῖσθαι τὸν Ἰσραὴλ, ἀποστραφέντος εἰς ἅπαν αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ. Καταλέαν εἰ [x] δὲ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι τὴν τῆς σωτηρίας ὁδόν.

Non desunt, qui et ista etiam ad eosdem dici existiment. Postquam enim interitus causam attulisset, eisdem rursus injuriarum minime se recordaturum pollicetur, et in præteriti locum, tempus aliud definit, cum *nunc* assumit; cujusmodi est illud: « Hodie si vocem ejus audieritis [71]. » Ipsum enim, ut eorum quæ præterierunt obliviscatur, adhortatur. Est vero qualiter *ejus puer* nominari, ex omnibusque gentibus *eligi* dicatur, advertendum. Tale et illud est: « Quando dividebat Altissimus gentes [72], » et quæ sequuntur. Quod si de gentibus intelligitur, tum magnus adeo erit, inquit, progressus, tantusque in pietate profectus eorum, qui *desertas* olim et *inaquosas* solitudines habitabant, ut inter se, tanquam cursu, de adipiscenda Dei gratia magna contentione decertent; et hic quidem, *Dei sum*, dicat: ille autem sibi *Jacobi nomen* ascribat, quantumvis ex *Jacobo* non sit, sed ex *deserto* ante prodierit. Verum pro *clamabit*, *vocabitur* habet Symmachus. Atque idipsum, aiunt, sæviente persecutionis tempore, contigit, quo ethnicos multos sanctorum hominum appellationes sibi arripere vidimus. Se enim *Jacobum* alius, alius item *Israelem*, alii etiam Jeremiam, et Isaiam, et Danielem nuncupabant: quibus assumptis appellationibus alacri et forti animo ad martyria accedebant. Quod autem *manu* dixit, ideo forsan adjecit, quod Christi nomen permulti, vel crucis signum in palmis, aut brachiis inuri sibi curarent. Vel certe *in nomine* ideo dixit, 497 quod iis qui de Jacobo prodierunt, funiculus et hæreditas *Dei nomen* exstiterit [73]. Neque vero eos patitur, inquiunt, qui impie egerunt, ad spei usque projectionem devenire, ne velle videatur Israelem totum stirpitus interire; tanquam eosdem plane Deus aversetur: sed iis, qui in eum crediderunt, salutis viam expeditiorem et leniorem facit.

Ἑαυτὸν δὲ λέγων *Κύριον*, καὶ *Θεὸν*, *ποιητήν* τε καὶ *πλάστην*, ἐμφαίνειν ἔοικεν ὅτι καὶ πεπλάνηται, τὸ τῆς *θεότητος ὄνομα* Ἰσραὴλ περιθεὶς ἑτέροις τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς, καὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίας ὑπέμνησεν, ἀχαριστίας γραφόμενος, εἰ [y] γονέας τιμῶν τοὺς εἰς τὴν γένεσιν ὑπουργήσαντας, D αὐτὸν ἀπεστράφη τὸν *ποιητὴν*, ὃ καὶ δι' ἑνὸς ἔφη τῶν προφητῶν· « Υἱὸς δοξάζει πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ. » Καί· « Εἰ Πατήρ εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; » Καί· « Εἰ Κύριός εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου; λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » *Κύριος* μὲν γάρ ἐστιν, ὡς ὑπὸ *χεῖρα* τὴν κτίσιν κρατῶν, Πατὴρ δὲ, ὡς *ποιητής*. Τὸ δὲ ἔτι *βοηθήσῃ*, παρίστησιν ὡς ἥμερος ἐγὼ καὶ πρὸς τοσοῦτον ἡμαρτηκότα. Ἄνωθεν δέ τινες περὶ τῆς ὅλης ῥήσεως ἔφασαν, ὡς ἐνάγων αὐτοὺς εἰς ἔνδειξιν τῆς

Quod autem *Dominum* se et *Deum*, *factoremque*, et *plasmatorem* nominat; aberrasse et ipsum Israelem, qui *Dei nomen* aliis, qui dii non sunt, attribuerit, videtur indicare, et posita ante oculos prima hujus fabricatione, ingratitudinis arguere, quod procreationis ministros parentes colens, *Factorem* ipsum aversatus sit, quod per quemdam prophetam in hunc modum ait: « Filius glorificat Patrem, et servus dominum suum [73*]. » Et: « Si pater ego sum, ubi est gloria mea [74]? » Et: « Si Dominus sum ego, ubi mihi debitus timor, ait Dominus omnipotens [75]? *Dominus* enim unus est; tanquam qui cuncta creata *manu* complectatur; Pater autem, tanquam qui eadem *fecerit*. Quod vero adhuc *auxilium habiturum* dixit, in eum se facilem et mansuetum, qui adeo peccavit, ostendit. Nonnulli porro

[71] Psal. XCIV, 8. [72] Deut. XXXII, 8. [73] ibid. 9. [73*] Malach. I, 6. [74] ibid. [75] ibid.

VARIÆ LECTIONES.

[u] *Ἴσ.* ἔστι ἢ προσήκει ἢ τοιοῦτόν τι. [v] *γρ.* ἔφη. καί. [x] *γρ.* καταλεαίνει. [y] *γρ.* ὡς ἢ ὅτι.

supra positam verborum seriem a principio repetentes, volunt eos a Deo in suæ magnificentiæ demonstrationem induci ut renovata veterum miraculorum memoria, posse a se decem tribus, nisi ipsæ obstiterint, in patriam reduci non dubitent. Quod si, quid *meminisse* opus sit, postulatis : elapso rursum tempori fidem detrahentibus, ista, inquit, prætermittantur, et quæ *recentia* sunt, considerate. Deinde, ut ea, quæ ad Novum Testamentum attinent, attigit, non se nunc primum ejus curam suscepisse respondet, qui ne mercedem quidem ab initio acceperit, sed contra ut impie degenti peccatorum veniam, prorogato ad operandam justitiam tempore, largitum esse. Mare enim, et columna ignis, et nebula, baptismatis vicem, Apostolo teste [74], suppleverunt, qui in nube et mari baptizatos dicat. Idem vero, ait, et nunc ipse sum, qui volentibus vobis peccata dimitto, si ipsi eorum accusatores in remissionem, non in condemnationem **498** esse volueritis. Sin minus, ipsa ego vobis judicii tempore in memoriam revocabo, et majorum scelera ; eadem superare evincam. Etsi enim impietatis crimine et illi quoque non caruerint, idolum tamen in templum meum, quod ipsi facere ausi estis, nunquam induxerunt. Deinde, ut ad resipiscentiam adducat, graviter eosdem perstringens, *Jacobum et Israelem* de patrum nomine appellat ; *factoremque* se esse ostendit, et omnia permeare, ipsam denique, quæ in utero absolvitur, *plasmationem* moderari. *Spiritum* deinde ejus fidei, quæ in Unigenitum habetur (id est *benedictionem*, quæ ab eodem suppeditatur) mercedis loco daturum se demonstrat. Est enim iis usitatum et proprium, qui Deo benedicunt, ut ipsi quoque *benedictione* repleantur. Si enim qui Abrahamo benedicit, *benedictionem* et ipse consequitur, quanto magis qui Deo, et Domino ? Istis igitur bonis abundaturi sunt ; ut virentibus semper arboribus ea etiam, quæ ad illos spectant, appareant.

A ἰδίας μεγαλοπρεπείας, ὡς οἷός τε ἔσται καὶ τὰς δέκα φυλὰς ἐπαναγαγεῖν ἐὰν βουληθῶσι, τῶν πάλαι θαυμάτων ὑπέμνησε ν. Εἰ δὲ λέγετε· Τί δεῖ *μεμνῆσθαι;* πάλιν ἐκείνων ἀπιστουμένων τῷ χρόνῳ, παρείσθω ταῦτα, φησὶ, καὶ τὰ *νέα* σκοπήσατε. Εἰπὼν δὲ τὰ περὶ τῆς Καινῆς Διαθήκης, φησὶν, ὡς Οὐ νῦν ἀρχὴν τῆς περὶ σὲ κηδεμονίας πεποίημαι, ἀλλ' οὐδὲ μισθὸν λαβὼν ἐξ ἀρχῆς, τοὐναντίον δὲ καὶ ἀσεβοῦντι τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν δέδωκα, καιρὸν ὑμῖν δοὺς δικαιοσύνην ἐργάζεσθαι. Καὶ ἡ θάλασσα γὰρ, καὶ ὁ στύλος τοῦ πυρὸς, καὶ ἡ νεφέλη, βαπτίσματος χώραν ἐπεῖχεν ὑμῖν. Καὶ ὁ Ἀπόστολος γὰρ βεβαπτίσθαι φησὶν αὐτοὺς ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ τῇ θαλάσσῃ. Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ νῦν εἰμι βουλομένων ὑμῶν ἀφιεὶς ἁμαρτίας, ἐὰν ἑαυτῶν κατήγοροι γένησθε B ἐπὶ ἀφέσει, οὐ κατακρίσει. Εἰ δὲ μὴ, ἐν καιρῷ τῆς κρίσεως τούτων ὑμᾶς ὑπομνήσω τοὺς ἑαυτῶν πατέρας ταῖς ἁμαρτίαις νικήσαντας. Ἠσέβουν μὲν γὰρ κἀκεῖνοι, ἀλλ' οὐκ εἴδωλον καθ' ὑμᾶς ἐπεισήνεγκαν τῷ ἡμετέρῳ ναῷ. Καὶ πάλιν ἐπιστρέφων αὐτοὺς, δυσωπητικῶς *Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ* ἐκ τῶν πατέρων καλεῖ, *καὶ ποιητὴν* καὶ διὰ πάντων διήκοντα δεικνὺς ἑαυτὸν, καὶ τῆς ἐν τῇ γαστρὶ μέμνηται *πλάσεως*. Εἶτα μισθὸν τῆς εἰς τὸν Μονογενῆ πίστεως τὸ *Πνεῦμα* δώσειν ἐπαγγειλάμενος τὴν ἐξ αὐτοῦ χορηγουμένην *εὐλογίαν* δηλοῖ. Ἴδιον γὰρ τῶν εὐλογούντων Θεὸν, τὸ καὶ αὐτοὺς *εὐλογίας* πληροῦσθαι. Εἰ γὰρ ὁ τὸν Ἀβραὰμ εὐλογῶν *εὐλογίας* κληρονόμος ἔσται, πόσῳ γε τούτου τὸν Θεὸν καὶ Δεσπότην; Ἐν τούτοις δὲ γενήσονται C τοῖς ἀγαθοῖς, ὡς τοῖς ἀειθαλέσιν ἐοικέναι φυτοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις.

499 VERS. 6-23. *Sic ait Deus, rex Israel, qui liberavit ipsum, Deus exercituum : Ego primus, et ego post hæc. Præter me non est Deus. Quis sicut ego ? Stet, vocet, et annuntiet, et paret mihi, ex quo feci hominem in æternum,* etc.

500 Aliud est sermonis initium ad Judæos, qui idolorum cultum amplexi sunt. Sed cujusnam sit *Israelis rex* non ignorare patitur, cum *qui liberavit eum Deus exercituum*, adjicit. Est enim *liberatorum rex*, non eorum qui impietatis arguuntur : quos tamen aberrantes etiam ad unum *Deum* reducit, quo neque *prior* neque *posterior* ullus inveniri queat. Quod si de universo etiam *Israele* verba ista, *qui liberavit eum*, intelligantur, eos, ut Ægyptiacæ servitutis **501** meminerint, a qua erepti sunt, adhortatur, tantorumque miraculorum auctorem præter *Deum*, qui natura talis *principio et fine* caret, nullum esse alium ostendit. Verum, si alium exsistere arbitraris, dicat jam, quale suum opus in hoc universi theatro ostendere queat. Unus

ϛ-κγ'. *Οὕτως λέγει ὁ Θεὸς, ὁ βασιλεὺς Ἰσραὴλ, ὁ ῥυσάμενος αὐτὸν Θεὸς Σαβαώθ· Ἐγὼ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα. Πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι ὁ Θεός. Τίς ὥσπερ ἐγώ; Στήτω, καὶ καλεσάτω, καὶ ἀναγγειλάτω, καὶ ἑτοιμασάτω μοι, ἀφ' οὗ ἐποίησα ἄνθρωπον εἰς τὸν αἰῶνα*, κ. τ. λ.

Ἐξ ἑτέρας ἀρχῆς πρὸς τοὺς εἰδωλολάτρας τῶν Ἰουδαίων ὁ λόγος. Ποίου δὲ *Ἰσραὴλ* ἐστι *βασιλεὺς*, ἐπήνεγκε λέγων, *ὁ ῥυσάμενος αὐτὸν Θεὸς Σα-* D *βαώθ*. Τῶν γὰρ *ῥυσθέντων* ἐστὶ *βασιλεὺς*, οὐ τῶν κατηγορουμένων ἐπ' ἀσεβείᾳ. Οὓς δὴ καὶ πλανηθέντας ἐπιστρέφει πρὸς τὸν ἕνα *Θεόν*. *Πρὸ* οὗ καὶ *μεθ' ὃν* οὐκ ἔστιν ἄλλον εὑρεῖν. Εἰ δὲ καὶ περὶ παντὸς νοοῖτο τοῦ *Ἰσραὴλ* τὸ *ὁ ῥυσάμενος αὐτὸν*, τῆς ἐλευθερίας αὐτῶν τῆς ἐξ Αἰγύπτου μεμνῆσθαι παρακαλεῖ, καὶ τῶν τοσούτων θαυμάτων, παρὰ τὸν φύσει *Θεὸν ἄναρχόν τε καὶ ἀτελεύτητον* ἕτερον οὐδένα δεικνύς· εἰ δὲ νομίζεις ἄλλον εἶναι, λεγέτω ποῖον ἔργον αὐτοῦ δείκνυσιν ἐν τῷ παντί. Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ κόσμου, καὶ συμφυοῦς, καὶ ἑαυτῷ συνημμένου, εἷς ἂν εἴη καὶ ὁ τούτου δημιουρ-

[74] I Cor. x, 2.

γὸς, ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων νοούμενος. Θεοῦ δὲ ὄντος ἑτέρου, καὶ κόσμος ἕτερος νοηθήσεται· ὅπερ ἐκ πλειόνων ὡς ἄτοπον ἐξελήλεγκται. Τὸ δὲ *στήτω*, τοῦτ' ἔστι πρῶτον ὕπαρξιν δεικνύτω τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ὡς ἐν οὐσίας ἐστὶν ὑποστάσει, καὶ ὡς ἐφ' ἑαυτοῦ μένει καὶ ἕστηκεν. Εἶτα φωνὴν ἀφεὶς λογικὴν καὶ Θεῷ πρέπουσαν, *ἀναγγειλάτω πρῶτα καὶ ἔσχατα*, ἀφ' οὗ *τὸν ἄνθρωπον ἔπλασα*, μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ, ἢ καὶ ἔτι τοῦ *μέλλοντος*, καθάπερ ἐγὼ τὰ μὲν *πρῶτα* διὰ Μωσέως, τὰ δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, δι' αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων ἐμήνυσα προφητῶν. Θεῷ γὰρ τῷ κατὰ φύσιν πάντα πάρεστιν ἐν ἀμερίστῳ γνώσει καὶ τὰ χρόνῳ διεστηκότα.

A enim cum sit, ejusdemque naturæ, et sibi cohærens mundus; unicus quoque et ejus opifex ex magnitudine operis et pulchritudine intelligatur necesse est; quemadmodum et mundus alius, *si Deus* alius: quod multis rationibus absurdum esse convincitur. At quod *stare* imperat, postulat imprimis, ut suam ille exsistentiam demonstret, deinde, ut sit in essentiæ hypostasi, denique, ut in seipso maneat et constet. Voce præterea usus rationis participe, Deoque convenienti, *quæ prima quæque ultima*, inquit, *annuntiet*, ab eo tempore exorsus, quo *hominem formavi* ad præsens usque, et quæ *ventura* etiam, quemadmodum ei ipse *prima* quidem per Mosen, cætera autem de Christi adventu per eumdem, prophetasque alios aperui. Ei siquidem, qui natura *Deus* sit, præsentia sunt omnia, nulloque ipsi cognitionis discrimine ea etiam, quæ tempore distinguuntur, separantur.

Ἀλλὰ γὰρ [a] μὴ συσχηματίζεσθε *ἐγκαλυπτόμενοι*, ὡς εἰδότες μέν τι, μὴ βουλόμενοι δὲ λέγειν. *Οὐ γὰρ ἠκούσατε*, φησὶν, *ἀπ' ἀρχῆς*, οὐδὲ ἔγνωτε τοιοῦτον οὐδὲν, ὡς ἐγὼ πρόγνωσίν τε τὴν ἐμὴν καὶ θεϊκὰς ἐπιδειξα πράξεις. Ὧν ὑμεῖς μάρτυρες, ὅσοι τὰ Μωσέως καὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἐγνώκατε λόγια, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ θαύματα, καὶ μετὰ ταύτην ἀγγέλλοντα, καὶ τῆς κτίσεως αὐτῆς ὡς δὴ Δεσπότῃ συγκινηθείσης ἐμοί. Ταῦτα γὰρ ἰδίας ἐκάλεσεν ἀρετὰς, ἃς ἐνεργοῦντι τούτων ἦν οὐδεὶς σὺν ἐμοὶ, ἀλλ' οὐδὲ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, ὅτε μηδὲ τῶν εἰδώλων ἦσαν δημιουργοὶ, καθάπερ ἴστε καὶ ὑμεῖς, ὡς *ἐν ἀρχῇ* τοῦ θνητοῦ βίου τούτων ὑπῆρχεν οὐδέν. Οἱ δὲ μετὰ ταῦτα γενόμενοι παύσονται τῆς πλάνης *ἐγκαλυπτόμενοι*. Ἐπιμένοντες δὲ κατὰ τὸν τῆς ἐκδικήσεως ἀπολοῦνται καιρόν. Ὑμεῖς δὲ τέως τί μὴ λογίζεσθε, τίς τῶν ἀψύχων ἀγαλμάτων ἡ φύσις; Εἰ γὰρ εἶχόν τινα δύναμιν, ἤρκεσαν ἂν τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ τοῖς Ἀμοῤῥαίοις εἰς σωτηρίαν ταῖς ἐμαῖς ἐνεργείαις ἀντιταττόμενα. Νυνὶ δὲ σὺν αὐτοῖς ἥλω τοῖς προσκυνοῦσι καὶ πυρὶ δι' ὑμῶν παραδέδοται. Πῶς οὖν ὑμεῖς οἱ κατεγνωκότες γεγόνατε τούτων δημιουργοὶ, καὶ ταῦτα Μωσέως ἀκούσαντες, ὡς Θεῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον; οὕτω γεγόνατε μάταιοι τὰ μὴ ὄντα ποθήσαντες; Τὸ δὲ *ἐξηράνθησαν*, εἰ μὲν ἐπὶ *τῶν γλυπτῶν* νοοῖτο, ἀντὶ τοῦ ἀπώλοντο κείσεται. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν τεκταινόντων, ὡς ἐπὶ φυτῶν ἀκάρπων ῥηθείη *ξηραινομένων*, ὧν τὸ τέλος εἰς καῦσιν. Τὸ δὲ *κωφοὶ ἀπὸ ἀνθρώπων* ἀντὶ τοῦ τελοῦντες μὲν οὐδαμῶς· εἰς ἀνθρώπους, ἀναίσθητοι δὲ, κατὰ τό· « Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτά. » Εἶτά φησι, *συναχθήτωσαν πάντες*, ὡς ἂν κοινῶς *ἐντραπεῖεν* οἱ τῶν *εἰδώλων* θεραπευταὶ τῇ δυσσεβείᾳ συνειπεῖν οὐχ ἰσχύοντες.

B Videte igitur ne alii conformemini *absconditi* tanquam scientes quidem aliquid, sed efferre nolentes. *Non enim audivistis*, inquit, *ab initio*, neque cognovistis ejusmodi quidquam, atque ego, qui et futura de me præscivi, et divina opera edidi, quorum vos omnes ipse testes appello, quotquot Mosis oracula, et quæ postea edita sunt, evolvistis, in quibus quæ in Ægypto, et deinceps a me patrata sunt, cum creata omnia mihi Domino subservirent, reperiatis. Hæc enim proprias virtutes appellavit: Quas cum ego operarer, inquit, mecum nullus fuit, imo ne ante eluvionem quidem cum nondum essent idolorum opifices: sicut et vos in ipso mortalis vitæ *principio* nihil horum quidquam visum esse non ignoratis. Verum C qui postea nati sunt, ab errore cessabunt *absconditi*: qui vero institerint, ipso ultionis tempore deperibunt. Vos autem interim quid non **502** consideratis, quænam sit ipsa idolorum anima carentium natura? Si quam enim potentiam haberent, Ægyptiis et Amorrhæis, qui ea viribus meis opponunt, ad salutem aliquid conferre potuissent. At nunc cum suis ipsa adoratoribus capta per vos in ignem conjecta sunt. Qui vos igitur, quos latere ipsa non potuerunt, eorum opifices exstitistis, qui Mosen Deo uni serviendum, neque idola facienda docentem audivistis? At eo ipsi vecordiæ evasistis, ut earum rerum amore, quæ non sunt, insaniatis. Cæterum quod *exaruerunt* habetur, si de D *sculptilibus* intelligatur; idem plane, quod perierunt, significare putandum est: sin autem ad eos, qui ea fabricati sunt, referatur; tanquam de *arescentibus* arboribus dicetur, quorum finis ipsa est combustio. Quod autem *surdos ab hominibus* dixit, idem plane, ac si nullo modo inter homines numeratos, et sensu destitutos dixisset, significavit; quale est illud; « Similes iis fiant, qui faciunt ea [77]. » Deinde *congregentur omnes*, adjicit, ut omnes simul *idolorum* cultores, cum in impietate consentire non queant, *pudore confundantur*.

Εἶτα μέμνηται τῶν ὀργάνων, δι' ὧν τὰ *εἴδωλα* κατεσκεύαζον, ἵνα τὴν περὶ ταῦτα τέχνην προσκυ-

Instrumentorum præterea, quibus *idola* fiebant, meminit; ut autem eos adorare demonstret. Si

[77] Psal. CXIII, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Ισ. ἄλλῳ γοῦν.

enim *lignum* ipsum Deus esset, idem et sine arte A *Deus* exsisteret. Artem itaque deam effecerunt, quæ est hominis infirmi et corruptioni obnoxii. Alias enim cibo et potu non indigeret. Interrogatione siquidem verba ista: *Non bibet aquam*, distinguenda esse arbitramur. Quo pacto ergo qui corrumpitur incorrupta; et qui moritur, immortalia efficiat? Nonnulli vero etiam de idolis totum id acceperunt, quibus hostias offerebant. Utrum vero minime sacrificantibus vobis et *esuriet, et infirmabitur* qui *Deus* est? Nonne et *aquam bibere* illi necesse fuerit, si istis egeat; ne quid omnino quod ad eorum accusationem faciat, qui corporeas Deo hostias offerunt, quibus ipse non indiget, omittat? Neque enim natura Deus sibi sacrificia fieri ex professo imperavit. Sollicite vero in istorum reprehensionem nunc immoratus **503** B est propheta, ut facti saniores ad verum Dei cultum reverterentur. Verum quod ad *viri formam* dixit, suam ipsos *formam* tam longe a vera discrepantem adorare significat, quantum ab exemplari dissidet imitatio. Itaque suæ ipsos naturæ, quam in *lignis et saxis* expresserunt, injuriam facere, qui *veræ formæ* imaginem præponant, eique honorem deferant. Deinde cum *statuisse in domo* adjicit, in templo significat, in quod petita ex *saltu* materia inducta est. Quod qui noverit, ne se quidem ethnicorum nugis tueri audeat, qui cœlo delapsis simulacris gloriabantur. Est ergo *cinis cor eorum; neque quisquam* in id *animas eorum* prolapsas *eripiat*, præterquam Deus unus, qui omnia pro arbitrii sui ratione transmutare, tenebrasque in lucem vertere queat.

Sequitur *videte*; id est, cogitate. *Et non dicetis* C *falsum esse in dextera mea*, dexteræ enim nomine unigenitum *Filium* usitate appellavit: qui sive Deus sive Dominus, sive lux, sive virtus, sive rex, sive mundi opifex, sive vita nominetur, vere, et proprie istis omnibus significatur, quæ dæmonibus aut idolis falso tribuuntur. Natura enim ex Deo Deus est. Optime vero in obliviosum *Israelem memento* verbum usurpavit. *Formatus enim in filium* non debuit *idola muta* amplecti, ut dignitatis oblivisceretur. « Qui enim novit voluntatem Domini, nec facit eam, vapulabit multis [78]. » Eorum deinceps, quæ admiseris, quantumlibet eadem oblivioni me traditurum pollicear, etiam te volo *meminisse*. Dicitur vero *in filium* per legem *formatus*. Ut enim Adamus ipse de terra, omnisque deinceps in utero *formatus* est D infans, sic et qui in Christo degunt, per Spiritus sancti participationem in ejusdem speciem *efformantur*; juxta illud: « Filioli, quos iterum parturio, donec informetur Christus in vobis [79]. » Et rursum: « Nolite conformari sæculo huic, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et bene placens, et perfecta [80]. » Itemque: « Nos autem revelata facie

A νοῦντας αὐτοὺς ἀποφήνῃ. Εἰ γὰρ ἦν αὐτὸ τὸ *ξύλον Θεὸς*, καὶ χωρὶς ἂν τέχνης ὑπῆρχε *Θεός*. Οὐκοῦν τὴν τέχνην ἐθεοποίησαν ἀσθενοῦς οὖσαν ἀνδρὸς καὶ φθαρτοῦ. Οὐ γὰρ ἂν ἐδεῖτο τροφῆς καὶ ποτοῦ. Ἐν ἐρωτήσει γὰρ ὑποστίζοντες τὸ, *Οὐ μὴ πίῃ ὕδωρ*, ἀναγνωσόμεθα. Πῶς οὖν ὁ φθαρτὸς ἄφθαρτα, καὶ ἀθάνατα ποιήσειεν ὁ θνητός; τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν εἰδώλων τὸ ὅλον ἐδέξαντο. Προσαγάγετε [a] γὰρ τούτοις θυσίας. Ἆρα [b] οὖν μὴ θυόντων ὑμῶν, *πεινάσει καὶ ἀσθενήσει* ἐνυπάρχων *Θεός*; οὐκοῦν καὶ *ὕδωρ* ὀφείλει *πιεῖν*, εἰ τούτων ἐστὶν ἐνδεής, ἵνα διαβάλλει καθόλου τοὺς Θεῷ τι προσφέροντας ὑλικὸν, οὗ μὴ πέφυκεν ἐνδεής; οὐ δὲ γὰρ ὁ φύσει Θεὸς προηγουμένως τὰς θυσίας ἐπέταξεν. Ἐντρεπτικῶς δὲ νῦν ὁ προφήτης τοῖς περὶ τούτων ἐνέμεινε λόγοις, B ὡς ἂν φρονήσαντες ἐπιστραφεῖεν πρὸς θεοσέβειαν. Τὸ δὲ ὡς *μορφὴν ἀνδρὸς*, παρίστησιν ὡς τὴν ἰδίαν προσκυνοῦσι *μορφὴν* τοσοῦτον ἀπᾴδουσαν, ὅσων [c] ἀρχετύπων ἡ μίμησις. Καὶ τὴν ἑαυτῶν αἰσχύνουσι φύσιν τὴν ἐν *λίθοις καὶ ξύλοις* εἰκόνα *τῆς ἀληθοῦς* προτιμῶντες *μορφῆς*, καὶ δόξαν ἐκείνῃ προσάγοντες. Τὸ δὲ *ἵστησιν ἐν οἴκῳ*, δηλοῖ ὅτι ναῷ ἐκ *δρυμοῦ* τὴν ὕλην λαβών. Ὅπερ εἰδὼς οὐκ ἂν ἔχοι λέγειν, κατὰ τοὺς Ἑλλήνων λήρους, διοπετῆ τὰ ἀγάλματα. *Σποδὸς οὖν ἄρα ἡ καρδία αὐτῶν*, καὶ *οὐδεὶς ἂν ἐξέλοιτο τὰς* τῶν εἰς τοῦτο πεσόντων *ψυχὰς*, πλὴν ὃ ἥτι [d] μόνος εἴπερ ἐθέλοι Θεὸς ὁ μετασκευάζων, ὡς βούλεται, πάντα, καὶ φωτίζων ἐσκοτισμένα.

C *Ἴδετε*, τοῦτ᾽ ἔστι κατανοήσατε, *καὶ οὐκ ἐρεῖτε ὅτι ψεῦδος ἐν τῇ δεξιᾷ μου*, συνήθως οὕτω τὸν μονογενῆ καλέσας *Υἱὸν*, ὃς εἴτε *Θεὸς*, εἴτε *Κύριος*, εἴτε φῶς, ἢ δύναμις, ἢ βασιλεὺς, ἢ Δημιουργὸς, ἢ ζωὴ λέγοιτο, πάντα κυρίως ἐστὶν ἐξ ἀληθείας λεγόμενος, τῶν εἰδώλων ἢ δαιμόνων ψευδῶς ταῦτα λεγομένων. Φύσει γὰρ Θεὸς αὐτὸς ἐκ Θεοῦ. Ὡς ἐπιλήσμονι δὲ τῷ *Ἰσραὴλ* τὸ *μνήσθητι* καλῶς ἐπενήνοχεν. *Πλασθεὶς γὰρ εἰς παῖδα*, οὐκ ὀφείλει τῆς ἀξίας ὑπεριδεῖν, *κωφοῖς εἰδώλοις* προσκείμενος. « Ὁ γὰρ εἰδὼς τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου αὐτοῦ, καὶ μὴ ποιήσας, δαρήσεται πολλάς. » Λοιπὸν, ὧν ἥμαρτες *μέμνησο*, κἂν ἐγώ σοι τούτων ἀμνηστείαν χαρίζωμαι. *Πεπλάσθαι* δὲ λέγεται διὰ τοῦ νόμου *πρὸς παῖδα*. Ὡς γὰρ Ἀδὰμ ἐκ γῆς, καὶ πᾶν ἐν γαστρὶ D *πλάττεται* βρέφος· οὕτως οἱ ἐν Χριστῷ διὰ μετοχῆς τοῦ ἁγίου *πλάττονται* Πνεύματος εἰς εἶδος τὸ πρὸς αὐτὸν, κατὰ τό· « Τεκνία, οὓς πάλιν ὠδίνω μέχρι μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Καὶ πάλιν· « Μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλ᾽ ἀναμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. » Καὶ πάλιν· « Ἡμεῖς δὲ ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφοῦσθε [d*] τῇ

[78] Luc. XII, 47. [79] Galat. IV, 19. [80] Rom. XII, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. προσήγα. [b] γρ. ἄρα. [c] γρ. ὅσον. [d] γρ. ὅτι. [d*] γρ. μεταμορφούμεθα.

ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν [e], ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος. » Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν οὕτω. Τοῖς ἐν νόμῳ δὲ πρέπει δουλείας πνεῦμα λαβοῦσι τὸ εἰς οἰκέτην καὶ *παῖδα πεπλάσθαι*. Παραβαίνοντας γὰρ ὁ νόμος, ὡς οἰκέτας ἐκόλαζεν. Ἡ ἐν Χριστῷ δὲ *πλάσις* υἱούς τε καὶ συμμόρφους ἐργάζεται. Τῷ δὴ οὖν *Ἰσραὴλ*, Μὴ *ἐπιλανθάνου* μου, φησὶ, τρεπόμενος εἰς ἀσέβειαν. Πρὸς ὃν ἀλλαχοῦ φησιν· « Ὑμεῖς οἱ ἐπιλανθανόμενοί μου, καὶ ἑτοιμάζοντες τῷ δαιμονίῳ τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῇ τύχῃ κέρασμα. »

Οὕτως ἄρα *λήθη* Θεοῦ, τὸ ἀποφοιτῆσαι τούτου δηλοῖ. Προτρέπων δὲ σπεύδειν ἐπὶ μετάνοιαν, ἐπιστρέφουσιν αὐτοῖς ἁμαρτημάτων ἄφεσιν ἐπαγγέλλεται, Ἀπήλειψα, λέγων, ἀντὶ τοῦ *ἀπαλείψω*, καθάπερ τι νέφος διαλύσας ἢ γνόφον. Τὸ γὰρ μέλλον τοῦ χρόνου, τὸ *λυτρώσομαί σε* παρίστησιν. Πῶς γὰρ *ἀπήλειψεν* ὁ καλῶν εἰς *ἐπιστροφὴν*, ὡς ἀπεστραμμένον, *τὸν Ἰσραὴλ*; διὰ Χριστοῦ γὰρ ἤμελλε πᾶσιν ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσις δίδοσθαι συναναστραφέντος ἡμῖν τοῦ Ἀμνοῦ, ὃς αἴρει τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Ὁ δὴ προϊδὼν ὁ προφήτης, καὶ ὡς πολλοὶ τούτων πιστεύσουσιν τῷ προφητικῷ πειθόμενοι λόγῳ, χαίρειν τοὺς *οὐρανοὺς προσφωνεῖ*, τὰς *οὐρανίους* δηλονότι δυνάμεις, ὡς ἂν χαρᾶς ἐν οὐρανοῖς γενησομένης ἐπὶ τοῖς μετανοεῖν μέλλουσιν. Ὅθεν Χριστοῦ γεννηθέντος ἀνέκραζον· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη. » *Σαλπίζειν* δὲ βούλεται, καὶ εἴ τινές εἰσι, καὶ *τὴν γῆν* αὐτὴν ὑποστηρίζουσαι θεῖαι δυνάμεις, ἤγουν *ἀλαλάξαι*, κατὰ τοὺς λοιποὺς, ὕμνον ἀναπεμπούσας Θεῷ. Εἰκὸς δὲ *θεμέλια* χρηματίζειν τοὺς θεοφιλεῖς πάντας προφήτας τε καὶ δικαίους, κατὰ τὸν Ἀπόστολον λέγοντα· « Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. » Ἐπὶ τὴν Χριστοῦ γὰρ κλῆσιν μεγαλοφώνως πάντας ἐκάλεσαν, κατὰ τό· « Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν. » Ἁπάντων μὲν γὰρ *θεμέλιος* ὁ Χριστὸς ἀνέχων τε καὶ διακρατῶν τὰ ἐρηρεισμένα. Ἐπ' αὐτῷ γὰρ πάντες ἐποικοδομούμεθα οἶκος πνευματικός. Κατοικεῖ γὰρ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ πίστεως. *Θεμέλιοι* δὲ προσεχέστεροι, καὶ ἐγγὺς μᾶλλον, ἢ καθ' ἡμᾶς, οἱ αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου. Γίνονται γὰρ ἡμῖν διὰ τῶν παραδόσεων εἰς ἑδραίωμα πίστεως, κατὰ τό· « Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν. » Τὸ γὰρ τῆς αὐτοῦ πίστεως ἀσάλευτον ὑπεδήλωσεν. Λέγει δὲ καὶ Δαβίδ· « Οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις, » περὶ τῶν αὐτῶν λέγων. Ὁ μὲν οὖν Μωσῆς ἰσχνόφωνος ἦν. Ὁ γὰρ νόμος ἦν τοῖς ἐν Ἰουδαίᾳ μόνοις ἐξάκουστος. *Σαλπισταὶ* δὲ καὶ μεγαλόφωνοι κήρυκες οἱ τὸν Χριστὸν πανταχοῦ διαγγέλλοντες.

A in eamdem imaginem **504** transformamur, renovatione mentis nostræ, a gloria in gloriam, tanquam a Domini spiritu [81]. » Atque ita nos quidem. Decet vero et eos, qui in lege servitutis spiritum acceperunt, in servum et *filium formari*. In transgressores enim lex, tanquam in servos, animadvertebat: cum ipsa in Christo *formatio* filios, et conformes [82] efficiat. Adhortatur ergo *Israelem* ne ad pietatem conversus sui ille *obliviscatur*. Cujusmodi sunt ista ad eumdem alicubi: « Vos qui obliviscimini mei et paratis dæmonio mensam, et impletis Fortunæ libamen [83]. »

Ita igitur Dei *oblivisci*, ab eodem recedere significat. Cum autem ad pœnitentiam festinare adhortatur, eisdem, si resipiscant, peccatorum veniam B denuntiat; qui *delevi* verbum, pro *delebo*, non aliter quam de nebula, aut caligine aliqua locutus, usurpat. Futuri siquidem temporis significationem expressit, cum *redimam te* adjunxit. Qui enim *delevisse* putetur, qui tanquam aversum *Israelem* ad *conversionem* provocat? Danda siquidem fuerat omnibus delictorum remissio per Christum, qui agnus nobiscum versatus peccata mundi sustulit. Quod certe cum longe ante propheta videret, ex iisque fore non paucos, qui propheticæ orationi credituri essent, *cælos* ipsos, id est *cœlorum* virtutes *lætari* acclamavit, tanquam gaudium in cœlis super peccatore pœnitentiam acturo futurum sit [84]. Atque inde est, quod nato Christo: « Gloria in excelsis C Deo, et in terra pax [85], » angeli cecinerunt. Vult autem et virtutes divinas, si quæ *terram* ipsam fulciant, *tuba canere*; sive, ut alii transtulerunt, hymnis in Deum *exsultare*. Est etiam consentaneum *fundamentorum* nomine pios omnes, prophetasque, et justos intelligi; qui, docente Apostolo, apostolorum et prophetarum fundamentis superstructi sint [86]. Ad Christi enim nomen contenta voce vocarunt omnes; juxta illud: « In omnem terram exivit sonus eorum [87]. » Omnium siquidem *fundamentum* Christus est; qui quæ admota sunt, fixa firmaque sustineat et complectatur. In ipso siquidem omnes ædificamur domus spiritualis [88]. **505** Habitat enim in cordibus nostris per fidem [89]. *Fundamenta* etiam vicina magis et propinqua, D quam nostro sæculo, ipsi fuerunt oculati testes et ministri verbi; qui nobis propter traditiones, in fidei stabilimentum exstiterunt, juxta illud: « Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam [90]. » Indicat enim ejusdem fidei certitudinem et constantiam. Quin et apud Davidem legimus: « Fundamenta ejus in montibus sanctis [91], » cum de eisdem loquitur. Voce ergo exili et præpedita fuit Moses [92], quod legem in Judæa tantum exaudiri necesse esset; ipsi autem præcones Christi *bucinatores*, magnaque et alta voce præditi, ut eum ubique annuntiarent.

[81] II Cor. III, 18. [82] Rom. VIII, 29. [83] Isa. LXV, 6. [84] Luc. XV, 7. [85] Luc. II, 14. [86] Ephes. II, 20. [87] Psal. XVIII, 5; Rom. X, 18. [88] I Petr. II, 5. [89] Ephes. III, 17. [90] Matth. XVI, 18. [91] Psal. LXXXVI, 1. [92] Exod. IV, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[e] γρ. ἡμῶν.

Quos præterea terræ *fundamenta* dixit, *montes* rursus appellavit. Opere siquidem et verbo excelluerunt, et ad eos illa sunt : « In montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion [23]. » Et rursum legis et gratiæ permagnum discrimen. Illa siquidem, cum ultionem transgressoribus minitaretur, nonnisi tristitiam summam personabat; at hujus præcones orbi terrarum *lætitiam* denuntiarunt; cum peccatorum veniam, cum justificationem in fide, cum Spiritus sancti participationem, cum adoptionis dignitatem, cum regnum cœlorum, cum omni denique cogitatione majora bona, id est, certam et minime fallacem fidei legem, promulgarunt. *Colles* autem et eosdem etiam appellare queas; qui *a terra* exaltati supradictis tamen sunt *montibus* inferiores; *ligna* vero in ipsis, et ab ipsis enutrita, eos ipsos per quos fidem adepti, et tanquam in viros perfectos evecti, fructibus abundant spiritualibus; qui etiam Ecclesiæ doctores evaserunt, eosque fructuum ubertate, qui ad se accedunt, reficiunt. Lætantur vero, quia, præterquam quod *redemptus* est *Jacob*, ipse etiam *glorificatus est Israel Dei Filius* effectus, ejusque frater, qui natura et vere *Filius* est. Alias vero et mundum etiam ipsum, ejusque partes ad gloriæ prædicationem ideo compellit : *Quia redemit Deus Jacob, et Israel glorificabitur*, sive, ut aliis placet interpretibus, *in Israel glorificabitur*. **506** Quod tum demum effectum est, cum ex priore populo, propheticæ orationis utilitatem experti, rejectis idolis ad pietatem se contulerunt. Nonnulli porro verba ista : *Et non erant fingentes Deum, et sculpentes inutilia*, explicarunt, non quod vellent non esse, qui ea confecissent, sed quod iis, a quibus colerentur, opem ferre non possent; tanquam eo tempore non essent, cum istorum fugatis adoratoribus Israeli terram largitus est. Qui igitur non vanus sit, qui tanta beneficia expertus, idola coluit, et arbitrii libertate male abusus est? « Etsi enim omnia licent, non omnia tamen expediunt; neque ego in ullius, inquit, redigar potestatem [24]; » id est : Qui mihi imperandi potestatem accepi, si meis ipse cupiditatibus paream, jam ipsam imperandi facultatem amisi; qui eo ipso a libertate defecerim, quod aliorum potestati me ipse subjecerim. Id ipsum autem si paulatim progrediatur, voluptatum tandem consuetudine ad impietatem pervenit. Nefarias enim de Deo cogitationes parit; tanquam ea, quæ fiunt, vel ignoret, vel non curet. Decet igitur peccati cujusque partes, ipsamque finis absurditatem intueri; decet et ejus cognitionem adeptos nostri imprimis nos *pudore affici*. Neque enim parum juvatur quisquis quæ rationi consentanea putat, secum ipse agitat.

A Ἃ δὲ *θεμέλια* γῆς ἔφη, *ὄρη* πάλιν ὠνόμασεν. Ἔργῳ γὰρ ἦσαν καὶ λόγῳ διαπρεπεῖς, πρὸς οὓς ἔφασκεν· « Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών. » Πολλὴ δὲ πάλιν τῆς χάριτος ἡ πρὸς τὸν νόμον διαφορά. Ὁ μὲν γὰρ κολάσεις ἀπειλῶν τοῖς παραβαίνουσιν ἐβόα κατήφειαν. Οἱ δὲ ταύτης κήρυκες *εὐφροσύνην* τῷ κόσμῳ κατήγγειλαν, ἄφεσιν βοῶντες ἁμαρτιῶν, καὶ δικαίωσιν ἐν πίστει, ἁγίου τε Πνεύματος μέθεξιν, καὶ υἱοθεσίας λαμπρότητα, οὐρανῶν τε βασιλείαν, καὶ τῶν ὑπὲρ νοῦν ἀγαθῶν οὐ κατεψευσμένην ἐλπίδα. *Βουνοὺς* δ' ἂν εἴποις τοὺς καὶ αὐτοὺς ὑπερηρμένους *τῆς γῆς*, τῶν δὲ λεχθέντων *ὀρῶν* ὅμως ἐλάττονας. *Ξύλα* δὲ, τὰ ἐν αὐτοῖς καὶ ὑπ' αὐτῶν τεθραμμένα, οἱ δι' αὐτῶν πιστεύσαντες, καὶ ὥσπερ ἀναβεβηκότες εἰς ἄνδρα τέ-
B λειον καὶ καρποῖς κομῶντες πνευματικοῖς, καὶ αὐτοὶ τῆς Ἐκκλησίας ὄντες διδάσκαλοι, καὶ ταῖς νοηταῖς εὐκαρπίαις τοὺς προσιόντας αὐτοῖς ἀνακτώμενοι. Χαίρουσι δὲ, ὅτι πρὸς τῷ *λυτρωθῆναι τὸν Ἰσραὴλ* καὶ *δεδόξασται* [a] Θεοῦ χρηματίσας *Υἱὸς*, ἀδελφὸς τε τοῦ φύσει καὶ ἀληθῶς *Υἱοῦ*. Καὶ ἄλλως δὲ τὸν κόσμον, καὶ τὰ τούτου μέρη πρὸς δοξολογίαν κινεῖ, ὅτι *ἐλυτρώσατο ὁ Θεὸς τὸν Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ δοξασθήσεται*, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς, καὶ *ἐν τῷ Ἰσραὴλ δοξασθήσεται*. Ὅπερ ἐγίνετο ἡνίκα τῶν ἐκ τοῦ προτέρου λαοῦ πολλοὶ τοὺς προφητικοὺς λόγους ὠφελημένοι πρὸς εὐσέβειαν ἐχώρουν καταλιπόντες τὰ εἴδωλα. Τινὲς δὲ τὸ, *Καὶ οὐκ ἦσαν οἱ πλάττοντες Θεὸν καὶ γλύφοντες ἀνωφελῆ*, οὕτως ἐξηγήσαντο· Οὐ παρὰ τὸ μὴ εἶναι τοὺς ταῦτα ἐργα-
C ζομένους, παρὰ δὲ τὸ μὴ δύνασθαι βοηθῆσαι τοῖς αὐτὰ θεραπεύουσιν, ὡς μηδὲ ὄντα ἡνίκα τὴν γῆν ἐκληροδότησεν Ἰσραὴλ τοὺς τούτων ἀπελάσας προσκυνητάς. Πῶς οὖν οὐ μάταιος μετὰ τοσαύτην πεῖραν εἰδωλολατρήσας αὐτὸς, καὶ τῷ αὐτεξουσίῳ κακῶς χρησάμενος; « Εἰ γὰρ καὶ πάντα ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. Οὐδὲ ἐξουσιασθήσομαι, φησὶν, ὑπό τινος. » Τοῦτ' ἔστιν, Ἄρχειν λαχὼν ἐμαυτοῦ ἐὰν ὑποταγείην τοῖς πάθεσι, καὶ τὸ ἄρχειν ἀπώλεσα, τῆς ἐλευθερίας ἀποστὰς, δι' ὧν ἐμαυτὸν ὑπέβαλον ἐξουσίᾳ. Τοῦτο δὲ κατὰ μικρὸν ὁδεῦον τῇ τῶν ἡδονῶν συνηθείᾳ πρὸς ἀσέβειαν ἔρχεται. Πονηρὰς γὰρ ὑπονοίας τίκτει κατὰ Θεοῦ, ὡς μὴ εἰδότος τὰ γινόμενα, ἢ καὶ ἀδιαφοροῦντος ἐπ' αὐτοῖς. Δεῖ τοίνυν
D ἐφ' ἑκάστης ἁμαρτίας τά τε μέρη σκοπεῖν, καὶ τὴν ἀτοπίαν τοῦ τέλους, καὶ συναίσθησιν λαβόντας *αἰσχύνεσθαι* πρό γε τῶν ἄλλων ἑαυτούς. Αὐτὸς γὰρ ἑαυτῷ τις τὰ εἰκότα διαλεγόμενος ὠφελεῖται τὰ μέγιστα.

507 VERS. 24-28. *Sic dicit Dominus, qui redemit te, et formavit te ex utero : Ego Dominus, qui compleo omnia. Extendi cœlum solus, et firmavi*

κδ'-κη'. *Οὕτω λέγει Κύριος ὁ λυτρούμενός σε, καὶ πλάσσων σε ἐκ κοιλίας· Ἐγὼ Κύριος ὁ συντελῶν πάντα· ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος*, καὶ

[23] Isa. XL, 9. [24] I Cor. VI, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. τὸν Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ δεδόξασται.

ἐστερέωσα τὴν γῆν. *Τίς ἕτερος διασκεδάσει σημεῖα ἐγγαστριμύθων, καὶ μαντείας ἀπὸ καρδίας;* κ. τ. λ.

Ἔλεγχον εἰδωλολατρείας προεκθέμενος ὁ λόγος, καὶ ὡς παύσονται ταύτης οἱ τὴν προφητικὴν διδασκαλίαν ὠφελημένοι· νῦν τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἀπαλλαγὴν ἐπαγγέλλεται, εἰς ἥνπερ εἰδωλολατροῦντες ἀπήχθησαν, οὗπερ εἰ παύσαιντο νῦν, ἐλευθερίαν ὑπέσχετο. Ἐπειδὴ δὲ περὶ πραγμάτων μεγίστων ἐποιεῖτο τοὺς λόγους, καὶ ἦν εἰκὸς ἀπιστεῖσθαι παρά τινων, εἰκότως τὴν ἰδίαν ἀνεκήρυξε δύναμιν. Πάντων γὰρ ὢν ποιητής, καὶ παράγων ἐξ οὐκ ὄντων, πῶς οὐκ ἂν ἔχοι ῥᾳδίως ὅπερ ἂν ἐθέλοι ποιεῖν; Ὡς δὲ τοιούτων ἐσομένων, καὶ ἄνω παρεκελεύετο τῇ κτίσει δοξολογεῖν τὸν Θεόν, οἷς ἀκολούθως φησίν· *Οὕτω λέγει Κύριος ὁ λυτρωσάμενός σε καὶ πλάσσων σε ἐκ κοιλίας*· [ὅπερ] Ἱερεμίας ἐδήλωσεν εἰπών. «Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με λέγων· Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐκ κοιλίας ἐπίσταμαί σε·» λόγον εἰπὼν Κυρίου τὸν τῶν κατὰ γαστρὸς κυοφορουμένων Δημιουργόν. Εἶτ' ἐπειδὴ περὶ ἐλευθερίας πρόκειται λόγος· *λυτρούμενον* ἑαυτὸν εἰκότως ὠνόμασεν, σωματικὴν *πλάσιν* ὡς δὴ σωματικοῖς λέξας. Ἐγώ εἰμι, φησίν, ὁ ἐκ μικροῦ σε *πλάσας* ὑποκειμένου, καὶ ὡς ἐκ σπηλαίου τινὸς ἐξαγαγὼν σκοτεινοῦ, μηδὲν περὶ τούτου τῶν γονέων εἰδότων, ἐμοῦ δὲ τὸ *πλασθὲν* ὑποστήσαντος. Εἰ δὲ σμικρόν σοι τοῦτο πρὸς θείαν φαίνεται δύναμιν, σκόπει τοῦ κόσμου τὰ μέγιστα πόθεν ἔσχε τὴν ὕπαρξιν, καθά φησι καὶ Δαβίδ· «Ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν.» Καὶ πάλιν· «Ἐθεμελίωσε τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς.» Ἀντὶ δὲ τοῦ *ὁ συντελῶν, ὁ ποιήσας* ἐξέδωκαν οἱ λοιποί. «Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν.» Ὅτι, «Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν. Αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.» Ὁ δὲ τοσοῦτος τί ἐποίησεν κατὰ καιροὺς ἐπενήνοχεν, ὡς ἀπολεῖ τὰς πανταχοῦ *μαντείας* καὶ τὰ χρηστήρια δι' ὧν οἱ δαίμονες ἐφενάκιζον τοὺς πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας, εἰδέναι τὸ μέλλον πλαττόμενοι, καὶ τὰ ταῖς καρδίαις ἐπερχόμενα λέγοντες· περὶ ὧν ἔφασκεν Ἰεζεκιήλ· «Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσι!»

Διεσκέδασε δὲ ταῦτα καὶ τῷ παῦσαι, καὶ τῷ ποιεῖν ἅ ἐστιν ἐκείνοις ἀτέκμαρτα, καὶ ἀπρόγνωστα. *Ἀπεστράφησαν δὲ καὶ φρόνιμοι.* Φρονίμους καλεῖ τοὺς παρ' Ἕλλησι σοφούς, ὧν *ἐμώρανεν* τὴν σοφίαν τῷ τῆς ἀληθείας διαμαρτεῖν, ἀχρήστου τῆς ἐν αὐτοῖς ἀποδειχθείσης σοφίας· ψυχικὴ γὰρ ἦν, καὶ ἐπίγειος, δαιμονιώδης, ἣν καὶ ὁ Παῦλος μεμωράνθαι φησίν· ἤγουν τοὺς μάγους. Σοφοὺς γὰρ καὶ τούτους ἐκάλουν. Ταῦτα μὲν οὖν διασκεδάσω. Τοῦ δὲ *ἐμοῦ Υἱοῦ* καὶ Χριστοῦ, περὶ οὗ πολλὰ προεῖπον, *καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ* τῶν ἀποστόλων, *στήσω τὰ ῥήματά τε καὶ τὴν βουλήν. Ῥήματα* δὲ Χριστοῦ τὸ σωτή-

A *terram. Quis alius dissipabit signa pythonum, et divinationes de corde?* etc.

508 Exposita prius idololatriæ reprehensione, quam relicturi sunt, qui prophetica disciplina aucti sunt, Babylonica jam eos servitute, in qua propter idolorum cultum detinebantur, si eodem abstineant, liberatum iri, domumque reversuros pollicetur. Quoniam autem maximis de rebus sermonem habuerat, nec omnes credituros esse sibi putabat, suam ipse merito potentiam, suasque vires deprædicavit. Cum enim rerum omnium auctor sit, easque de nihilo produxerit, qui non possit, quod velit, efficere facile? Tanquam autem essent eventura talia, etiam supra ad Dei laudes prædicandas
B creaturam adhortatus est: quibus jam bono ordine adjicit: *Sic dicit Dominus, qui redemit te, et qui formavit te ex utero.* Quod Jeremias indicavit, cum ait: «Et factum est verbum Domini ad me dicens: Antequam ego formarem te ex utero, novi te [95];» verbum Domini enim appellans, qui eorum, qui matrum utero clauduntur adhuc conditor sit. Deinde, quoniam de libertate sermo est, *redemptorem* se merito appellavit; deque corporis *formatione* locutus, quia cum corporeis agit: Ipse sum, inquit, qui te ex parvo principio *formavi*, et tanquam de tenebroso specu aliquo eduxi; quod penitus ignorarunt progenitores tui; cum interim quod *formatum* erat producerem. Quod si tibi leve
C istud ad divinæ virtutis significationem putatur, maxima illa, quæ in mundo sunt, unde exsistant, intuere. Audi dicentem Davidem: «Qui extendis cœlum, sicut pellem [96].» Item: «Qui fundavit terram super stabilitatem suam [97].» Quo deinde loco, *qui compleo* habemus, *qui feci* interpretantur alii. «Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [98],» quoniam «Ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt [99].» Tantus autem quid deinceps præstiterit, intulit: cum se, quæ ubique essent, *divinationes*, **509** et oracula deleturum significavit: quibus dæmones ante Christi adventum futura se, mentisque cogitationes intelligere fingebant. De quibus et illa sunt Ezechielis: «Væ prophetantibus de corde
D suo, et omnino non videntibus [1]!»

Ista vero *dissipavit:* partim quia cessare fecit, partim quod ea operatus est, quæ ipsi nullis conjecturis assequi et præscire potuerunt. *Aversi sunt* porro *et prudentes;* quo nomine Græcorum sapientes intelligit, quorum sapientiam eo ipso quod veritate exciderunt, *in stultitiam commutavit;* id est, inutilem esse demonstravit (Erat enim animalis illa, terrena, et diabolica [2], quam Paulus infatuatam esse significat [3]): vel certe magos illos, quos item sapientes appellabant. Ista igitur, inquit, dissipabo. *Filiique mei,* id est Christi (de quo superius a me sunt dicta permulta) *et angelorum ejus;* id est apo-

[95] Jerem. I, 5. [96] Psal. CIII, 2. [97] ibid. 5. [98] Joan. I, 3. [99] Psal. XXXII, 9. [1] Ezech. XIII, 17
[2] Jac. III, 15. [3] Rom. I, 28.

stolorum, *verba et consilium firmabo*. Ubi per *verba*, A salutarem Christi prædicationem intellexit; per *consilium* autem *angelorum ejus*, illud ipsum, quod, scelere et errore relictis, ad *veritatem* et virtutem omnes accurrerunt. Ego vero, inquit, qui ista facturus sum, jam inde prænuntio et polliceor *Jerusalem* me a Babyloniis eversam, ipsasque *Judææ civitates instauraturum*, ejusque, tanquam a principio, *deserta restituturum*: imo vitiorum multiplicitatem, quæ *abyssi* nomine significatur, desolaturum; Babylonemque civium alioquin copia, tanquam aquis *fluvii* abundantem, penitus *exsiccaturum*. Nonnulli tamen per *abyssum*, populi frequentiam, qui Babylonia continebatur, innui putaverunt: per *fluvios* autem, gentes in eamdem confluentes, quas undique in auxilium accersiverat; cum in more B Scriptura habeat, *fluviorum*, marisque, et aquarum nomine, populorum multitudinem significare. Sic enim et David: « Vox Domini super aquas [4]. Deus gloriæ intonuit; » ut salutare nimirum Christi præconium, quod alta voce intonuerat, ad gentes penetrasse doceret. Tale est et illud: « Elevaverunt **510** flumina voces suas [5]. » Magnæ siquidem cum essent apostolorum voces, facile ipsæ exauditæ agnitæque sunt. Dicitur vero etiam de Babylone et Ninive: « Tanquam aquæ piscina, aquæ ejus [6]. » Non desunt tamen qui *abyssi* nomine, Rubrum mare intelligunt, quod populo trajiciente divisum est: sicut per *desiccatos fluvios*, Jordanem, qui in ejusdem gratiam retroactus cursum suspendit [7]. Quibus C quidem Deum, si nos ei commiserimus, fluctuantes animi cogitationes se daturum, et voluptatum undas, quibus immergimur, *exsiccaturum* significari voluit. Atque ista quidem illi. Cæterum quod ad vos Babyloniosque attinet, omne ego illud, inquit, viri usus ministerio præstitero, cujus nomen longe ante vobis esse ignotum non patior, *Cyrum* appellans; quem consiliorum meorum ministrum præficiam, *sapientiaque* et pietate ornabo; ut quæ adversus Babylonem agi, qui populus liberari, qui denique Jerosolymorum civitas ipsumque templum instaurari debeant, intelligat. Habet vero in hunc modum Symmachi interpretatio: *Qui dicit Cyro: Pastor meus*. Et iterum: *Templum autem fundabitur*. *Cyro* enim mortuo, nonnullorum invidia, ad D sequentis regis mandatum operis interrupta cessavit promotio; cum tantum *Cyro* superstite jacta essent templi *fundamenta*. Sed est divina tandem voluntate postea perfectum absolutumque. Atque hæc ipsa quidem sunt, quæ Scriptura ipsa, quæ Josephus etiam innuunt, cum iste *Antiquitatis* undecimo Cyrum ait, posteaquam istam Isaiæ prophetiam sibi a captivis demonstratam legisset, hæc ipsa agnovisse, eumque, qui suo se nomine ante ducentos et decem annos esse appellatum videret magna alacritate imperata præstitisse.

ριον κήρυγμα. *Βουλὴ* δὲ *τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ*, τὸ παυσαμένους πάντας κακίας καὶ πλάνης προσδραμεῖν *ἀληθείᾳ* καὶ ἀρετῇ. Ἐγὼ δὲ ὁ ταῦτα μέλλων ποιεῖν, ἐντεῦθεν ἤδη προλέγω καὶ ἐπαγγέλλομαι, ὡς ἀνοικοδομήσω τὴν *Ἱερουσαλὴμ* ἣν [f] ὑπὸ Βαβυλωνίων *καθῃρημένην καὶ τὰς πόλεις τῆς Ἰουδαίας*, ἧς ὡς ἐξ ἀρχῆς *τὰ ἔρημα* πάλιν *συστήσεται*. Ἀλλὰ καὶ τὴν πολυπληθίαν τῆς κακίας *ἄβυσσον* ὀνομαζομένην ἔρημον καταστήσω. Καὶ τὴν Βαβυλῶνα, τὴν πλήθεσιν οἰκητόρων ὡς *ποταμοῖς* διαῤῥέουσαν *ξηρανῶ*, πέρας αὐτοῖς ἐπιθείς. Τινὲς δὲ *ἄβυσσον* μὲν τὸ πολυάνθρωπον εἰρῆσθαι τῆς Βαβυλωνίας φασί. *Ποταμοὺς* δὲ, τὰ εἰς αὐτὴν ἐπιῤῥέοντα τῶν ἐθνῶν, ἃ πέριξ αὐτῆς ὄντα πρὸς ἐπικουρίαν ἐκάλεσεν, ἔθους ὄντος Γραφικοῦ *ποταμοὺς* καὶ θαλάσσας καὶ ὕδατα, πολλὰ καλεῖν ἔθνη. Λέγει γὰρ καὶ Δαβίδ· « Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησεν, » τὸ σωτήριον κήρυγμα διὰ τῶν ἐθνῶν κεχωρηκέναι δηλῶν ὑψηλῇ βροντήσαν φωνῇ. Τοιοῦτον καὶ τὸ, « Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν. » Μεγάλαι γὰρ αἱ τῶν ἀποστόλων οὖσαι φωναὶ γεγόνασι γνώριμοι. Εἴρηται δὲ καὶ περὶ Βαβυλῶνος αὐτῆς καὶ Νηνευὴ, « Ὡς κολυμβήθρα ὕδατος τὰ ὕδατα αὐτῆς. » Τινὲς δὲ *ἄβυσσον* εἰρήκασι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ἐρημωθεῖσαν, ὅτε διέστη παριόντος αὐτὴν τοῦ λαοῦ· *Ποταμοὺς δὲ ξηρανθέντας*, τὸν Ἰορδάνην ἀναχαιτίσαντα. Δι' ὧν ὑποβάλλει νοεῖν, ὡς Εἴ μοι ἑαυτοὺς ἐπιδώσητε, τοὺς λογισμοὺς ὑμῶν κοιμίσω κυμαινομένους καὶ *ξηρανῶ* πλημμυρούσας τὰς ἡδονάς. Καὶ ταῦτα μὲν οὗτοι. Τὰ δὲ καθ' ὑμᾶς τε καὶ Βαβυλωνίους πάντα ποιήσω, φησὶ, διακόνῳ χρησάμενος ἀνδρὶ, οὗ καὶ τοὔνομα προλέγω *Κῦρον* καλῶν, ὃν προστήσομαι τῶν ἐμῶν βουλευμάτων διάκονον, *φρόνησιν* αὐτῷ παρασχὼν εὐσεβῆ, ὡς τὰ κατὰ Βαβυλῶνος ἐπιγνῶναι πρακτέα, τοῦ τε λαοῦ τὴν ἄνεσιν, καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ σὺν τῷ ναῷ τὴν ἀνάκτισιν. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἐξέδωκεν· *Ὁ λέγων Κύρῳ, Ποιμήν μου*. Καὶ πάλιν· *Ὁ δὲ ναὸς θεμελιωθήσεται*. Τελευτήσαντος γὰρ *Κύρου* κεκώλυται μὲν ἔκ τινων βασκανίας ἡ τῶν ἔργων ἐπίδοσις παρὰ τοῦ μετ' αὐτὸν βασιλεύσαντος τοῦ ναοῦ *θεμελίων* ἐπὶ *Κύρου* προκαταβεβλημένων, ἐπληρώθη δὲ μετὰ ταῦτα βουλήσει Θεοῦ. Καὶ ταῦτα δεδήλωκεν ἡ Γραφή. Καὶ Ἰώσηπος ἐν α' [g] τῆς Ἀρχαιολογίας, ὡς ἐπιδειχθείσης παρὰ τῶν αἰχμαλώτων τῆς Ἡσαΐου προφητείας τῷ Κύρῳ, ταῦτά τε γνοὺς, καὶ ἐπ' ὀνόματος ἑαυτὸν κεκλημένον εὑρὼν πρὸ δέκα καὶ διακοσίων ἐτῶν, σὺν πολλῇ προθυμίᾳ τὰ προστεταγμένα πεποίηκεν.

CAP. XLV.

VERS. 1-3. *Sic dicit Dominus Deus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante*

ΚΕΦΑΛ. ΜΕ'.

α'-γ'. *Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, ἐπακοῦσαι ἔμ-*

[4] Psal. xxviii, 3. [5] Psal. xcii, 3. [6] Nahum ii, 8. [7] Josue iii, 15 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[f] γρ. τήν. [g] γρ. ια'.

A προσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω. Ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται, κ. τ. λ.

Ὃν καὶ *χριστὸν* καλεῖ, οὕτω παρ' Ἑβραίοις λεγομένων τῶν ὑπὸ Θεοῦ προχειρισθέντων εἰς βασιλείαν. Ἐλαίῳ γὰρ αὐτοὺς οἱ βασιλεῖς εἰώθεσαν *χρίεσθαι* πρὸς τὴν ἀρχὴν καθιστάμενοι. Τροπικῶς δὲ καὶ τοὺς ἁγίους οὕτω φησὶν ἡ Γραφή. *Χριστὸν* οὖν αὐτὸν ἐκάλεσεν, ὡς ἐκ Θεοῦ πρὸς τὴν ἀρχὴν κεκλημένον. Ὡς δὲ *τοιούτου*, φησὶν, ἐπαγγέλλομαι *κρατῆσαι τῆς δεξιᾶς* πρὸς τὸ μὴ παρατρέπεσθαι, μηδὲ νικηθῆναι παρά τινος κρείττονος. Ἀντιλήψεως γὰρ τοῦτο σημεῖον, καθά φησιν ἐν Ψαλμοῖς· « Ἐκράτησας τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου, καὶ ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με. » Ὑποτάξας δὲ πλείστους αὐτῷ, B πᾶσαν *διαῤῥήξω* τὴν ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι *δυναστείαν*, οὐδὲν ἄβατον ἐάσας αὐτῷ, καθ' ὧν ἂν ἐθέλῃ χωρεῖν. Ἀλλὰ κἂν ᾖ τι δυνατὸν ἐμποδὼν, ὡς *ὄρος* γινόμενον, κἂν ἰσχυρὸν ὡς *χαλκὸς* ᾖ, καὶ *σίδηρος*, πάντα ταπεινώσω καὶ λύσω, ὡς μηδὲ *θησαυροὺς ἀοράτους* τοῖς πρὶν βασιλεῦσι τοῦτον διαλαθεῖν.

facies ejus gentes, et vires regum frangam. Aperiam coram eo portas, et urbes non claudentur, etc.

At quod *christum* appellavit, ad Hebræorum loquendi consuetudinem retulit, qui sibi designatos a Deo reges ita nuncupabant. Oleo siquidem de more eos *inungebant*, qui essent ad regni gubernacula admoti. Figurate vero et sanctos sic appellat Scriptura. *Christum* itaque eum vocavit, tanquam qui esset a Deo ad imperium vocatus. **511** Cum talis autem sit, inquit, *ejusdem me dexteram*, ne a quoquam avertatur, aut potentiori succumbat, *apprehendisse* profiteor. Hoc enim defensionis signum est, sicut illo judicatur, quod in Psalmis legitur: « Tenuisti manum dexteram meam, et in consilio tuo deduxisti me [a]. » Cum autem plurimos eidem *subjecero*, addit, omnem deinceps reliquarum gentium *potentiam frangam*, neque ei quidquam, quo pergere voluerit, non pervium efficiam. Imo, si quidquam potentius obstiterit, et *montis* instar in eum attollatur, etiamsi *ære* aut *ferro* validius sit, illud dejiciam tamen et frangam, neque reconditos, prioribusque regibus *ignotos thesauros* eum latere patiar.

Τινὲς δὲ *θησαυροὺς* φασι τοὺς ὅσοι καὶ μάλιστα δυνατοὶ παρὰ τὴν ἔφοδον *Κύρου* σπηλαίοις ἐγκαταδύντες ἐλάνθανον. Ὃ δὴ μαθὼν, δᾷδας ἐξάπτων τοὺς ἄνδρας ἀνεύρισκεν. Γνῶθι δὲ [h] τούτων ἐσομένων *ὅστις εἰμὶ*, ὁ πρὸ τοσούτων χρόνων *τὴν σὴν προσηγορίαν εἰπών. Εἰμὶ* γὰρ *Θεὸς Ἰσραὴλ*, ὃν μὴ *ἀγνόει*. Δι' αὐτὸν γάρ σοι τοσαύτην δυναστείαν δεδώρημαι. C *Ἐμὸς* γάρ ἐστιν ἐκ πάντων *ἐκλεγεὶς* τῶν ἐθνῶν τῇ πρὸς τοὺς αὐτῶν πατέρας τιμῇ. Διό σε προσεδεξάμην, ὡς ἐμαυτοῦ οἰκεῖον, καίπερ *οὐκ ἐγνωκότα με*, τῇ δὲ ἐκ πατέρων εἰδωλολατρείᾳ προσκείμενον. Ὡς ἂν μὴ δοκῇς προλαβούσης εὐσεβείας γέρα σοι ταῦτα δεδόσθαι. Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον ἔγνως, ὅτι *μόνος εἰμὶ* Θεὸς, μάθε γ' οὖν ἐξ ὧν διαπράξομαι, δι' ὧν πάντες εἴσονται *Θεὸν εἶναι μόνον ἐμὲ*, καὶ δι' ἀλλοφύλων, καὶ τῆς ἐμῆς ξένων θρησκείας, τὰ δοκοῦντα διαπραττόμενον. Καὶ δι' ὧν τὸν ἐμὸν λαὸν, ἡνίκα μὲν παιδείας ἦν καιρὸς, ὥσπερ ὀργῇ καὶ *σκότῳ* διὰ τῆς παιδείας κατήφειαν παρέδωκα. Ἡνίκα δὲ σώζειν ἔδει διορθωθέντα *φῶς* καὶ *εἰρήνην* ἐπ' αὐτὸν ἀνατεῖλαι πεποίηκα, διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀφέσεως τῶν δεσμῶν εὐφροσύνην. D Καὶ γὰρ *εἰρήνης* εἰμὶ καὶ *φωτὸς* χορηγὸς, *σκότους* τε καὶ τῶν λυπηρῶν, ἃ δὴ καλεῖν κακὰ φίλον ἐστὶ τοῖς πολλοῖς, ὧν ἐγὼ ποιητὴς πρὸς τὴν ἀξίαν αὐτὰ χορηγῶν ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν δεχομένων.

Nonnulli per *thesauros*, eos innui arbitrantur, qui vel maxime potentes, *Cyro* cum exercitu adventante, in speluncis sese abdiderunt; in quibus et ipsi, cum regem latere non potuissent, facibus accensis quæsiti repertique sunt. Disce vero, inquit, ex istis rebus futuris *quisnam* ipse *sim*; qui te tam longo ante temporis intervallo *tuo nomine nuncuparim. Ego* enim *sum Deus Israel*, quem te minime ideo decet *ignorare*, quod propter ipsum, tantam tibi potentiam largitus sum. Est enim ille *mihi* cunctis e gentibus patrum suorum gloria et commendatione *selectus*. Inde ego te veluti familiarem mihi cum mei plane *ignarus esses* et avitæ idololatriæ sectator, assumpsi; ne tuæ ista pristinæ pietati debita rependi putares. Verum quantumvis tu me nondum *solum esse Deum* didiceris; vel ex his certe, quæ gesturus sum tibi patuerit; quibus omnes *unum me esse*, perque exteros, et a meo cultu alienos quæ libuit efficere, credituri sunt; qui per eosdem etiam populum meum, quando opus fuit, tanquam *iræ* et *tenebris*, propter correptionis molestiam, tradiderim: cum autem recte agentem servare decuit, in eumdem propter adeptæ libertatis lætitiam, *lucem et pacem* exoriri fecerim. Sum enim *pacis* largitor *et lucis; tenebrarum* deinde, et eorum, **512** quæ dolorem adferunt, quæ vulgo mala solent appellari; quorum ego pro meriti cujusque ratione, in eorum commodum, qui talia patiuntur, effector et auctor ipse sum.

Τινὲς δὲ *φῶς* καὶ *σκότος*, ἡμέραν εἰρήκασι καὶ νύκτα. Οἳ καὶ κακὰ τὰ ἐπενεχθέντα τοῖς Βαβυλωνίοις φασὶ, δι' ἣν ἐπεδείξαντο κατὰ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ἡλωκότων ὠμότητα, ὡς διὰ Ζαχαρίου τὸν Θεὸν εἰρηκέ-

Non desunt tamen, qui *lucis* et *tenebrarum* nomine, diem et noctem putent significari, eaque damna etiam, quæ Babylonii patiuntur, ideo inferri, quod in captivos Israelitas nimium se crudeliter gesse-

[a] Psal. LXXII, 24.

VARIÆ LECTIONES.

[h] Ἴσ. λείπ. ἐκ.

rint; sicut est a Deo per Zachariam in hunc modum significatum: « Zelatus sum Jerusalem, et Sion zelo magno, et ira magna irascor in gentes, quæ eas invaserunt. Quia ego iratus sum parum; ipsæ autem ad mala adjecerunt [9]. » Quin et Babylonem in hunc modum alloquitur: « Ego dedi eos in manus tuas; tu autem eis misericordiam non dedisti [10]. » Inde igitur et Jeremiæ voce ita Cyrum alloquitur: « Ascende ad ipsam, et habitantes in ea. Ulciscere gladio, et perde, dicit Dominus; et fac secundum omnia, quæ præcipio tibi [11]; » et rursum: « Aperuit Dominus thesaurum suum, et protulit vasa iræ suæ; quia opus est Domino in terra Chaldæorum; quoniam venerunt tempora ejus. Aperite apothecas ejus, pervestigate eam, tanquam speluncam [12-13], » et quæ deinceps. Quin et apud hunc prophetam scribitur: « Excitabo vobis Medos [14], » et quæ postea. Cæterum, posteaquam futuram reversionem prædixit oratio, tanquam in Evangeliis, *cœlestes* virtutes rursus ad gaudium et lætitiam provocat, *nubibusque* ratione præditis (quas in vineam prius depluere vetuit) ipsis jam *terræ* incolis *justitiam* suppeditare præcipit. *Terra* autem, inquit, id est, ejusdem *desertæ* prius, incolæ, *misericordia et justitia*, pietatis fructibus editis, renovetur. Ista siquidem conditore tuo, inquit, imperante futura sunt, qui facillime quod ex nihilo creavit, renovare queat. Aiunt nonnulli Scripturam suo more a singulis ad universa sermonem transferre. De *Cyro* enim, de Babylone, deque reditu locutus, ad Christum jam eorum, quæ dicta sunt, intellectum revocat, qui a Patre ideo missus est, ut captivis libertatem, ut cæcis lumen annuntiet [15], ut eos denique, qui peccatorum catenis constringuntur, diaboli tyrannide ereptos ad se revocet **513** qui suum ipse templum, id est Ecclesiam excitavit, quam sibi virginem castam, rugaque et macula carentem, astare voluit [16]. Ex his ergo, quæ a *Cyro* gesta sunt, tanquam figura aliqua, quæ in omnes collata sunt, munera significantur: quorum nomine ipsi spiritus etiam cœlestes *lætantur*: qui vel uno tantum peccatore pœnitentiam agente gaudere scribuntur [17]: ideoque etiam *nubes* eosdem appellat, quod per ipsos Spiritus sancti consolationes, velut imber, in credentium animas demittantur. Queas et *nubium* appellatione sacrorum interpretes *in terra* degentes, significari dicere, qui terram pervagati, diffuso in omnes verbo, sitientium animas irrigarunt, et ad spiritualem fructuum ubertatem, diaboli seminibus ablatis, excitarunt, quarum antea fructus exstiterat nullus, neque qui quod bonum esset, faceret, vel unus quidem. Exsistunt autem Spiritus fructus *misericordia* ipsa, id est dilectio, in qua versatur legis plenitudo, quæ evangelicam justitiam secum

ναι· « Ἐζήλωκα τὴν Ἰερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ θυμῷ μεγάλῳ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα, ἀνθ' ὧν ἐγὼ μὲν ὠργίσθην ὀλίγα. Αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά. » Καὶ πρὸς αὐτὴν δὲ Βαβυλῶνά φησιν· « Ἐγὼ δέδωκα αὐτοὺς εἰς τὰς χεῖράς σου. Σὺ δὲ οὐκ ἔδωκας αὐτοῖς ἔλεος. » Δι' ὅπερ ἔφη διὰ Ἱερεμίου τῷ Κύρῳ· « Ἐπίϐηθι ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ. Ἐκδίκησον μάχαιραν καὶ ἀφανισμὸν [i], λέγει Κύριος, καὶ ποίει κατὰ πάντα ὅσα ἐντέλλομαί σοι. » Καὶ πάλιν· « Ἤνοιξεν Κύριος τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἐξήνεγκε τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, ὅτι ἔργον Κυρίῳ ἐν γῇ Χαλδαίων, ὅτι ἐληλύθασιν οἱ καιροὶ αὐτῆς. Ἀνοίξατε τὰς ἀποθήκας αὐτῆς, ἐρευνήσατε αὐτὴν, ὡς σπήλαιον, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ διὰ τοῦ παρόντος δὲ προφήτου ἐῤῥέθη· « Ἐπεγερῶ ὑμῖν τοὺς Μήδους, » καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Τὴν δὲ μέλλουσαν ἐπάνοδον προθεσπίσας ὁ λόγος ὡς, ἐπ' εὐαγγελίοις χαίρειν αὖθις ἐντέλλεται *ταῖς οὐρανίαις* δυνάμεσιν, καὶ *ταῖς νεφέλαις* ταῖς λογικαῖς, ἃς ἐνετείλατο πρότερον ὑετὸν εἰς τὸν ἀμπελῶνα μὴ βρέξαι, *δικαιοσύνην* χορηγῆσαι τοῖς οἰκοῦσι *τὴν γῆν*. Καὶ *ἡ γῆ* δὲ, φησὶ (λέγων τοὺς κατοικοῦντας *τὴν γῆν*), ἡ πρὶν *ἔρημος*, ἀνανεούσθω φέρουσα θεοσεϐείας καρποὺς *ἔλεος καὶ δικαιοσύνην*. Ταῦτα δὲ ἔσται τοῦ σοῦ κτίστου προστάξαντος. Τῷ γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων παραγαγόντι σε δυνάμει ποιητικῇ ῥᾷστον ἀνανεῶσαι τὸ δημιούργημα. Τινὲς δέ φασιν ὡς δὴ συνήθως ἡ Γραφὴ ἐκ τῶν κατὰ μέρος εἰς τὸ καθόλου τὸν λόγον ἀνήγαγεν. Εἰπὼν γὰρ τὰ κατὰ *Κῦρον*, καὶ Βαϐυλῶνα, καὶ τὴν ἐπάνοδον, ἐπὶ Χριστὸν μετάγει τῶν εἰρημένων τὴν ἔννοιαν, ὃς ἀπεστάλη παρὰ τοῦ Πατέρος κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ νεκροῖς [j] ἀνάϐλεψιν, καὶ τοὺς σειραῖς ἁμαρτημάτων κατεσφιγμένους ἐξελέσθαι τῆς τοῦ Σατανᾶ τυραννίδος, παλινδρομεῖν τε παρασκευάσαι πρὸς ἑαυτὸν, ὃς τὸν ἑαυτοῦ ναὸν, τὴν Ἐκκλησίαν ἀνήγειρεν, παραστήσας ἑαυτῷ παρθένον ἁγνὴν, μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα. Δι' ὧν οὖν ἔπραξεν *Κῦρος*, ὡς διά τινος εἰκόνος τὰ πᾶσι δεδωρημένα σημαίνεται, ἐφ' οἷς εὐφραίνεται καὶ τὰ οὐράνια πνεύματα, εἴ γε *χαίρουσι* καὶ ἐφ' ἑνὶ μόνῳ μετανοοῦντι ἁμαρτωλῷ, ἃ καὶ *νεφέλας* καλεῖ, δι' ὧν αἱ τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρακλήσεις ὑετοῦ καθίενται δίκην εἰς τὰς τῶν πιστευόντων ψυχάς. Ἢ καὶ τοὺς μυσταγωγοὺς τοὺς ὄντας ἐπὶ *τῆς γῆς αἱ νεφέλαι* σημαίνουσιν, οἳ περιφοιτῶντες τὴν γῆν, τὸν ἱερὸν ἅπασι κατεσκέδασαν λόγον κατάρδοντες τὰς τῶν διψώντων ψυχὰς πρὸς εὐκαρπίαν πνευματικὴν ἀπηλλαγμένας τῶν τοῦ διαϐόλου σπερμάτων, ὧν ὁ καρπὸς οὐδεὶς ἦν, ὁ ποιῶν χρηστότητα οὐκ ἦν ἕως ἑνός. Καρποὶ δὲ τοῦ Πνεύματος *ἔλεος*, τοῦτ' ἔστιν ἀγάπη, πλήρωμα νόμου τυγχάνουσα, τὴν εὐαγγελικὴν ἔχον συνεζευγμένην δικαιοσύνην. Εἰ μήτις λέγοι *δικαιοσύνην ἐκ γῆς ἀνατεῖλασαν* αὐτὸν εἶναι Κύριον, δι' οὗ ἠλεήθημέν τε καὶ

[9] Zachar. I, 14, 15. [10] Isa. XLVII, 6. [11] Jerem. L, 21. [12-13] ibid. 25-29. [14] Jer. LI, 11. [15] Isa. LXI, 1; Luc. IV, 18, 19. [16] Ephes. V, 25, 27. [17] Luc. XV, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[i] γρ. μαχαίρᾳ, καὶ ἀφάνισον. [j] ἴσ. τυφλοῖς.

δεδικαιώμεθα. Περὶ οὗ φησι καὶ Δαβὶδ· « Εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς. » Ἐκ γῆς γὰρ εἶχε τὴν σάρκα μὴ κατελθοῦσαν ἐξ οὐρανοῦ.

θ'-ιζ'. Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ κτίσας σε, ποιῶν βελτίω, κατεσκεύασα ὡς πηλὸν κεραμέως. Μὴ ὁ ἀροτριῶν ἀροτριάσει τὴν γῆν ὅλην τὴν ἡμέραν; Μὴ ἐρεῖ ὁ πηλὸς τῷ κεραμεῖ, Τί ποιεῖς, ὅτι οὐκ ἐργάζῃ, οὐδὲ ἔχεις χεῖρας; Οὐαὶ ὁ λέγων τῷ πατρὶ, Τί γεννήσεις; κ. τ. λ.

Ἐπιτιμᾷν ὁ λόγος δοκεῖ τοῖς μετὰ τοσαύτην ἐπαγγελίαν τὴν περὶ τῆς ἀνακλήσεως μὴ προστρέχουσι τῷ Θεῷ, καὶ ὡς πάντων ὄντι Θεῷ κατὰ καιρὸν παιδεύοντι τὸν λαὸν, καὶ πάλιν ἀναλαμβάνοντι, βελτίω τε τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν κατασκευάζοντι δίκην κεραμέως τὰ συντριβέντα πάλιν ἀνανεουμένῳ, καὶ τῶν πρώτων κρείττω δεικνύντι τὰ δεύτερα. Τὴν αὐτὴν λαβὼν Θεὸς καὶ πρὸς Ἱερεμίαν εἰκόνα προσέθηκεν· « Εἰ καθὼς ὁ κεραμεὺς οὗτος οὐ δυνήσομαι τοῦ ποιῆσαι ὑμᾶς οἶκος Ἰσραήλ; » καὶ νῦν δέ φησι διὰ τοῦ παρόντος προφήτου, ὅτι βέλτιον [k] κατεσκεύασα, νῦν ὡς πηλὸν κεραμέως τὸν πάλαι συντριβέντα λαόν. Ἀντὶ δὲ τοῦ ποιῶν βέλτιον κατεσκεύασα, Σύμμαχος ἔφησεν· Οὐαὶ ὁ ἀντιλέγων τῷ πλάσαντι αὐτόν. Ἀντὶ δὲ τοῦ· Μὴ ὁ ἀροτριῶν ἀροτριάσει τὴν γῆν; ὁ Θεοδοτίων, ἀροτριῶν τοὺς ἀροτριῶντας τὴν γῆν. Ἐγὼ γάρ, φησὶν, ὁ τοὺς οἰκοῦντας τὴν γῆν γεωργῶν μετέπλασα τὸν λαόν. Μὴ οὖν ἐναντιοῦσθε ταῖς ἐμαῖς οἰκονομίαις, ὡς οὐδὲ πηλὸς κεραμεῖ. Πηλοῦ γὰρ λόγον ἐκ γῆς πλασθέντες ἔχομεν ὡς πρὸς κεραμέα τὸν πάντων Δημιουργόν. Πᾶς μὲν οὖν ἐναντιούμενος ταλανίζεται, ἐξαιρέτως δὲ ὁ Πατέρα λαχὼν τὸν Θεὸν αὐτῷ τε λαὸς ἀνακείμενος. Οὐαὶ γὰρ ὁ λέγων τῷ πατέρι αὐτοῦ, Τί γεννήσεις; ἢ κατὰ Σύμμαχον, Τί ἐγέννησας; Οὐ παύονται γάρ τινες ἐγκαλοῦντες Θεῷ· Τί γὰρ ἔδει τούτου τοῦ βίου; Τίς ἡ τούτου διοίκησις; καὶ τίς ἐκείνων ἡ χρεία; ἐχρῆν δὲ οὕτω γεγενῆσθαι.

Εἶτά φησιν· Ἐρωτήσατέ με περὶ τῶν υἱῶν μου, καὶ περὶ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν μου. Διὰ μὲν τῶν υἱῶν σημαίνων τὴν νοερὰν οὐσίαν καὶ λογικήν. Διὰ δὲ τῶν ἔργων, τὰ μέρη τοῦ κόσμου. Εἰ μὲν γὰρ ἔχεις τι, φησὶν, εἰπεῖν, εἰς τούτων διόρθωσιν, λέγε. Εἰ δὲ μαθεῖν τις ἐθέλει περὶ αὐτῶν, διὰ τῶν ἐμῶν ἐρωτάτω με προφητῶν, καὶ γνώσεται τίνα τρόπον πάντα διέπω κηδόμενος. Τίνα γὰρ ἔχει μέμψιν ἀνθρώπου δημιουργία; ποῖον δὲ κάλλος ἢ μέγεθος οὐρανὸς οὐ παρέχεται; τί δὲ μὴ πρὸς χρείαν ἐγένετο; Γῆ μὲν οἴκησιν ἀνθρώπῳ, καὶ φυτὰ, καὶ ζῶα πρὸς τὴν αὐτοῦ χρῆσιν, παρέχουσα. Οὐρανοῦ δὲ ἄστρα νῦν μὲν αὐτῷ δᾳδουχοῦντα· νῦν δὲ πάλιν ἐν ἁρμονίᾳ κινήσει σημεῖα καὶ χρόνους ἀποτελέσαι δυνάμενα. Πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις καλοῖς, Ἤγειρα καὶ διὰ τὸν ἐμὸν

habet copulatam. Nisi si quis *justitiæ de terra excrientis* nomine, Dominum significari malit, per quem misericordiam consecuti, justique effecti sumus : de quo et Davidis illa sunt : « Operatus est salutem in medio mundi [18], » quia carnem de *terra* non *cælo* demissam habuit.

514 VERS. 9-17. *Ego sum Deus, qui creavi te, faciens meliorem, præparavi ut lutum figuli. Num qui arat terram, arabit tota die ? num dicet lutum figulo : Quid facis, quoniam non operaris, neque habes manus ? Væ qui dicit patri, Quid generabis ?* etc.

Illis oratio succensere videtur, qui post tantas promissiones ad eum non festinant, qui tanquam omnium Deus, cum populum aliquandiu afflixit, admittit rursum, temploque et urbe *in melius præparatis*, quæ contrita fuerant, non aliter quam *figulus*, instaurat, et secunda prioribus meliora efficit. Est vero et apud Jeremiam eadem usus imagine Deus, cum ait : « Nunquid, sicut figulus iste, non potero vobis facere, domus Israel [19] ? » Sic et hujus se jam prophetæ voce contritum veterem populum, *tanquam figuli lutum* **515** *reparasse, melioremque* effecisse significat. Sed notandum est, quo loco, *faciens meliorem præparavi* habemus, *væ qui contradicit fictori suo* Symmachum legere, deinde, pro *nunquid arans arabit terram*, Theodotionem, *qui arat arantes terram*, interpretari. Ipse enim, ait, populum in formam aliam mutavi, qui terræ incolas, agrorum instar, exerceo, et subigo. Videte igitur ne instituto meo meæque providentiæ adversemini, *non magis quam lutum figulo*. Sumus enim *luti* instar, qui *de terra fingimur*, si ad omnium opificem *figulum* respicimus. Est igitur infelix quicunque eidem adversatur, sed ille præcipue qui Deum in Patrem sortitus, eidemque populus effectus ipsi sese audet opponere. Væ enim *qui dicit patri suo, Quid generabis ?* aut, secundum Symmachum, *Quid genuisti ?* non desinunt enim Deo sic conviciari nonnulli : Ecquidnam vita ista opus fuit? ecquid isthæc administratio ? Ecqua illorum utilitas ? At ita fieri oportuit.

Deinde subjicit : *Interrogate me de filiis meis, et de operibus manuum mearum*. Ubi *filiorum* nomine, intelligendi, ratiocinandique capaces naturas ; per *opera* autem, mundi partes intellexit. Si quid enim vales dicere, inquit, tu illud in istorum emendationem directionemque producito. Sin autem discere et audire de illis quisquam cupiat, per meos me prophetas *interroget*, ut qui omnia ipse magna cura obeam, intelligat. Quid enim est in *hominis* fabrica, quod quisquam reprehendat ? Quid pulchrum adeo, vel magnum, quod splendore et amplitudine *cælum* non superet ? Quid non in eodem ad utilitatem comparatum ? *Terra* quidem ipsa in habitationem, ut plantæ, et animalia in usum, *hominibus* cesserunt : *cœli* autem *astra*, partim qui-

[18] Psal. LXXIII, 12. [19] Jerem. XVIII, 6

VARIÆ LECTIONES.

[k] γρ. βελτίω.

dem ut ipsi prælucerent; partim vero, ut motu continuo signa et tempora conficere valerent. Ad hæc, ut præclara alia taceam, *excitavi* et ipse in populi mei commodum **516** *regem*, vel *Cyrum* innuens; *cujus*, inquit, *viæ rectæ sunt*, aut secundum Symmachum : *Et omnes vias ejus dirigam* : *et ipse ædificabit civitatem meam*. Eam enim ipse potentia *ædificavit*, qui volentibus redire, et idipsum præstare, multis *muneribus* acceptis concessit [20] : vel Zorobabelem de stirpe Davidis prognatum; qui cum redeuntibus præfuisset, et ipse templum *instauravit*. Itaque et de illo in hunc modum legimus: « Manus Zorobabel fundarunt domum istam, et manus ejusdem perficient eam [21]. »

A λαὸν *βασιλέα*, ἢ *Κῦρον*, λέγων, *οὗ*, φησὶν, *αἱ ὁδοὶ εὐθεῖαι*. Ἢ κατὰ Σύμμαχον, *καὶ πάσας τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ εὐθυνῶ*. *Καὶ οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου*. Δυνάμει γὰρ αὐτὸς αὐτὴν *ᾠκοδόμησεν* ἐπιτρέψας τοῖς ἐθέλουσιν ἀνιέναι, καὶ τοῦτο ποιεῖν *μετὰ δώρων* τούτους ἀφείς. Ἢ Ζοροβάβελ ἐκ Δαβὶδ ἕλκοντα τὴν γονὴν, ὃς ἡγησάμενος τῶν ἀνελθόντων ᾠκοδόμησε τὸν ναόν. Περὶ οὗ φησιν· « Αἱ χεῖρες Ζοροβάβελ ἐθεμελίωσαν τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπιτελέσουσιν αὐτόν. »

Commodius autem de Christo intelligatur, cum de se ita loquatur : « Ego constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus [22]; » cujus sine controversia *rectæ sunt viæ*, quique veram *civitatem exstruxit*, dicens : « Super petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam [23]; » quæ vivis lapidibus constans expugnari non potest : quam item ab ortu ad occasum protensam servitute dæmonum gratis liberavit, juxta illud : « Gratia salvati estis [24]. » Quæ enim historice de *Cyro*, vel Zorobabele dicuntur, verorum sunt symbola. Ad Christum siquidem melius referatur illud : *Hæc autem dicit Dominus christo meo Cyro*. Neque enim, ut præsentibus verbis significatur, *Cyrus* ipse, fuit *unctus Domini*, cum Persa esset : aut *civitatem ædificavit;* sed ejus tantum fundamenta facere cœpit, quæ deserta postea ad Darii usque tempora permansit. Adhæc, quæ sequuntur deinceps, Christo potius, quam Zorobabeli, aut *Cyro* conveniant; in quibus *Ægyptum laborasse* dicit, ut eos omnes qui propter idolorum cultum in dæmonum potestatem venerant, innui demonstret. Ad te autem *regem*, addit (de quo isthæc habetur prophetia), gens omnis barbara transibit. *Saba* enim *Æthiopica* gens est, cujus olim ad Salomonem regina se contulit [25]. Istis vero felicem rerum exitum, Christi nimirum *adorationem* prædicit, qui et *Deus erat*, et Deum in se (quod ipsi prius ignorabant adoratores) habebat. **517** Idem vero et *Israelis salvator* fuit, quod *Jesus* nomine indicatur.

Οἰκειότερον δ' ἂν ἐπὶ Χριστοῦ λαμβάνοιτο, ὃς καί φησιν· « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ. » *Οὗπερ* ἀληθῶς *αἱ ὁδοὶ εὐθεῖαι*. Καὶ τὴν ἀληθινὴν αὐτὸς *ᾠκοδόμησε* B *πόλιν*, λέγων· « Ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Ἥτις ἐκ λίθων συνέστηκε ζώντων, ἀκαθαίρετός τε, καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς δυσμὰς παρατείνουσα ἠλευθέρωσέν τε τῆς ἐκ δαιμόνων δουλείας, καὶ ταῦτα προῖκα, κατὰ τὸ, « Χάριτί ἐστε σεσωσμένοι. » Τὰ γὰρ κατὰ *Κῦρον*, ἢ Ζοροβάβελ ἱστορικὰ, σύμβολα τῶν ἀληθῶν ὑπῆρχεν. Ἐπὶ Χριστοῦ γὰρ μᾶλλον ἁρμόσει τὸ, *Τάδε λέγει Κύριος τῷ χριστῷ μου Κύρῳ*. Κατὰ γὰρ τὴν πρόχειρον λέξιν, οὔτε *χριστὸς Κυρίου*, Πέρσης ὢν ὑπῆρχεν ὁ *Κῦρος*, οὔτε τὴν *πόλιν ᾠκοδόμησεν*, πλὴν τῆς τῶν θεμελίων ἀρχῆς. Εἶτα διέμεινεν ἔρημος μέχρι τῆς βασιλείας Δαρείου. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ μᾶλλον τῷ Χριστῷ ἤπερ Ζοροβάβελ ἁρμόσει καὶ *Κύρῳ*, ἐν οἷς *Αἴγυπτόν* φησι *κεκοπιακέναι*, δι' C αὐτῆς δηλῶν τοὺς ὅσοι πάλαι διὰ τῆς εἰδωλολατρείας ἦσαν δεδουλωμένοι τοῖς δαίμοσιν. Ἐπὶ δὲ σὲ τὸν προφητευόμενον *βασιλέα* καὶ πᾶν ἔθνος διαβήσεται βάρβαρον. *Σαβὰ γὰρ* ἔθνος *Αἰθιοπικὸν*, οὗπερ ἡ βασίλισσα πρὸς Σολομὼν παρεγένετο. Τέλος δὲ τούτοις ἀγαθὸν τὴν Χριστοῦ προαγορεύει *προσκύνησιν*, ὃς καὶ *Θεὸς ἦν*, καὶ Θεὸν εἶχεν ἐν αὐτῷ, ὅπερ οἱ προσκυνοῦντες ἠγνόουν τὸ πρότερον. Αὐτὸς δὲ καὶ *τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Σωτήρ*. Τὸ γὰρ *Ἰησοῦς* ὄνομα τοῦτο δηλοῖ.

subjicit. Parent enim, tanquam Domino astent; A et ad verborum ejus auscultationem colliguntur: quale fuit illud initio: « Audi, cœlum, et ausculta, terra, quoniam Dominus locutus est [14]. » Quod si factori suo virtutes illæ præstantiores magna adeo observantia et religione sese præbent obtemperantes; qui vos, qui homines estis, divinum timorem potius non resumitis? Verum quo loco, *Quis eis renuntiavit hæc?* habemus, ibi Symmachus: *Quis eis annuntiavit hæc? Quem Dominus diligit, faciet voluntatem ejus*, Aquilas autem: *Quis inter homines hæc protulit? Dominus dilexit eum*. Cœlorum enim virtutes, inquit, quæ vocantur, ad verborum ipsius auscultationem attentas et paratas esse; idque tibi propter summum ejus in te amorem palam fieri voluisse idem *renuntiavit* Dominus. B Vel, ut Aquilæ placet et Symmacho, *Dilectus* Patris et Unigenitus ipse *renuntiavit* hominibus, qui etiam *voluntatem* Patris *operabitur*, dum quæ prædicta sunt, *in Babylonem* inducet; quo nimirum tempore populum in libertatem assertum terræ patriæ restituturus est. Non desunt tamen qui verba ista: *Vocabo eos, et stabunt simul*, de Israele dici arbitrentur; tanquam se perlibenter *congregatis illis* auditurum demonstret. **545** *Quis* Deus alius futuram belli calamitatem, atque ipse per prophetas singula prius indicarit: cujus et ipsi monita aspernati, experiri quam vitare damna maluerint. Quidnam igitur illis ipsa dæmonum vaticinatio profuit, quæ nihil eorum, quæ postea acciderunt, prævidere potuit?

συνεργχόμεναι τῶν λόγων αὐτοῦ πρὸς ἀκρόασιν. Σύμφωνον τῷ κατ' ἀρχάς· «Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν.» Εἰ δὲ δυνάμεις αἱ κρείττους οὕτω σὺν εὐλαβείᾳ τῷ πεποιηκότι πειθήνιοι, ἡμεῖς [r] ὄντες ἄνθρωποι πῶς οὐ μᾶλλον τὸν θεῖον ἀναλήψεσθε φόβον; Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Τίς αὐτοῖς ἀνήγγειλεν ταῦτα*, ὁ Σύμμαχος ἔφησεν, *Τίς αὐτοῖς ἀπήγγειλεν ταῦτα; Ὃν Κύριος ἀγαπήσει, ποιήσει τὸ θέλημα αὐτοῦ*. Ὁ δὲ Ἀκύλας, *Τίς ἐν ἀνθρώποις ἀπήγγειλεν ταῦτα; Κύριος ἠγάπησεν αὐτόν*. Ὅτι γὰρ, φησὶν, αἱ τῶν οὐρανῶν δυνάμεις καλούμεναι πρὸς τὴν τῶν αὐτοῦ λόγων ἀκρόασιν ὑπακούουσι παριστάμεναι, αὐτὸς ἀπήγγειλε Κύριος, καὶ διὰ τὴν ἀγάπην τὴν πρὸς σὲ, φανερόν σοι πεποίηκεν. Ἤγουν κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον, Ὁ *ἀγαπητὸς* τοῦ Πατέρος καὶ Μονογενὴς, αὐτὸς *ἀπήγγειλεν* ἀνθρώποις, ὃς καὶ τὸ *θέλημα τοῦ Πατέρος ἐνεργήσει*, τὰ προλεχθέντα *κατὰ Βαβυλῶνος* ἐπάξων, ὅτε καὶ τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἐπάνοδον ἐργάσεται τοῦ λαοῦ. Τινὲς δὲ τὸ, *Καλέσω αὐτοὺς, καὶ στήσονται ἅμα*, περὶ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ εἰρῆσθαί φασιν. Ὡς ἡδέως ἂν ἐπυθόμην *συνηγμένων αὐτῶν*, *τίς* ἄλλος αὐτοῖς Θεὸς τὴν ἐκ τοῦ πολέμου προμεμήνυκε συμφορὰν, ὡς ἐγὼ διὰ τῶν προφητῶν μου τὰ κατὰ μέρος ἐδήλωσα· καὶ τῶν ἐμῶν καταφρονήσαντες λόγων, τὴν τῶν κακῶν ἀνεμείνατε πεῖραν. Τίς οὖν ὑμῖν ἡ ὄνησις τῆς ἐκ δαιμόνων μαντείας οὐδὲν προεγνωκυίας τῶν ὕστερον;

Volunt nonnulli, eos, qui de gentium numero, C magnum quid saperent, invitari ut velint adesse, in animumque inducere, nullum sibi quæ in posterum essent eventura, prædixisse; sed a Deo dura et aspera esse præsignificata; ut sententia mutata revocarentur: indeque fieri, quod metu ad resipiscentiam provocans, quæ ventura essent prædixerit. Deinde ostendit eorum se non injuriæ recordatione, sed benevolentia potius, quod ipsis libitum fuisset, perfecisse. Cum enim *Chaldæos* sibi perpetuis incursionibus imminentes a Deo deleri cuperent; id ipsum certe et ille præstitit, non tanquam justis gratiam relaturus, sed pro sua benignitate, suoque amore, beneficium in ingratos etiam et peccatores collocaturus. Atque hinc est, inquit, quod priusquam vos pati contin- D geret, eorum in vos expeditionem prædixi; ut cum pœnituisset, nihil in vos illa quidquam valeret. Quæ cum impetrare non potuissem, adversum vos ideo progrediendum censui, ut in eos animadverterem, qui nulla peccatorum pœnitudine tanguntur. Sunt vero qui Cyrum adversus *Chaldæos* Hebræorum nomine, in quos illi sæviores exsisterent, feliciter arma movisse arbitrentur. Ista igitur, inquit, suo tempore sum deinceps præstiturus. Vos ea

Τινὲς δέ φασι, τοὺς μέγα φρονοῦντας τῶν ἐθνικῶν παρεῖναι προτρέπεται, καὶ πρὸς νοῦν ἐκλαβεῖν, ὡς οὐδεὶς αὐτοῖς τὰ μετὰ χρόνους ἐσόμενα προῦλεγεν. Αὐτὸς δὲ ἦν ὁ Θεὸς ὁ καὶ προλέγων τὰ δυσχερῆ, καὶ μετατιθεμένων ἀνακαλούμενος. Διὸ καὶ προῦλεγεν ἐπιστρέφων τῷ φόβῳ. Εἶτα δείκνυσιν, ὡς οὐ μνησικακῶν αὐτοῖς, ἀγαπῶν δὲ τοὐναντίον ἅπερ ἤθελον, ἔπραξε. Τοὺς γὰρ *Χαλδαίους* θλίβοντάς τε καὶ ἐπιτιθεμένους αὐτοῖς, τὸν Θεὸν ἠβούλοντο διαφθεῖραι, ὃ δὴ καὶ πεποίηκεν, οὐχ ἀνταποδιδοὺς ὡς δικαίοις, δι' ἀγαθότητα δὲ χαρισάμενος, καίπερ ἡμαρτηκότας ἀγαπῶν. Διὸ καὶ πρὶν παθεῖν ὑμᾶς, προεῖπον ἐκείνων τὴν ἔφοδον, ἵνα μετανοήσαντες ἄπρακτον ταύτην ποιήσητε. Οὖς [s] μὴ πειθομένων, εὐώδωσα καθ' ὑμῶν, παιδεύων ὑμᾶς ἀμετανόητα πλημμελήσαντας. Τινὲς δὲ τὸν Κῦρον εὐωδῶσθαι κατὰ *Χαλδαίων* εἰρήκασι φειδοῖ τῶν Ἑβραίων, καθ' ὧν ἐπεδείξαντο τὴν ὠμότητα. Ταῦτα μὲν οὖν κατὰ καιρὸν ποιήσω τὸν μέλλοντα. Ὑμεῖς δὲ ταῦτα μεμαθηκότες *οὐκ ἐν κρυφῇ* λαλούμενα, σὺν πολλῇ δὲ τῇ παῤῥησίᾳ, ἥκετε *πρός με* σπεύδοντες· καὶ γὰρ ὅτε ταῦτα ὁ Πατὴρ ἐβουλεύετο παρ' αὐτῷ ἡμῖν [t]. Καὶ νῦν δὲ αὐτὸς ὁ Πατὴρ, καὶ *τὸ Πνεῦμα* τῆς ἁγιωσύνης *αὐτοῦ* πρὸς κατόρθωσίν με τῶν ὑπ' αὐτοῦ διωρισμένων *ἀπέστειλεν*. Πῶς δὲ *οὐκ ἐν κρυφῇ* προαπήγγειλε,

[14] Isa I, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[r] γρ. ὑμεῖς. [s] γρ. ὧν. [t] γρ. ἦν.

διὰ τῶν προφητῶν εἰπὼν ἐναργῶς· « Οὕτω λέγει Κύριος τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, » καὶ τὰ ἑξῆς· Καὶ οὐκ αὐτοῦ ἦν ἔργον τῆς Βαβυλῶνος ἡ αἵρεσις, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς ἀντιλήψεως. Μεταξὺ δὲ, φασὶν, ἐστὶ τοῦ Κύρου φωνὴ, τὸ, *Κύριος ἀπέσταλκέ με καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ.*

A edocti, *non clam*, sed palam et confidenter *ad me festinate*. Ego enim cum Patre tunc aderam, cum de rebus istis consilium agitaret. Jam vero et me Pater ipse, et sanctitatis *ejusdem Spiritus*, ad ea, quæ ab ipso decreta sunt, exsequenda *mittendum* censuit. Qui deinde *non clam* longe ante prædixisse non reperiatur, qui per prophetas ita aperte loquatur : « Sic dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi manum dexteram [95], » et quæ postea? Adhæc, non ejus opera, sed meo auxilio capta expugnataque est Babylon. Deinceps autem, aiunt, Cyri vox est ista, quæ **546** sequitur : *Dominus misit me, et Spiritus ejus.*

Τὸ δὲ, *καὶ νῦν*, δηλοῖ ὡς εἰ καὶ μή τι τῶν συμβεβηκότων προαπηγγέλθη παρὰ Θεοῦ, ἀλλ' ἰδοὺ νῦν καὶ Κῦρος αὐτὸς ὡμολόγηκεν ὑπὸ Θεοῦ συνηργῆσθαι τῶν ὅλων. Ταῦτα γὰρ εἰρῆσθαι περὶ αὐτοῦ παρὰ τῶν αἰχμαλώτων μαθὼν, ἀναγνούς τε τὴν προφητείαν, γράμματι χρῆται βασιλικῷ ἐν Ἔσδρᾳ κειμένῳ, καὶ λέγοντι· « Τάδε λέγει ὁ βασιλεὺς Περσῶν Κῦρος· Ἐμὲ ἀνέδειξε βασιλέα τῆς οἰκουμένης ὁ Κύριος τοῦ Ἰσραὴλ ὕψιστος, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τινὲς δὲ τὸ, *Κύριος ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ*, ἀπὸ προσώπου τοῦ προφήτου λελέχθαι φασὶν, Ὅτι καὶ πρώην ὑμῖν οὐκ ἐν γωνίᾳ λελάληκα, καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον ἐκ Θεοῦ πεμφθεὶς ἥκω πρὸς ὑμετέραν ὠφέλειαν, περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις λαλῶν, Θεοῦ μὲν *πέμποντος*, ὑπηχοῦντος δὲ τοῦ *Πνεύματος* τοῦ ἁγίου. *Ἄκουε* τοίνυν, ὦ *Ἰσραὴλ*, ἃ σε διδάσκει *ὁ ῥυσάμενός σε Κύριος*. Μέμνησο *τοῦ Θεοῦ σου*. Ταῦτα γάρ σοί φημι ὑπὲρ τοῦ *εὑρεῖν ὁδὸν* σωτηρίας, ὃς εἰ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐπείσθης, ἀπείρατος ἦσθα κακῶν. Ἐπλήθυες δ' ἂν *ἐν εἰρήνῃ καὶ δικαιοσύνῃ* τῶν ἐντεῦθεν καλῶν *ποταμηδὸν* σοι ῥεόντων καὶ ἄλλων ἐπ' ἄλλοις, ὡς *κυμάτων θαλάττης*. Ἤγουν, ἀνανταγώνιστον εἶχες δύναμιν, ὡς *ποταμοί* τε καὶ *θάλατται*. Ἦν δ' ἂν σου καὶ *τὸ σπέρμα*, φησὶν, ἀναρίθμητον, πολεμίων ἐφόδοις οὐ δαπανώμενον. Τὸ δὲ *χοῦς τῆς γῆς*, *κέγχροι γῆς* ἐξέδωκαν οἱ λοιποί. Σωματικὰ δὲ λέγεται πρὸς σωματικούς. Ἀξίως δὲ Θεοῦ νοοῖτο *σπέρμα* Ἰσραὴλ, περὶ οὗ τὸ ῥηθέν· « Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, » δηλοῦντος τοὺς ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσαντας. Πατέρες γὰρ τῶν ἄλλων ἐγένοντο τοὺς προσιόντας ἀναγεννήσαντες, οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. Εὔλογον οὖν ἀλληγορεῖν. Σωματικῶς γὰρ Ἰουδαῖοι καὶ παραβαίνοντες τὰς ἐντολὰς ἐπληθύνθησαν, ὡς τὸ ῥητὸν μᾶλλον ἁρμόσαι τῷ νοητῷ μεθ' ὑποστολῆς λέγων, *εἰ τὰς ἐντολὰς ἐτήρησαν* τῶνδε τυχεῖν. Οὐδὲν γὰρ μέγα τὸ σωματικῶς σκωλήκων δίκην πληθύειν.

Deinde quod *et nunc* habetur, etiamsi nihil eorum, quæ acciderunt, a Deo ante prædictum esset, ecce tamen etiam nunc Cyrum præpotentis Dei auxilio confecta esse profiteri testatur. Cum enim ista de se a captivis didiciscet usurpari, pro-B phetiamque legisset, mandato regio, quod apud Esdram legitur, utendum censuit, in hunc modum : « Hæc dicit Persarum rex Cyrus : Me regem orbis universi renuntiavit Deus Israel excelsus [96], » et quæ deinceps. Nonnulli verba ista : *Dominus misit me, et Spiritus ejus*, in prophetæ persona dici arbitrantur ; tanquam se prius nihil illis in angulo dixisse significet : nunc autem se a Deo missum ad eorumdem utilitatem accedere, deque iisdem persæpe Deo quidem ipso *mittente*, sed *Spiritu* sancto succinente et suffragante, locutum esse. *Audi* ergo, inquit, *Israel*, quæ te ille docet *Dominus, qui te liberavit*. Memineris *Dei tui*. Hæc enim tibi de *invenienda* salutis *via* repeto, quibus si primum paruisses, malorum expers, *inque pace et justitia*, C bonis tibi aliis atque aliis *fluviorum* instar, *tanquam maris undis* affluentibus, auctus et cumulatus vixisses. Id est, propugnatores eos, quibus non magis quam *fluminibus*, aut *mari* nihil queat resistere, habuisses. Fuisset vero et *semen tuum* innumerabile, nullis videlicet hostium incursionibus imminutum. At pro quo *pulvis terræ* habemus, *milia terræ* reliqui interpretantur : nimirum, ut corporalia cum crassis hominibus agens usurparet. Non immerito autem *Dei semen* ille intelligatur Israel, de quibus fuit et illud antea usurpatum : « Nisi nobis Dominus Sabaoth reliquisset semen, tanquam Sodoma facti fuissemus [97] ; » ut eos, qui fidem amplexi essent indicaret. Patres enim cæteris exstiterunt, cum eos ad se venientes iterum ge-D nuerunt qui non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt [98]. Est igitur allegorice loqui consentaneum. Corporaliter enim Judæos, etiamsi præceptis non paruerint, propagari multiplicarique **547** contigit; ideoque intelligibili magis dictum illud conveniat, quod adhibita cautione, *si præcepta servaverint*, istis potiturum asserat. Neque enim magnum quid consequentur, si qua ratione videmus in vermibus effici, corpore multiplicentur.

Τινὲς δὲ τὸ, *Δέδειχά σοι τοῦ εὑρεῖν σε τὴν ὁδὸν*, εἰρῆσθαί φασιν, ὡς τῶν ἐξ Ἰσραὴλ λεγόντων· Πῶς ὑπὸ σὲ τελοῦντες τοιαῦτα πεπόνθαμεν οἱ πάλαι ῥυσθέντες ἐκ Φαραὼ διὰ τῆς σῆς ἀμάχου ῥοπῆς; *Ἔδειξά σοι* γὰρ, φησὶν, *ὁδὸν σωτηρίας*, τὸν νόμον·

Sunt porro nonnulli, qui verba ista : *Docui te, ut invenires viam*, tanquam Israelitarum esse asserant, qui loquantur in hunc modum : Qui sub te degentes talia passi sumus, qui tuo olim inexpugnabili auxilio Pharaonis manum evasimus? Te

[95] Isa. XLV, 1. [96] I Esdr. I, 2. [97] Isa. I, 9. [98] Joan. I, 13.

enim ipse *viam salutis*, id est legem, *docui*; quam, A si feliciter degere voluisses, observare debueras. Verum quia eam transgressus ad idolorum cultum te contulisti, in hostium potestatem venisti. Neque tamen ita te pro mea benevolentia funditus exstirpari *exterminarique* passus sum; qui ubique Israelis reliquias asservari voluerim. Itaque, et te jam *Babylone*, non metu consternatum, sed studio fiduciaque quam maxima *lætitiæ vocem* inclamantem, egredi volo. Ut enim illa gentibus omnibus (Ægyptiis et Pharaone deletis, quem se in hoc excitasse, ut in eodem gloriam suam ostenderet, affirmavit Dominus [99]) ex Ægypto innotuit transmigratio : sic et istam de Babylone redemptionem minime decet occultari, sed ex ea redemptoris gloriam innotescere et prædicari. « Vox enim, scri- B bitur exsultationis et salutis in tabernaculis justorum [1]. » Æquum enim fuerat narrationis modo laudes istas decantari, sicut a Davide factum est, ubi ait : « Suscepisti, Domine, terram tuam, convertisti captivitatem Jacob. Remisisti iniquitates populo tuo ; operuisti omnia peccata eorum [2]. » Verum ut eumdem se esse demonstret, qui olim Israelem per *desertum* traduxit fore pollicetur, si vel *petram* iterum *scindere in aquarum subsidium* opus sit, et istud illi etiam in Judæam proficiscenti non defuturum. Quod quia reipsa geri non contigit, ad allegoriam sic nonnulli retulerunt. Iis, qui captivitate intelligibili liberati erant, de quibus Christus ipse loquebatur, cum se ut pau- C peribus evangelizaret, et captivis remissionem prædicaret, missum esse diceret [3], **548** rationalis aquæ rivus de *petra* veritatis emanavit. Petra autem, inquit Apostolus, erat Christus [4]; cujus et ista sunt : « Qui biberit aquam, quam ego dabo, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ [5]. » Cæterum, ne qui inter eos versantur impii, propter se etiam veniæ promissionem fieri arbitrarentur, *lætitiæ* eorum expertes fore ipsos pronuntiavit.

ὃν εἴπερ ἤθελες εὖ πράττειν, ἐφύλαττες. Νῦν δὲ παραβὰς, καὶ πρὸς εἰδωλολατρείαν τραπεὶς, παρεδόθης ἐχθροῖς· καὶ οὐδὲ οὕτω παγγενεὶ δι' ἐμὴν φιλανθρωπίαν *ἐξωλοθρεύθητε*. Τετήρηται γὰρ πανταχοῦ τὸ κατάλειμμα τῷ Ἰσραήλ. Διό σοι καὶ νῦν ἐκ *Βαβυλῶνος* ἐξιέναι φημὶ, μὴ σὺν φόβῳ καὶ ὑπτίως, σπουδῇ δὲ κεχρημένῳ πολλῇ, καὶ *φωνὴν εὐφροσύνης* βοῶντι. Ὡς γὰρ ἡ ἐξ Αἰγύπτου γέγονεν ἔξοδος πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐμφανὴς (Φαραὼ μὲν ἀνθισταμένου, πληττομένων δὲ τῶν Αἰγυπτίων, πρὸς ὃν φησιν· Εἰς τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου), οὕτως ἐχρῆν μηδὲ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος λύτρωσιν γενέσθαι σιγῇ, δοξολογεῖν δὲ τὸν λυτρωτήν. « Φωνὴ γὰρ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας ἐν σκηναῖς δικαίων. » Ἐχρῆν γὰρ ἐν διηγήσεως τρόπῳ δοξολογεῖν κατὰ τὸν μέγαν Δαβίδ· « Εὐδόκησας, Κύριε, τὴν γῆν σου, ἐπέστρεψας τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰακώβ. Ἀφῆκας τὰς ἀνομίας τῷ λαῷ σου, ἐκάλυψας πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. » Ἑαυτὸν δὲ δεικνὺς ἐκεῖνον ὄντα τὸν δι' *ἐρήμου* πάλαι διαγαγόντα τὸν Ἰσραὴλ, φησὶν, ὡς Εἰ πάλιν ἐδεήθης *σχιζομένης πέτρας πρὸς ὕδατος χορηγίαν*, ἦν ἂν σοι καὶ τοῦτο εἰς τὴν Ἰουδαίαν βαδίζοντι. Μὴ γενόμενον δὲ καθ' ἱστορίαν, οὕτω τινὲς ἠλληγόρησαν. Τοῖς αἰχμαλωσίας ἠλευθερωμένοις τῆς νοητῆς περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ Χριστὸς, Εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, τὸ λογικὸν νᾶμα τῆς ἀληθινῆς ἐκδίδοται *πέτρας*. Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστὸς, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὅς καί φησιν· « Ὃς ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. » Ὡς ἂν δὲ μὴ νομίσωσιν οἱ ἐν αὐτοῖς ἀσεβεῖς καὶ δι' αὐτοὺς γεγονέναι τῆς ἀφέσεως τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς *εὐφροσύνην*, τούτων αὐτοὺς ἀλλοτρίους ἀπέφηνεν.

Nonnulli Babyloniorum nomine impios significari arbitrantur qui ultioni traditi, iis exsultantibus, qui redempti essent, gaudere non poterant. Putant alii, ne eorum, quæ dicta sunt, voluptate capti supine se et negligenter gererent ; tanquam ea omnino, quantumvis impie viverent, adepturos dixisset Deus ; metum ipsis pro securitate imminere demonstrari. Qui enim *lætari* quisquam valeat, qui eo, a quo lætitia suppeditatur, exciderit ? D Sunt enim iis, a quibus observantur, certæ et indubitatæ promissiones : neque Dei præcognitio virtutem cuiquam ex necessitate operatur. Ecce enim, cum Jacobum fore integrum prævidisset, talis et ipse per se, non quia prævisus esset, evasit, vitæque probitatem ipsa viri secuta est benedictio. Decet igitur futura de nobis prædicente Deo nihil supine, nihil negligenter agere. Deinde, quod *egredi de Babylone* jubet ; et locum, et mores im-

Τινὲς δὲ ἀσεβεῖς τοὺς Βαβυλωνίους εἰρῆσθαί φασιν, οἳ παραδοθέντες κολάσει χαίρειν οὐκ εἶχον, τῶν λελυτρωμένων χαιρόντων. Τινὲς δέ φασιν, ἵνα μὴ διὰ τὴν τῶν ῥηθέντων ἡδονὴν ὑπτιάσαντες ῥᾳθυμήσωσιν, ὡς πάντως αὐτῶν τευξόμενοι, κἂν ἀσεβεῖς ὦσιν, ἅπαξ εἰρηκότος Θεοῦ, φόβον αὐτοῖς ὑπὲρ ἀσφαλείας ἐπήρτησεν. Καὶ πῶς γὰρ ἄν τις *εὐφραίνοιτο* τοῦ τῆς χαρᾶς στερηθεὶς χορηγοῦ; Αἱ γὰρ ἐπαγγελίαι τοῖς φυλάττουσι βέβαιοι. Τοῦ Θεοῦ γὰρ ἡ πρόγνωσις ἐξ ἀνάγκης ἀρετὴν οὐ ποιεῖ. Ἰδοὺ γὰρ προέγνω τὸν Ἰακὼβ ἀγαθὸν γενησόμενον. Καὶ γέγονε δι' ἑαυτὸν ἀγαθὸς, οὐχ ὅτι προέγνωστο. Διὸ καὶ εὐλογῆται [a]. Δεῖ οὖν μὴ ῥᾳθυμεῖν, Θεοῦ τὸ μέλλον προλέγοντος. Τὸ δὲ, *Ἔξελθε ἐκ Βαβυλῶνος*, καὶ τόπον καὶ τρόπον ἀμείβειν παρακελεύεται μηδὲν ἐπαγομένους ἦθος *Χαλδαϊκὸν*, οἰωνισμοῦ τε καὶ μαντείας, καὶ πάσης εἰδώλων καθαρεύοντας πλάνης. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ πάντων ἁρμόσειε τῶν ἐθνῶν. Τινὲς δὲ τὸ, *Προσαγά-*

[99] Exod. XIII, XIV. [1] Psal. CXVII, 15. [2] Psal. LXXXIV, 2, 3. [3] Luc. IV, 18, 19. [4] I Cor. X, 4. [5] Joan. VII, 38.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. εὐλογεῖται.

γετε πρός με καὶ ἀκούσατε ταῦτα, Χριστοῦ πρόσωπον τὸ λέγον εἶναί φασιν, ὡς ἂν αὐτοῖς τὴν δι' ἑαυτοῦ σωτηρίαν δηλώσειεν. Καὶ τὸ, *Οὐκ ἀπ' ἀρχῆς ἐν κρυφῇ λελάληκα;* Μὴ οὐκ ἐκ παλαιοῦ, φησὶ, προεῖπον ἐπικεκαλυμμένως ταῦτα διὰ προφητῶν ἀπὸ [v] τοῦ καιροῦ γενέσθαι; αὐτὸ, *ἐκεῖ εἰμι*, πρινὴ γενέσθαι τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν ὁρατῶς, γεγονέναι λέγει ταύτην παρὰ Θεῷ κατὰ τὸν προορισμὸν πρὸ καταβολῆς κόσμου. *Καὶ νῦν Κύριος ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ.* Τὸ γὰρ ἀεὶ παρὰ Θεῷ, τοῦτο νῦν ὁρατῶς ἐν κόσμῳ γίνεται. Κατὰ δὲ τὸ ἀνθρώπινον ἡ *ἀποστολή*. Θεὸς γὰρ ἀεὶ πάρεστι πᾶσιν. Ἀπεστάλθαι δὲ καὶ παρὰ τοῦ *Πνεύματος* λέγεται, καθὸ ἐκ *Πνεύματος* ἁγίου γεννᾶται. Τινὲς δὲ τοῦ αὐτοῦ προσώπου φασὶ τό· *Ἡ χείρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, καὶ ἡ δεξιά μου τὸν οὐρανὸν ἐστερέωσεν.* Καὶ τὸ, *Νῦν Κύριος ἀπέσταλκέ με* καὶ τὸ *Πνεῦμα αὐτοῦ*, ὅπερ δημιουργὸν τὸν ἐπὶ γῆς ἐλθόντα παρίστησιν.

A mutare, nihilque, quod *Chaldæorum* instituta resipiat, retinere; omneque auguriorum et vaticiniorum genus, omnem denique idololatriæ et erroris curam deponere adhortatur : quod potest etiam gentibus omnibus convenire. Nonnulli porro verba ista : *Adducite ad me, et audite hæc*, Christi esse arbitrantur, tanquam se illis propter seipsum salutem largiri demonstret. Illa deinde : *Non ab initio locutus sum?* tanquam se ab antiquo ista occulte per prophetas priusquam fierent, prædixisse significet. Præterea, quod *ibi sum* habetur; antequam se videndum omnibus præberet, idipsum jam apud Deum ante mundi constitutionem præfinitum et decretum fuisse, indeque *Et nunc Dominus misit me, et Spiritus ejus* adjicere. Qui enim semper apud
B Deum remansit, idem nunc in mundo oculis subjicitur. Est vero de **549** humanitate ipsa *missionis* ratio accipienda. Adest enim Deus ubique omnibus; sed a *Spiritu* etiam missus esse dicitur [3], quatenus a *Spiritu* sancto generatur. Non desunt tamen, qui illud : *Manus mea fundavit terram, et dextera mea cœlum stabilivit*, et illud etiam, *Nunc Dominus misit me;* itemque illud : *Spiritus ejus*, quo opifex ille, qui in terram venit, significatur, ejusdem esse personæ arbitrentur.

ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'.

α-ιγ'. *Ἀκούσατέ μου, νῆσοι, καὶ προσέχετε, ἔθνη. Διὰ χρόνου πολλοῦ στήσεται, λέγει Κύριος. Ἐκ κοιλίας μητρός μου ἐκάλεσε τὸ ὄνομά μου, καὶ ἔθηκε τὸ στόμα μου, ὡς μάχαιραν ὀξεῖαν, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἔκρυψέ με. Ἔθηκέ με ὡσεὶ βέλος ἐκλεκτὸν, καὶ ἐν τῇ φαρέτρᾳ αὐτοῦ ἔκρυψέ με, καὶ εἶπέ μοι· Δοῦλός μου εἶ σὺ, Ἰσραὴλ, καὶ ἐν σοὶ ἐνδοξασθήσομαι*, κ. τ. λ.

C Τὰ κατάλληλα τοῖς Ἰουδαίοις εἰπὼν, ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν αὖθις μετέρχεται *κλῆσιν*, καὶ τοῦ Σωτῆρος τὴν ἐπιφάνειαν. Διὸ τὰς Ἐκκλησίας ἀνακαλεῖται *νήσους* εἰπὼν, ὡς ἁλμυροῖς τοῦ βίου καὶ τῶν πειρασμῶν περικλυζομένας τοῖς κύμασι. Τίνων δὲ αἱ *νῆσοι* δηλῶν ἐπιφέρει καὶ, *Προσέχετε, ἔθνη*, μήποτε νομισθῇ πρὸς Ἰουδαίους ὁ λόγος. Καὶ ὁ μέγας δὲ λέγει Δαβίδ· « Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. Εὐφραινέσθωσαν νῆσοι πολλαί. » Τί δὲ λέγει τοῖς *ἔθνεσι*, μὴ κατὰ τὸν τῆς προφητείας καιρὸν τῶν πραγμάτων προσδοκῆσαι τὴν ἔκβασιν, *μετὰ χρόνον δὲ πλεῖστον; Στήσεται δὲ*, λέγει, ἢ τὸ ἐπαγγελθὲν, ἢ τὸ προφητευόμενον. Τὸ δὲ *διὰ χρόνου μακροῦ, μακρόθεν* ἐξέδωκαν οἱ λοιποὶ τοῖς πρὸ αὐτῆς ἀποδόντες τὴν λέξιν. Οὕτω γ' οὖν Σύμμαχος, *Καὶ*
D *ἀκροᾶσθε, ἔθνη, μακρόθεν*, ἑρμήνευσεν. Σκόπει δὲ ὡς τὰ νῦν ὁ Κύριος λέγει, καὶ περὶ ἑτέρου Κυρίου διὰ τῶν ἑξῆς διαλέγεται, γέννησίν τε λέγων [x] ἑαυτοῦ, καὶ δουλείαν, καὶ τὰ τοιαῦτα λέγων. *Κύριος ἐκ γαστρὸς ἐκάλεσέ με, ἐκ κοιλίας μητρός μου ἀνεμνήσε τὸ ὄνομά μου.* Τὰ μὲν γὰρ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὀνόματα πρόσφορα τῇ θείᾳ φύσει, Θεὸς καὶ

550 CAP. XLIX.

VERS. 1-13. *Audite me, insulæ, et attendite, gentes. Post multum tempus stabit, dicit Dominus. De ventre matris meæ vocavit nomen meum; et posuit os meum, quasi gladium acutum, et sub protectione manus suæ abscondit me. Posuit me tanquam sagittam electam, et in pharetra sua abscondit me, et dixit mihi : Servus meus es tu, Israel, et in te glorificabor*, etc.

551 Postquam quæ Judæis congruerent, attulit, ad gentium nunc *vocationem*, ipsumque Salvatoris adventum iterum se confert; ideoque Ecclesias ipsas *insularum* nomine significatas, tanquam salsis et amaris hujus vitæ, tentationumque fluctibus undique obruantur, excitare conatur. Neque vero quorum *insulas* intelligat, ignorare patitur, cum *attendere gentes* imperat; ne de Judæis sermonem esse quis arbitretur. Quin et apud magnum Davidem ista legimus : « Dominus regnavit, exsultet terra, lætentur insulæ multæ [4]. » Quid est autem, quod *gentes* jubet non ipso prophetæ tempore rerum eventum, sed *post longum tempus* exspectare? *Stabit* vero, inquit : aut quod annuntiatum est, aut quod prophetatum. Pro quo deinde *post longum tempus* habemus, *de longe* cæteri, ut ad præcedentia vocem referrent, reddiderunt; Symmachus autem, *Et attendite, gentes, de longe*. Intuere vero uti de præsentibus loquatur Dominus; deque alio Domino, per ea quæ sequuntur, suam ipse nativitatem et servitutem, cæteraque ejusmodi explicans, disputet, cum ait : *Dominus de ventre vocavit me*.

[3] Matth. I, 20; Luc. I, 35. [4] Psal. XCVI, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[v] γρ πρό. [x] ἀφ. τὸ λέγων.

De utero matris meæ recordatus est nominis mei. A Habuit enim ante incarnationis tempus nomina divinæ naturæ congrua, Deus, vita, lumen, sapientia, virtus, et similia : sed Christus, et Jesus, et Nobiscum Deus, ad ea, quæ œconomiam secuta sunt, tempora referuntur. Unde sunt et illa Gabrielis ad Virginem : « Et paries filium, et vocabis nomen ejus *Jesum* [7]; » cujus ut interpretationem doceret, « Ipse enim populum suum a peccatis eorum liberabit [8], » adjunxit. At Nobiscum Deus, ex naturæ et œconomiæ ratione inditum est; ut *Jesus* a facultate et viribus. Unde et Salvatorem, id est Christum, in Davidis civitate natum esse, pastoribus nuntiatum est. Nec vero aliud Christus, quam unctum significat, quod certe ante œconomiam convenire non potuit. Pergit autem, et *os* B *suum tanquam gladium acutum positum* esse significat. Ait enim etiam alicubi : **552** « Et spiritu labiorum interficiet impium [9]. » Ergo *tanquam gladium acutum esse* inquit, qui dignos, ab iis, qui tales non sunt, dividat ac separet. Ait enim in Evangeliis : « Ne putetis quod venerim ut pacem in terram mitterem. Non veni ut pacem mitterem, sed ut gladium [10]; » et quæ deinceps.

ζωή, καὶ φῶς, σοφία, καὶ δύναμις, καὶ τὰ τοιαῦτα. Τὸ δὲ Χριστὸς, καὶ Ἰησοῦς, καὶ, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, μετὰ τὴν οἰκονομίαν ἁρμόδια. Ἔλεγεν γὰρ ὁ Γαβριὴλ τῇ Παρθένῳ, « Καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ *Ἰησοῦν*· » καὶ τὴν σημασίαν δηλῶν ἐπήγαγεν, « Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. » Τὸ δὲ, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ τῆς οἰκονομίας ἐῤῥέθη, ὡς ἀπὸ τῆς ἐνεργείας τὸ *Ἰησοῦς*. Διὸ καὶ τοῖς ποιμέσιν ἐλέχθη, ὅτι Ἐτέχθη σήμερον Σωτὴρ, ὅ ἐστι Χριστὸς Κύριος, ἐν πόλει Δαβίδ· Χριστὸς δὲ, ὡς κεχρισμένος, ὃ δὴ πρὸ τῆς οἰκονομίας οὐχ ἥρμοττεν. Τεθῆναι δέ φησι τὸ *στόμα αὐτοῦ ὡς μάχαιραν ὀξεῖαν*. Καὶ ἀλλαχοῦ γάρ φησι· « Καὶ ἐν πνεύματι διὰ χειλέων ἀνελεῖ ἀσεβῆ. » *Ὡς μάχαιραν οὖν* φησιν *ὀξεῖαν* τμητικήν τε καὶ ἀφορίζουσαν τοὺς ἀξίους Θεοῦ ἀπὸ τῶν μὴ τοιούτων. Φησὶ γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις· « Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον εἰρήνην βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν, » καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις.

Quin et ipsa Evangelii promulgatio, *gladius* adversus diaboli tyrannidem exstitit. Dedit vero nobis et ipsum spiritus *gladium*, id est Dei verbum [11], cujus ope dæmonum fraudes propellimus. Et alicubi etiam apud prophetam reperias : « In die illa inducet Deus sacrum gladium, magnum, in draconem sinuosum, eumque interficiet [12]. » Conveniet vero et sanctis ipsis oratio ; indeque est, quod spiritu *oris* sui Ananiam et Sapphiram Petrum interfecisse legimus [13] : quod Ezechiam item Rapsacæ C exercitum precibus fudisse [14]; quod Paulum denique verbo oris sui Elymam obcæcasse [15]. Postea adjicit : *Sub protectione manus suæ abscondit me*, ut multis ignotam assumendæ carnis œconomiam subindicaret. Est vero a Patre etiam *sagitta electa positus*, ut eos feriat, qui spiculis ipsius digni sunt; quo more se dilectione percussam anima cecinit [16]. Idem nimirum in carne, quam ut dignis tantum cerneretur, assumpsit, tanquam in *pharetra*, reconditus. Nonnulli verbis istis, *Sub protectione manus suæ posuit me*, Filium ipsum, etiam quatenus homo factus est, a Patre non separatum esse, naturamque incomprehensibilem et insuperabilem habere (quod ei etiam per œconomiam, Davidis testimonio, servabantur, cum ait : « Non proficiet D inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei [17], » cæteraque quæ sequuntur), significari voluerunt. Plurimæ autem cum Dei secundum tempora *sagittæ* fuerint, una ante omnes *electa*, et eximia, Christus ipse in Patris prænotione, tanquam *in pharetra* reconditus, malas in terra potestates feriens, vulnere sustulit. *Et dixit mihi*, adjicit, *Servus meus es tu, Israel.* Corpore quidem,

Καὶ τὸ εὐαγγελικὸν δὲ κήρυγμα, *μάχαιρα* κατὰ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἐγένετο. Δέδωκε δὲ ἡμῖν καὶ τὴν τοῦ πνεύματος *μάχαιραν*, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, δι' οὗ τοῖς ἐπιβούλοις ἀντανιστάμεθα δαίμοσι. Καὶ ἀλλαχοῦ δέ φησιν ὁ προφήτης· « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπάξει ὁ Θεὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἁγίαν, τὴν μεγάλην, ἐπὶ τὸν δράκοντα ὄφιν σκολιὸν, καὶ ἀναιρεῖ τὸν δράκοντα. » Ἁρμόσει δὲ καὶ τοῖς ἁγίοις ὁ λόγος. Τῷ γ' οὖν λόγῳ *τοῦ στόματος* αὐτοῦ Πέτρος ἀνεῖλεν Ἀνανίαν τε καὶ Σάπφειραν. Καὶ εὐχῇ δὲ Ἐζεκίου τὸν Ῥαψάκην ἐτρέψατο. Τυφλὸν δὲ λόγῳ καὶ Παῦλος τὸν Ἐλύμαν ἐποίησεν. Ἐπὶ τούτοις φησὶν, *Ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἔκρυψέ με*, τὴν πολλοὺς λανθάνουσαν τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας οἰκονομίαν ὑπαινιξάμενος. *Τέθειται δὲ* καὶ *βέλος* ὑπὸ τοῦ Πατέρος *ἐκλεκτὸν*, ἵνα τιτρώσκῃ τοὺς ἀξίους τῶν ἑαυτοῦ κέντρων (κατὰ τὴν λέγουσαν ψυχὴν, « Τετρωμένη ἀγάπης ἐγὼ »), ὃ καὶ αὐτὸ, ὡς ἐν *φαρέτρᾳ* λανθάνει τῇ σαρκὶ, ἣν ἀνείληφεν, τοῖς ἀξίοις μόνοις ὁρώμενον. Τινὲς δὲ τὸ, *Ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἔκρυψέν με*, δηλοῦν ἔφασαν ἀχώριστον εἶναι τοῦ Πατέρος τὸ Υἱὸν, καὶ τὸ [y] γέγονεν ἄνθρωπος, ἄληπτόν τε καὶ ἀκαταγώνιστον ἔχειν τὴν φύσιν, ὅπερ αὐτῷ καὶ κατὰ τὴν οἰκονομίαν ἐσώζετο, λέγοντος τοῦ Δαβίδ· « Οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτὸν, » καὶ τὰ ἑφεξῆς. Πλεῖστα δὲ τὰ τοῦ Θεοῦ κατὰ καιροὺς ἐγένετο βέλη. *Ἐκλεκτὸν* δὲ *βέλος* καὶ ὑπὲρ πάντα Χριστὸς, ἐν προγνώσει τοῦ Πατέρος, ὡς *ἐν φαρέτρᾳ* κρυπτόμενος, ἐπὶ γῆς τὰς πονηρὰς δυνάμεις κατατρώσας ἠφάνισεν. *Εἶπεν δέ μοι*, φησὶ, *δοῦλός μου εἶ σὺ, Ἰσραήλ*· κατὰ τὸ σῶμα, τὸ ἐκ *δούλων*, *δοῦλος*, καὶ κατὰ τὸ γένος, τὸ ἐξ *Ἰσραὴλ*, *Ἰσραὴλ* ὁ

[7] Luc. I, 31. [8] Matth. I, 21. [9] Isa. XI, 4. [10] Matth. X, 34. [11] Ephes. VI, 17. [12] Ezech. XXIX, 3. [13] Act. V, 1 seqq. [14] Isa. XXXVII, 35-36. [15] Act. XIII, 11. [16] Cant. II, 5. [17] Psal. LXXXVIII, 23.

VARIÆ LECTIONES.

[y] γρ. τὸν Υἱὸν καὶ καθ' ὅ.

Χριστός. Ὡς δὲ Θεοῦ δύναμις δι' ὧν ἐργάζεται δοξάζει τὸν οὗ ἐστι δύναμις, *ἐν μορφῇ δούλου γενόμενος*, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων Υἱὸς, ᾧ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος *Ἰησοῦς Χριστὸς* εἰς δόξαν Θεοῦ Πατέρος.

Τινὲς δὲ πρὸς τὸν λαὸν, *Ἰσραὴλ* εἰρῆσθαι νομίσαντες φασί· Δείκνυσιν ὅτι δι' ἀγαθότητα μόνην ηὐδόκησε Δεσπότης καλεῖσθαι τοῦ *Ἰσραὴλ*, καὶ ἐν αὐτῷ *δοξασθῆναι*, διά τε τῶν κατ' Αἴγυπτον τεράτων, καὶ τῶν ἐφεξῆς γεγονότων. Οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ τὸ, *Κενῶς ἐκοπίασα*, ἐκ τοῦ προφήτου λελέχθαι φασὶν, ὡς πολλὰ μὲν ἐν τῷ κηρύττειν παθόντος, μὴ ὠφελήσαντος δὲ τῶν ἀκουσάντων μηδένα. Ἀλλ' ὁ Θεός μοι, φησὶ, τὴν κατ' ἀξίαν τῶν πόνων ἀποδίδωσιν ἀμοιβήν. Λέγεται δὲ τοῦτο, φασὶ, καὶ περὶ ἑκάστου λαμβάνοντος αἴσθησιν, ὡς μάτην τὸν καιρὸν ἐν ταῖς τοῦ βίου φαντασίαις ἀνάλωσεν. Οἰκειότερον δ' ἂν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος λαμβάνοιτο, ὃς ἀκούσας τῶν εἰρημένων ἀπεκρίνατο. Καὶ πῶς, ὦ Πάτερ, ἐν ἐμοὶ *δοξασθήσῃ*, ὁ ποτὲ πολλὰ καμὼν ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, οὐδὲν ἤνυσα πλέον, ἐναπομεινάντων τῇ ἀπιστίᾳ πολλῶν τε ἄλλων, καὶ τῶν ἐκ περιτομῆς; περὶ ὧν ἔλεγεν· « Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραὴλ, » οἵγε πρὸς τῷ ἀπειθεῖν, καὶ ἐσταύρωσαν, ὡς εἰρῆσθαι καὶ παρὰ τῷ Ψαλμῳδῷ· « Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν; » Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ταῦτα. Ἡ δὲ *κρίσις μου παρὰ τῷ Κυρίῳ*. Ἐγὼ γὰρ τὰ παρ' ἐμαυτοῦ πράξας *ἐναντίον τοῦ Θεοῦ μου*, τὸ πατρικὸν ἐτελείωσα βούλημα. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἡ *κρίσις* ἐξενήνεκται παρ' αὐτοῦ. Ἐξεβλήθησαν γὰρ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος. Τὰ δὲ ἔθνη γέγονε κλῆρος Θεοῦ. *Τὴν κρίσιν* δὲ ταύτην καὶ διὰ τῆς παραβολῆς ὁ Κύριος ἔδειξε, περὶ τῶν γεωργῶν λέγων τῶν τὸν κληρονόμον ἀπεκτονότων, οὓς καὶ ἀπολέσας, ἑτέροις τὸν ἀμπελῶνα γεωργοῖς ἐξέδωκεν, οἵτινες ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν. Οὗτοι δὲ ἦσαν τῶν Εὐαγγελίων οἱ κήρυκες, ἐφ' ὧν [a] αἱ νεφέλαι καθῆκαν ὑετοὺς αἱ κελευσθεῖσαι μὴ βρέχειν ἐπὶ τὸν Ἰουδαϊκὸν ἀμπελῶνα, ἐφ' ὧν οὐκ ἀκάνθας, ἀλλὰ σταφυλὰς ἐτρύγησεν ὁ Χριστὸς, λεγόντων ἡμῶν, ὅτι Ὁ Κύριος δώσει χρηστότητα, καὶ ἡ γῆ ἡμῶν δώσει τοὺς καρποὺς αὐτῶν. Καὶ ἄλλως δὲ *τὸν πόνον* ὁ Παῦλος αὐτοῦ *καὶ τὴν κρίσιν* δηλοῖ λέγων· « Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν μορφὴν δούλου λαβὼν, ὑπήκοος γεγονὼς τῷ Πατέρι, μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Διὸ καὶ ὑπερύψωσεν αὐτὸν, φησὶ, τὸ ὄνομα δοὺς τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ. »

A quod a *servis* duxerat, *servu* dicatur Christus; genere autem, quod ab *Israe e*, **553** *Israel*. Sed tanquam Dei virtus, rebus ipsis, quas operatur eum, cujus virtus est, *gloria afficit*, *in forma servi factus*, quantumlibet natura filius; cui inflectetur omne genu terrestrium et infernorum; quem omnis etiam lingua Dominum *Jesum Christum* in gloriam Dei Patris esse confitebitur [18].

Nonnulli ad vocem *Israel* referri arbitrati, Domino, propter bonitatem solam, *Israel* appellari, et in eo, propter miracula quæ in Ægypto et deinceps patrata sunt, *gloriari* placuisse arbitrantur. Putant iidem verba ista, *Frustra laboravi*, ex prophetæ persona dici, tanquam se concionando non parum desudasse, sed nihil inde probiores evasisse B auditores, conqueratur : eumque sibi ut dignam laborum mercedem reponat Dominus, postulare. Sumatur et illud, aiunt, de homine quolibet, qui se in diversis hujus vitæ voluptatum generibus frustra tempus insumpsisse recordetur. Sed proprie magis ad Salvatorem referatur, qui auditis superioribus ista reponat : Enimvero, Pater, qui tu in me *glorificaberis*, cum multis pro salute hominum laboribus exantlatis, nihil profecerim, multis adhuc aliis in incredulitate permanentibus, et Judæis ipsis? At de istis intelligens, se non nisi ad oves domus Israel, quæ perierant, missum dixit [19]; quæ tamen et ipsæ præterquam quod fidem abnegarunt, eum etiam cruci affixerunt, de quo sic apud Davidem C legimus : « Quæ utilitas in sanguine meo, quod descendo in corruptionem [20]? » Sed ista quidem illi. Sequitur vero, *judicium meum apud Dominum*. Ego enim, inquit, quæ a me ipso erant, *coram Deo meo* exsecutus, paternæ voluntatis finem adeptus sum : ob idque et *judicium* ab eo latum est. Sunt enim ab ea, quam cum Domino habebant, conjunctione divulsi; gentes autem in Dei sortem ascitæ. *Judicium* porro istud vel ipse in parabola Dominus de agricolis, qui hæredem interemerant, locutus indicavit, cum sublatis istis, aliis, qui sibi stato et idoneo tempore fructus redderent, vineam suam elocavit [21]. Ii vero exstiterunt evangeliorum præcones ipsi, in quos nubes **554** illæ [22], quæ in Judaicam vitem depluere vetabantur, pluviam suam D demiserunt : quo factum est, ut non spinas, sed uvas Christus collegerit ; sicut ipsi profitemur, cum Dominum benignitatem suam, terramque fructum suum daturum esse canimus [23]. Alias autem et Paulus ipse ejusdem *laborem et judicium* indicavit, ubi ait : « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed seipsum exinanivit formam servi accipiens, Patri factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod etiam exaltavit illum, inquit, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine ipsius omne genu flectatur [24]. »

[18] Philipp. II, 9, 10. [19] Matth. XV, 24. [20] Psal. XXIX, 10. [21] Matth. XXI, 33 seqq. [22] Isa. LV, 8. [23] Psal. LXXXIV, 13. [24] Philipp. II, 7-10.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. οὓς.

Hæc autem secundum carnem intelliges. Est enim Filius natura Deus, nec *laborans*, nec mercedem *laborum* nomine postulans. Voce præterea usus hominibus congrua, *servum se ab ipso matris utero formatum* dicit: qui, quatenus Filius, non *formatus* tamen sit, sed qui quatenus *servus* carnem gerat. Qui enim, si natura servus erat Filius, *in servitutem formatus* esse dicatur? Esse igitur natura liberum apparet. Istud enim vel ipsa didrachmi pensione satis indicavit, cum Petrum liberos esse filios docuit[25]. Itaque ex utero dixit, *ut servitutis* temporis ostenderet, ejusque, quæ secundum carnem est, nativitatis modum distingueret. Deinde *servilis formationis* causam definiens, ad *Jacobum congregandum* factam esse adjunxit; cujus nomine tantum *formationem* istam subiit, cum in minime formata divinitate quiesceret. Eos enim etiam cum aliis Satanas, sive quod idola colerent, sive quod hominum mandata docerent, a Deo separaverat: sed hostes Dei factos Christus ipse Patri reconciliavit, quod olim ut facerent, pacem cum eo ineundam esse inclamans non Isaias modo, sed ipsi etiam discipuli pro Christo legatione fungentes[26], tanquam Deo per ipsos provocante, nondumque sibi rursum per Christum reconciliante, monuerant. Intelligantur vero *Israelis et Jacobi* nominibus, non ii tantum, qui ex circumcisione sunt, ad quos **555** etiam missum se esse demonstrat, cum in viam gentium ambulare prohibet[27], sed quilibet etiam, qui per fidem fuerit salutem consecutus. Neque enim, qui in aperto tantum, sed qui in occulto etiam, Judæus habendus est[28]. Itaque et sermoni persona eorum interseritur, qui per fidem salvati ad eum se *congregatum iri*, cæteraque illa quæ sequuntur, profitentur. *Glorificantur* vero et ipsi, qui præclaram illam adoptionis laudem adepti sunt; quique eumdem ad res bene gerendas in *fortitudinem* sunt consecuti.

A Ταῦτα δὲ κατὰ σάρκα νοήσεις. Φύσει γὰρ Θεὸς ὁ Υἱὸς, οὐ *κοπιῶν*, οὐκ ἀμοιβὴν ἀντὶ *κόπων* δεόμενος. Εἶτα πάλιν ἀνθρωποπρεπεῖ κεχρημένος φωνῇ, *δοῦλον ἑαυτὸν ἐκ κοιλίας πεπλάσθαι* φησὶ, καθὸ μὲν Υἱὸς, μὴ *πλαττόμενος*· καθὸ δὲ *δοῦλος*, τὴν δούλην σάρκα φορῶν. Πῶς γὰρ ἂν, εἰ φύσει δοῦλος ἦν ὁ Υἱὸς, *εἰς δουλείαν* ἐλέγετο *πλάττεσθαι*; Δῆλον οὖν ὡς κατὰ φύσιν ὑπάρχων ἐλεύθερος. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῇ τοῦ διδράχμου συνεισφορᾷ πρὸς τὸν Πέτρον φησὶν, «Ἄρα, λέγων, ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί.» Τοιγαροῦν, τὸ *ἐκ κοιλίας* προσέθηκεν, ὡς ἂν δειχθῇ τῆς *δουλείας* ὅ τε χρόνος καὶ τρόπος τῇ κατὰ σάρκα γεννήσει διοριζόμενος. Καὶ *τῆς δουλικῆς πλάσεως* τὴν αἰτίαν διοριζόμενος, ἐπήγαγεν τοῦ *συνάγειν τὸν Ἰακώβ*. B Οὐκοῦν εἰ μὴ διὰ τούτους, οὐκ ἂν *ἐπλάσθη* ἐν τῇ ἀπλάστῳ μένων θεότητι. Καὶ τούτους γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων ὁ Σατανᾶς ἐκ Θεοῦ διεσχέδασεν, ἢ εἰδωλολατροῦντας, ἢ ἐντάλματα ἀνθρώπων διδάσκοντας. Ἀλλ' ἐχθροὺς ὄντας ὁ Χριστὸς διήλλαξε τῷ Πατέρι, πρὸς ὅπερ αὐτοὺς καὶ Ἡσαΐας ἐκάλει, Ποιήσωμεν εἰρήνην, αὐτῷ λέγων, ποιήσωμεν εἰρήνην οἱ ἐρχόμενοι. Καὶ οἱ μαθηταὶ δὲ κεκράγασιν· «Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν·» καὶ πάλιν, «Θεὸς γὰρ ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων.» Νοοῖτο δ' ἂν *Ἰσραὴλ καὶ Ἰακὼβ* οὐ μόνον ἐκ περιτομῆς, ἐφ' οὓς καὶ ἀπεστάλθαι φησὶν λέγων· «Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ πορεύεσθε.» Ἀλλὰ καὶ πᾶς ὁ σωθεὶς διὰ πίστεως. «Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ μόνον Ἰουδαῖος,» καὶ τὰ ἑξῆς. Τοιγαροῦν καὶ μεταξὺ τοῦ λόγου παρεμβέβληται C πρόσωπον τῶν διὰ πίστεως σωζομένων ὁμολογούντων, ὅτι Πρὸς αὐτὸν *συναχθήσομαι*, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. *Δοξάσονται* δὲ καὶ τὸ λαμπρὸν αὔχημα τῆς υἱοθεσίας λαμβάνοντες, καὶ αὐτὸν *ἰσχὺν* ἔχουσι πρὸς τὴν τῶν πρακτέων κατόρθωσιν.

Sunt porro qui *congregabor* verbum, et quæ eidem inhærent, de Christo dici putent; sed qui istud conveniat, omiserunt. Alii vero ad prophetam etiam referri posse arbitrati sunt, tanquam *Israelis* revocatio, et eorum qui dispersi erant in unum *congregatio* significetur. Verum si ad anagogem respicis; et ad Salvatorem ipsum, justitiæ fontem, non aliter quam malorum ratio ad eorum auctorem primum, referri queat. Deinde ad Salvatorem inquit Pater, *Magnum tibi est, ut voceris puer meus*, aut secundum alios, *servus meus*. *Magnum* enim revera opus exstitit, cum ad *servitutem formatus esset* Filius, ad humanæ naturæ salutem, quam condidit, *servi formam* assumere. Atque inde est, quod *glorificatur*, tanquam rapinam minime arbitratus esse se æqualem Deo[29]. Est vero alia ratione *magna res*, ut homini; parva autem, ut Deo, *ut suscites*, inquit, *tribus Jacob*. Itaque et eisdem primum,

Τινὲς δὲ καὶ τὸ, *συναχθήσομαι*, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ, περὶ Χριστοῦ λαβόντες, τὸ πῶς ἁρμόττει παρέλιπον. Ἄλλοι δὲ καὶ εἰς τὸν προφήτην εἰρήκασι δύνασθαι νοηθῆναι, σημαῖνον ἀνάκλησιν *τοῦ Ἰσραὴλ*, καὶ τῶν διασπαρέντων *ἐπισυναγωγή*[a]. Κατὰ ἀναγωγὴν D δὲ, καὶ ἐπὶ τὸν Σωτῆρα τὴν τῶν δικαίων πηγὴν, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ περὶ κακῶν λόγος εἰς τὸν ἀρχέκακον ἀναφέρεται. Πρὸς δὲ τὴν Σωτῆρά φησιν ὁ Πατὴρ, *Μέγα σοί ἐστι τοῦ κληθῆναί σε παῖδά μου*, ἢ *δοῦλόν μου*, κατὰ τοὺς λοιπούς. *Μέγα* γὰρ ἔργον ὡς ἀληθῶς, τοῦ *πρὸς δουλείαν πλασθέντος* Υἱοῦ, τὸ *μορφὴν δούλου* λαβεῖν πρὸς σωτηρίαν ἧς ἐδημιούργησεν ἀνθρώπου φύσεως. Διὸ καὶ *δοξάζεται*, ὡς οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. Καὶ ἄλλως δὲ *μέγα* ὡς ἀνθρώπῳ, μικρὸν δὲ ὡς Θεῷ, *τοῦ στῆσαι*, φησὶ *τὰς φυλὰς Ἰακώβ*. Διὸ καὶ πρώτοις ἐκήρυττεν αὐτοῖς αἰχμαλώτοις οὖσι τὰς ψυχὰς ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Ἐπειδὴ δὲ τὴν χάριν ἠρνή-

[25] Matth. XVII, 23-26. [26] II Cor. V, 20. [27] Matth. X, 5. [28] Rom. II, 28, 29. [29] Philipp. II, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. ἐπισυναγωγήν.

σαντο, ἀκολούθως ἐπήνεγκεν· *Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν*. Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ οὕτως ἐξέδωκαν. Διὸ τῆς παρούσης προφητείας ἀρχόμενος ἔλεγεν· *Ἀκούσατέ μου, νῆσοι, καὶ προσέχετε, ἔθνη*· ἔδει γὰρ ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τό· *Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν*. Οὐ γὰρ ἐχρῆν τὴν τοσαύτην οἰκονομίαν ἀποτυχεῖν, ἀπειθήσαντος *Ἰσραὴλ*, καὶ τὸ σκότος ἠγαπηκότος. Καίτοι τῶν προφητῶν ὁ μέν τις ἔφασκε πρὸς αὐτούς· « Φωτίζου, φωτίζου, Ἱερουσαλήμ. Ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, » καὶ τὰ ἐπὶ τούτῳ· ὁ δὲ, « ἀνατελεῖ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις με ἥλιος δικαιοσύνης. » Λοιπὸν τοῖς ἔθνεσι προσφωνῶν ἐπάγει, *Οὕτως λέγει Κύριος*. Ἀγνοοῦσι δὲ τίς ὁ Κύριος, φησίν· *Ὁ ῥυσάμενος τὸν Ἰσραήλ*. Ἠκούσατε γὰρ πῶς ἐξ Αἰγύπτου πάλαι τούτους διέσωσεν.

cum captivas haberent animas, et cæcitate laborarent, Evangelii præconium largitus est, visumque restituit. Verum quia gratiam illi abnegarunt, consequenter *Ecce posui te in lucem gentium*, intulit: quod eo modo etiam reliqui interpretantur. Et hanc inde auspicatus prophetiam: *Audite me, insulæ, et attendite, gentes*, dixit; quia gentes illud, *Ecce posui te in lucem gentium*, audire oportebat. Neque enim *Israele* fidem aversante, tenebrasque amplectente, tantam œconomiam excidere et fine suo carere decuit. Et vero prophetarum quemdam 556 alium in hunc modum ad eos locutum reperias: « Illuminare, illuminare, Jerusalem. Venit enim lumen tuum [30], » et quæ postea. Et alium etiam. « Vobis, qui timetis me, exorietur Sol justitiæ [31]. » Deinceps autem gentibus inclamans, *Sic dicit Dominus*, addidit. Sed quia non deerant, qui Dominum ignorabant, quisnam esset, cum *Israelem eruisse* se significavit, expressit: quasi eos qualiter Ægyptiaca servitute liberati, servatique sint, commoneret.

Ἄλλοι δὲ πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς εἰρῆσθαι τοῦτό φασιν, ὡς ὁ πάλαι *σε ῥυσάμενος* ἐντέλλομαί σοι, ὡς ἂν μὴ προσκόψῃς τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος. *Ἁγιάσατε τὸν φαυλίζοντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*. Ὅσῳ γὰρ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· τοσούτῳ δοξάσατε, καὶ *ἁγιάσατε* αὐτόν· εἰ δὲ πρὸς τὰ ἔθνη λέγοιτο, διαμαρτύρεται μὴ ταυτὸ τοῖς Ἰουδαίοις παθεῖν. Τὸ δὲ *ἁγιάσατε*, σεπτὸν καὶ ἅγιον ὑπολάβετε. Ἔτι γὰρ ὄντων ἡμῶν ἁμαρτωλῶν, ὑπὲρ ἀσεβῶν ἔπαθεν ὁ λέγων· « Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. » Ὁμολογείσθω τοίνυν *ἅγιος*, ὃ μόνῳ πρέπει Θεῷ. Οὐσιῶδες γὰρ ἐπ' αὐτοῦ τὸ τοῖς ἄλλοις ἐπισυμβαῖνον ἐκ τῆς αὐτοῦ μετοχῆς· ἐπεὶ καὶ φῶς ὢν λέγει· « Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου. » Καὶ λέγοντες δὲ τὸ, « Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, » οὐχ ἁγιασμοῦ προσθήκην αἰτοῦμεν αὐτῷ γενέσθαι, ἀλλ' ἵνα τὸν ἀληθῶς ἅγιον πάντες ὁμολογήσαντες, ἐν μεθέξει τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ γενησώμεθα. Προσέθηκε δὲ *τὸν βδελυσσόμενον ὑπὸ τῶν ἐθνῶν*, τῶν ἀπίστων δηλονότι. *Βδελύττονται* γὰρ, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ διασύρουσι. Καὶ παραδοθέντα δὲ τῷ Πιλάτῳ τῶν στρατιωτῶν τινες αὐτὸν *ἐβδελύττοντο* καταπτύοντές τε καὶ παίοντες, ἐν διασυρμῷ τε βοῶντες· « Χαῖρε, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. » Διὸ *τῶν δούλων τῶν ἀρχόντων* ἐπήγαγεν. Ἴσως δὲ καὶ τῶν κοσμοκρατόρων τοῦ σκότους φησὶν, οἷς *δουλεύουσιν* οἱ τὸν Χριστὸν *βδελυττόμενοι*. Πλὴν ἀναλάμψει, φησὶ, καὶ μέχρι *βασιλέων αὐτῷ προσκυνήσουσιν*, οἵτινες *ὄψονται* αὐτὸν, οὐ πάντως σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ νῷ καὶ καρδίᾳ.

Alii ad Judæos dici istud arbitrantur, hoc modo, Ipse tibi, tanquam qui *te* quondam *eruerim*, ne in lapidem offensionis impingas, præcipio. *Sanctificate eum qui despexit animam suam*. Quanto magis enim se ad mortem usque, eamque crucis, depressit, tanto vos eum gloria et honore prosequi et *sanctificare* fuerit æquius. Quod si ad gentes sermo est, non idem eas cum Judæis passuras esse obtestatur. Deinde quod *sanctificate* dixit, idem plane, ac si venerari et sanctum ducere imperaret, intellexit. Cum enim adhuc in peccatis versaremur, pro impiis ipse passus est, qui bonum pastorem pro suis ovibus animam ponere dixerat [32]. *Sanctum* ergo (quod Deum unum decet) eumdem esse confiteantur. Est enim in eo essentiale, quod aliis ex ejus participatione contingit; quando et lumen ipse existens, « Vos estis lux mundi [33], » dixit. Quin et sanctificari nomen ejus petentes, non sanctitatis accessionem fieri, sed ut sanctum revera omnes confessi, ejusdem sanctimoniæ participes efficiamur poscimus. Deinde sequitur, *qui abominationi est gentibus*, non credentibus scilicet. *Abominantur* enim, et morti ejus obtrectant. Imo cum esset Pilato traditus, non defuerunt e militibus quidam, qui ipsum *abominati*, sputisque et colaphis aggressi, ore maledictis et conviciis pleno in eumdem, « Ave, rex Judæorum [34], » inclamarent. Unde est, quod *sub servis principibus* adjecit, forteque mundi tenebrarumque potestates, quibus ii *serviunt*, qui Christum *abominantur*, indicavit. Verum fulgebit tamen, eumque vel *reges ipsi adorabunt*, non corporis omnino, 557 sed mentis et cordis oculis *intuentes*.

Προσκυνήσουσι δὲ μάλιστα καὶ πάντες, ὅτ' ἂν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, καὶ καθίσῃ ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ κρίνων ζῶντας καὶ νεκρούς. *Προσκυνήσουσι* δὲ αὐτῷ ἕνεκεν τοῦ Πατέρος αὐτοῦ· δοξάζεται γὰρ ὡς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, *ὅτι πιστός ἐστιν ὁ ἅγιος Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεξάμενος αὐτὸν*, τοῦτ' ἔστιν ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχων. *Πιστὸν* γὰρ οὐδὲν ἐν κτίσμασι τοῖς ὑποκειμένοις μεταβολῇ. Ὁ δὲ Πατὴρ *ἐξελέξατο* τοὺς δι' Υἱοῦ

Adorabunt vero omnes tum demum præcipue, cum venerit in Patris dextera cum angelis suis, et sederit in throno gloriæ suæ judicans vivos et mortuos [35]. *Adorabunt* item, propter Patrem ejus. Glorificatur enim, tanquam Dei Filius; *quia fidelis est sanctus Israel, qui elegit eum*; id est, qui semper eodem modo se habet. Nihil eorum siquidem, quæ condita sunt, quia mutationi obnoxia, *fidum* ac certum reperias. *Elegit* vero eos Pater,

[30] Isa. LX, 1. [31] Malach. IV, 2. [32] Joan. X, 11. [33] Matth. V, 14. [34] Matth. XXVII, 29. [35] Matth. XXV, 31.

qui per Filium vocati sunt. « Quos enim præscivit, inquit, etiam prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui [36], » qui eum *sanctificarunt, qui animam suam despexit*, neque in humanitatis modos impegerunt. Sed pro *Elegi te, Qui elegit te* interpretatur Symmachus. Proprie igitur, aiunt nonnulli, ista ad Christum referuntur: quanquam et prophetæ etiam valeant convenire. Seipsum enim depressit, dum populi calamitates luxit, in quas ille propter scelera inciderat. Jussus deinde, cum sacco, et nudus incedebat, videntibus *despectus*, animoque simul demissus, et earum, quæ illis essent eventuræ, afflictionum exemplum. Eum tamen et qui *principibus inserviunt*, ludibrio habuerunt; quem sanctum exsistentem honore jubet afficere. Nonnulli in eos, qui inter gentes et Israelem abominandi sunt, sermonem haberi existimant; eaque ratione ad gentes transitionem fecisse. Volunt rursum et eorum verba esse, qui *in servum* potestatem habeant. Subditus enim fuit. *Te* deinde, inquiunt, *elegi*, qui invisibilem excellentiam secundum naturam ex visibilibus habeo. Est præterea ex hominibus *electus*; propter eam, quam nobiscum similitudinem habuit. Ad Salvatorem rursum, *Tempore opportuno audivi te*, Patrem dixisse legimus. Cum enim mortem obiret, « Eli, Eli, lamma sabacthani [37], » inclamabat. Præterea, ut Patrem renuere animadvertit: « Pater, si non potest transire hoc, fiat voluntas tua [38], » intulit. Quas preces cum post mortem admisisset Pater, ut resurrectionis tempus indicaret, *eum* **558** *se opportuno tempore exaudivisse* significavit.

A κεκλημένους. « Οὓς γὰρ ἔγνω, φησὶ, καὶ προώρισεν συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, » *οἱ ἡγίασαν τὸν φαυλίζοντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ* τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μὴ προσκόψαντες μέτροις. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἐξελεξάμην σε*, ὅς ἐξελέξατό σε Σύμμαχος ἐξέδωκεν. Κυρίως μὲν οὖν, φασί τινες, ταῦτα εἰς τὸν Χριστὸν ἀναφέρεται. Νοοῖτο δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ προφήτου. Ἐξουδένωσεν γὰρ ἑαυτὸν, ὀδυρόμενος τὰς τοῦ λαοῦ διὰ τὰ πλημμελήματα συμφοράς. Καὶ προσαχθεὶς ἐν σάκκῳ τε καὶ γυμνὸς περιήρχετο, παρὰ τῶν ὁρώντων *ἐξουδενούμενος*, ταπεινὰ φρονῶν τε ἅμα, καὶ τῶν μελλόντων εἰκὼν αὐτοῖς παθημάτων γινόμενος. Ἀλλ' ὅμως καὶ οἱ τοῖς *ἄρχουσιν ἐξυπηρετούμενοι*, τοῦτον ἐχλεύαζον, Ὃν ἅγιον ὄντα τιμῆς, φησὶν, ἀξιώσατε. Παρά τισι δὲ τὸ ῥητὸν κεῖται τῷ B βδελυχτῷ ἔθνους, καὶ, φασὶ, τοῦ Ἰσραήλ· διὸ καὶ πρὸς τὰ ἔθνη μετέβη. Καὶ πάλιν τὸ ῥητὸν *τῷ δούλῳ* ἐξουσιαζόντων καί [b] φασιν· ὑπετάγη γάρ· καὶ *ἐξελεξάμην σε*, ἔχων, φασὶ, τὴν ἀόρατον ὑπεροχὴν κατὰ φύσιν ἐκ τῶν ὁρατῶν. Καὶ ἐξ ἀνθρώπων *ἐκλεκτὸς* γίνεται, δι' ἣν εἶχεν ὁμοιότητα πρὸς ἡμᾶς. Εἶτα πρὸς τὸν Σωτῆρά φησιν ὁ Πατὴρ, *Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου*. Πάσχων μὲν γὰρ ἐβόα· « Ἠλεὶ, Ἠλεὶ, λαμασαβαχθανί. » Εἶθ' ὡς ἀνανεύοντα τὸν Πατέρα ἑώρα, ἐπῆγεν· « Πάτερ, εἰ μὴ δυνατὸν παρελθεῖν αὐτὸ, γενηθήτω τὸ θέλημά σου. Ταύτην οὖν τὴν εὐχὴν μετὰ τὸν θάνατον δεχόμενος ὁ Πατὴρ, τὸν καιρὸν δεικνὺς τῆς ἀναστάσεως φησίν· *Ἐν καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου*.

Nonnulli expositionem istam, ut minime probabilem reprehendentes, Filium precibus excidisse per œconomiam fingi dicere maluerunt; qui, antequam ipsas funderet, non alias se mortem, nisi crucem et mortem subivisset, sublaturum esse sciebat. Arguit ergo Judæorum crudelitatem et cædem deprecatio; quæ passionem, propter ejus ignominiam, non ultionem fuisse ostendit. Quanquam nec spontanea ideo esse desinit, quippe quæ morti vires ademerit, ut eo probavit, qui se de cœlo descendisse, non ut suam ipse voluntatem faceret, sed ejus, a quo missus esset, cæteraque quæ sequuntur, affirmavit [39]. Percommode igitur, ut decuit, eorum sævitia et crudelitate ad mundi salutem usus est; suoque nobis exemplo in tentationibus non animum abjiciendum, sed precibus Deum fatigandum esse docuit. Superioribus itaque locum adnectentes, ad eos, qui selecti sunt, ista, quæ sequuntur, *In tempore accepto exaudivi te*, retulerunt. Fuerat enim ante mundi constructionem præcognitum Christi mysterium, sed iis emicuit temporibus, quibus præpotenti placuit. Itaque incarnationis tempus *diei* nomine significat; ut divus Paulus: « Ecce nunc tempus acceptabile: ecce dies salutis [40]. » Et David: « Hæc ipsa est dies, quam

C Τινὲς δὲ μεμψάμενοι τὴν παροῦσαν ἐξήγησιν, ὡς ἀπίθανον, τὸν Υἱὸν ἀποτυχεῖν τῆς εὐχῆς πεπλάσθαι τὴν εὐχὴν [c] κατ' οἰκονομίαν φασὶν, ἐπεὶ καὶ πρὸ ταύτης ᾔδει μὴ ἄλλως τὸν θάνατον καταργηθησόμενον, εἰ μὴ δι' ὃν ὑπέστη σταυρόν τε καὶ θάνατον. Ἡ οὖν παραίτησις, τῆς Ἰουδαίων μιαιφονίας κατηγορεῖ, ἀβούλητον αὐτῷ δεικνῦσα τὸ πάθος διάτοι[d] τὸ δυσκλεές. Ἀλλὰ καὶ οὕτω γέγονε θελητὸν ἐπὶ τῷ καταργῆσαι τὸν θάνατον. « Καὶ τοῦτο δηλοῖ τὸ, Καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, » καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰς δέον οὖν τῇ μιαιφονίᾳ τῇ ἐκείνων ἐχρήσατο πρὸς σωτηρίαν τοῦ κόσμου. Καὶ τύπος δὲ, φασὶν, ἡμῖν γέγονεν μὴ ἀναπίπτειν ἐν πειρασμοῖς, ἀλλὰ δεῖσθαι Θεοῦ. Τοῖς οὖν προλαβοῦσι συνάπτοντες τὸ ῥητὸν, D πρὸς τοὺς ἐξειλεγμένους εἰρῆσθαί φασι τό· *Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου*. Προέγνωστο μὲν γὰρ πρὸ καταβολῆς κόσμου τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ἐπέλαμψε δὲ καθ' οὓς ηὐδόκησε καιροὺς ὁ δυνάστης. Τὸν οὖν τῆς ἐνανθρωπήσεως καιρὸν *ἡμέραν* καλεῖ, καθὰ καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος. Ἰδοὺ ἡμέρα σωτηρίας. » Περὶ ἧς φησι καὶ Δαβίδ· « Αὕτη ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος. » Ἐπὶ τούτοις φησί· *Καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην ἐθνῶν τοῦ καταστῆσαι τὴν γῆν, κληρονομῆσαι κληρονομίας*

[36] Rom. VIII, 29. [37] Matth. XXVII, 46. [38] Matth. XXVI, 39. [39] Joan. VI, 38. [40] II Cor. VI, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[b] γρ. εἶναι. [c] ἀφ. τὴν εὐχήν. [d] γρ. δι' αὐτοῦ.

Postquam Judaicæ gentis principes (quos canes mutos et cæcos, cæteraque ejusmodi, nuncupavit [96]) postquam etiam subjectum ipsis populum allocutus est : ad eos jam, qui inter ipsos pietate scelerumque suorum pœnitudine afficiuntur (quos appellat *contritos corde*) sermonem convertit. Erant enim etiam inter ipsos, licet pauci, Deo addicti prophetæ, prophetarumque discipuli, suam ipsorum populique calamitatem lugentes, egentes, angustiati [96*], et quæ deinceps. Deus enim, quantumvis omnium supremus, non *humiles* tamen despicit, sed gratia cumulatos in altum evehit, superbisque resistit [97]; juxta illud : « Qui se humiliat, exaltabitur [98], » et qui exaltatus est, inhabitantem Deum accipit. Ideo enim et nunc cum ipsis colloquitur, ut eos ipse *exaltet*; et in eis, qui sancti sunt, *requiescat*. Non est igitur loco, sed habitu censenda **650** in Deo *altitudo*, per quam eis ipse, qui digni sunt, adesse consuevit : cujusmodi illi etiam fuerint, qui de se in iis quæ peccarunt, humiliter sentiant.

Εἰ δὲ καὶ ἄνθρωποι ὄντες θλίβονται δι' εὐσέβειαν, καρτερικοὺς αὐτοὺς ἀπεργάζεται (*μακρόθυμος γὰρ ὤν, μακροθύμους ποιεῖ*)· ἀλλὰ καὶ ζωῆς ὑπάρχων D πηγὴ, *ζωὴν* αἰώνιον δίδωσιν, ὁ *καρδίαν συντετριμμένην* καὶ τεταπεινωμένην οὐκ ἐξουδενῶν. Ὅς καί φησι πρὸς αὐτοὺς, ὡς Οὐ πάντων τῶν ὡς ἀνθρώποις ἡμαρτημένων λήψομαι δίκην· βραχέα δὲ παιδεύσας, καὶ συγκακουχεῖσθαι ταῖς ἁμαρτίαις παριδὼν τοῦ λαοῦ, τοὺς μὲν, ὡς ἀληθῶς ἀσεβεῖς, μὴ μετανοήσαντας αἰωνίῳ παραδώσω κολάσει· ὑμῖν δὲ τὴν *ὀργὴν* ὑπεκλύσω. Μέλει γὰρ ὡς Δημιουργῷ τοῦ δοθέντος

Sin autem ut homines, propter pietatem etiam affligantur, eosdem fortes et tolerantes facit. Efficit enim *patientes*, qui *patiens* est : et *vitam* largitur perpetuam, qui *vitæ* fons est, quique *cor contritum* non despicit. Eos itaque hunc in modum alloquitur : Non sum de peccatis omnibus, quæ ut homines admisistis, pœnas sumpturus, sed ubi vos leviter castigaro, populi peccatis condolere respuens, hos quidem, tanquam revera impios, qui non resipuerint, ultioni tradam sempiternæ : vobis autem *iram* ipse remittam. Est enim mihi,

[96] Isa. LVI, 10. [96*] Hebr. XI, 37. [97] I Petr. V, 5. [98] Luc. XIV, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[k] *l.* πρός. [l] γρ. δι' οὗ. [m] γρ. αὐτός.

ut opificem decet, *spiritus* ille curæ, quem vobis ipse largitus sum, quemque, cum hominem crearem, in animam viventem inspiravi, de qua etiam dictum est : « Omnis spiritus laudet Dominum [**]. » Et apud Jobum : « Spiritus Domini, qui superest in naribus meis. Spiritus autem omnipotentis est, qui docet me [1]. » Itaque et vos cum ipse castigo, tanquam Pater id facio. « Quem enim diligit Deus, castigat [2]. » Quod quando passi estis, aperte valde *mœrore* eo, qui secundum Deum est, vos affici præ vobis tulistis, cum ob peccata *tristes essetis*. Itaque qui vitæ resipiscentiam *viderem*, jure vos ipse *sanavi*, *veraque* adjecta *consolatione* (neque enim vana sunt, quæ a me prodeunt), *pacem* largitus sum, non vulgarem illam; sed quæ cum *vicinis*, *longeque remotis* populis haberetur. Atque hic quidem finis eorum fuerit, qui mea castigatione juvantur. Qui autem tales non fuerint, *fluctuabunt*. Quomodo enim, inquit, *quiescere*, *et gaudere* valeant, qui a Deo separati sunt? Sed habet in hunc modum Symmachi interpretatio : *Impii autem, tanquam mare fuerint, quod ebullit. Quiescere enim non poterunt, et ejicientur ad aquas ipsius*, eruntque *conculcatio, et lutum*. Aquilæ autem : *Et ebullient aquæ ejus conculcationem* **651** *et lutum*; tanquam aliquando quod habetur de mari Ægyptio, vel de quibusdam aquis impiorum multitudinem excepturis dicatur.

A ὑμῖν *Πνεύματος* παρ' ἐμοῦ, ὃ καὶ κτίζων ἄνθρωπον, εἰς ψυχὴν ἐνεφύσησα ζῶσαν, περὶ ἧς καὶ εἴρηται· « Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον. » Καὶ Ἰὼβ δέ φησι· « Πνεῦμα Κυρίου τὸ περιόν μοι ἐν ῥισὶ, πνοὴ δὲ παντοκράτορός ἐστιν ἡ διδάσκουσά με. » Οὐκοῦν καὶ παιδεύων ὑμᾶς, ὡς Πατὴρ, τοῦτο ποιῶ· « Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει. » Τοῦτο δὲ παθόντες, εὐαισθήτως ἄγαν τὴν κατὰ Θεὸν *λύπην* ἐλυπήθητε ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις *στυγνάσαντες*. Καὶ τὸν ἐκ τῆς μετανοίας βίον *ἰδὼν*, εἰκότως *ἰασάμην ὑμᾶς ἀληθῶς παρακαλέσας*. (ἀληθῆ γὰρ τὰ παρ' ἐμοῦ)· καὶ δοὺς *εἰρήνην*, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς καὶ ἀπὸ τῶν *ἐγγὺς ἔχειν* αὐτὴν, καὶ *τῶν πόῤῥω λίαν ἀπῳκισμένων*. Καὶ τοῦτο πέρας τοῖς ἐκ τῆς ἐμῆς παιδείας ὠφελημένοις. Οἱ δὲ δὴ [n] τοιοῦτοι, *κλυδωνισθήσονται*. B Πῶς γὰρ ἔχει φύσιν [o], *ἀναπαύεσθαι καὶ χαίρειν* τοὺς ἀλλοτριωθέντας Θεοῦ; κατὰ δὲ Σύμμαχον· *Οἱ δὲ ἀσεβεῖς ὡς θάλασσα ἐκβρασσομένη. Ἡσυχάσαι γὰρ οὐ δυνήσονται, καὶ ἐκβρασθήσονται παρὰ τὰ ὕδατα αὐτῆς, καὶ καταπάτημα, καὶ πηλός*. Ὁ δὲ Ἀκύλας· *Καὶ ἐκβράσσει ὕδατα αὐτῆς καταπάτημα καὶ πηλόν*. Ὥστε εἰ λέγοι τό ποτε, ὡς περὶ θαλάσσης Αἰγύπτου, ἢ περὶ ὑδάτων τινῶν, τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβῶν ἐκδεξόμεθα.

Nonnulli vero propositam verborum seriem de toto Israele dici affirmant, cujus se reliquias per fidem in Christo servaturum polliceatur [3]. At quod *in excelsis habitare* dixit, naturalis ejus excellentiæ (cum sit Dei natura nihil sublimius) nullam fieri diminutionem demonstravit: sed eamdem semper manere, quantumvis illam Israel, eo ipso, quod eum cum idolis contulit, imminuere conatus sit. Impuris ergo eum cogitationibus veluti profanarunt qui *sanctus est*, quique in purificatis per fidem *requiescit* : quos si *pusillanimitate* viderit laborantes, ad virium collectionem, *cordisque* robur excitandum cohortatur; eisque *vitam* veram, qui spiritu egentes sunt, verboque obtemperant, elargitur. In Christum enim sese extulerunt qui de Israele remanserunt. Quanquam tamen et eos bono esse animo, propter reliquias, et salutem, quam ultimo tandem consecuturi sunt, jubet. Non enim, inquit, *in finem usque iram* extendam ; propter ea quæ majoribus vestris ipse sum pollicitus; et ob id etiam, quod estis a me omnes procreati. Neque enim quod *spiritus egressione* additur, de sacrosancto illo, qui *factus* nunquam dici queat, intelligitur: sed eum dictionis abusione, qui in nobis ab opifice Deo factus est, significari voluit. Nonnulli etiam dum pro *egredietur*, *involvetur* dicunt, *flatum* illum putant intelligi, qui corpori commiscetur, licet eamdem cum eo substantiam non habeat; sed, uti Moses ait, superne demittatur. Levem deinde vocat

Τινὲς δὲ τὴν προκειμένην ῥῆσιν περὶ παντὸς Ἰσραὴλ εἰρῆσθαί φασιν, οὗ τὸ κατάλειμμα σώσειν κατεπαγγέλλεται διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ. Τὸ δὲ, *ὁ κατοικῶν ἐν ὑψηλοῖς*, τὸ τῆς κατὰ φύσιν ὑπερ- C οχῆς ἀμείωτον δείκνυσιν (ὑπὲρ πάντα γὰρ ἡ θεία φύσις), ὅπερ ἐστὶ διαμένουσα, εἰ καὶ Ἰσραὴλ αὐτὴν ἐταπείνωσε, παραβαλὼν τοῖς εἰδώλοις αὐτήν. Ὥσπερ οὖν ἐμόλυνε ταῖς ἀκαθάρτοις ἐννοίαις *τὸν ἅγιον*, καὶ τοῖς διὰ πίστεως καθαρθεῖσιν *ἀναπαυόμενον*· οὓς ἂν ἴδῃ *μικροψυχοῦντας*, φησίν· Ἀνδρίζεσθε, καὶ κραταιούσθω ἡ *καρδία* ὑμῶν, *ζωήν* τε δίδωσιν ἀληθῆ τοῖς πτωχοῖς τῷ πνεύματι, καὶ πειθαρχοῦσι τῷ λόγῳ. Ὁ γὰρ λοιπὸς Ἰσραὴλ κατεπήρετο τοῦ Χριστοῦ. Πλὴν καὶ τούτου [p] εὐέλπιδας ἀπεργάζεται διὰ τὸ κατάλειμμα, καὶ τὴν ἐπ' ἐσχάτων αὐτῶν σωτηρίαν. *Οὐκ εἰς τέλος* γὰρ παρατενῶ *τὴν ὀργὴν*, διὰ τὴν πρὸς τοὺς Πατέρας ἐπαγγελίαν, καὶ ὅτι πάντες ἐμὰ τυγχάνετε κτίσματα. Ἐξέλευσιν γὰρ *πνεύματος* οὐ τοῦ παναγίου φησίν. Πῶς γὰρ ἂν *ποίησιν* D παρείληφεν ἐπ' αὐτοῦ; καταχρηστικῇ δὲ λέξει τὸ δημιουργηθὲν ἐν ἡμῖν ὑπαινίττεται. Τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ *ἐξελεύσεται*, *ἐνειληθήσεται* τὸ ῥητὸν παραθέμενοι, *τὴν πνοὴν* δηλοῦν φασι τὴν συμπλεκομένην τῷ σώματι, εἰ καὶ μὴ ὁμοούσιος αὐτῷ, πεμπομένη δὲ ἄνωθεν, καθά φησι Μωσῆς. Μικρὰν δὲ τὴν τιμωρίαν πρὸς τὰς αὐτῶν *ἁμαρτίας* καλεῖ, καὶ ἣν κατὰ Χριστοῦ παροινίαν εἰργάσαντο, δι' ἣν αὐτοὺς ἀπεστράφη προειπών· « Ὅταν τὰς χεῖρας ὑμῶν ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀφ' ὑμῶν.

[**] Psal. CL, 6 [1] Job XXVII, 3. [2] Hebr. XII, 6. [3] Rom. XI, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[n] γρ. μή [o] γρ. φησίν. [p] ἴσ. τούτῳ.

Καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις.» Παύσω δὲ τὴν *ἀποστροφὴν*, ὅταν μετανοήσας *πορεύσῃ στυγνός*.

Τεύξῃ γὰρ *ἀληθινῆς παρακλήσεως*, τῆς διὰ Χριστοῦ χάριτος δικαιούσης ἐν πίστει, καὶ πληρούσης ἁγιασμοῦ. Υἱοθεσίας τε γὰρ καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν μεταδίδωσι, *καὶ εἰρήνης ἐπ' εἰρήνῃ*. Τοῦτ' ἔστιν. . . . . εχουσην δώσει. . . . *ἐγγὺς* Ἰσραήλ· ἦσαν γὰρ ἐγνωκότες. . . . . τὸν νο. . . μῳ καὶ προφήταις ᾠδή. . . . . καὶ τοῖς[q] *μακρὰν* ἐθνικοῖς, ὅτι γε τούτων ἐστέρηνται. Τούτοις γὰρ καὶ Παῦλός φησι· «Νυνὶ δὲ οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγενήθητε B ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. Πλὴν ὁ Χριστὸς ἀμφότερα ἐποίησεν ἓν, τοὺς δύο κτίσας λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας εἰρηνεύσατο τῷ Πατέρι,» πρὸς ὃν ἔλεγε· «Θέλω ἵνα ὥσπερ ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν.» Καὶ τὸ κεφάλαιον ὁ προφήτης ἐπήνεγκεν εἰπών· *Ἰάσομαι αὐτούς*. Οἱ δ' ἐκ τούτων ἀπειθοῦντες *κλυδωνισθήσονται*· κἂν τῷ καιρῷ γὰρ τῆς κλήσεως τινὲς αὐτῶν ἀπειθήσουσι, περὶ ὧν ὁ Παῦλός φησιν· «Ἀνθ' ὧν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο, διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης.» Καὶ ὁ Σωτὴρ δέ φησιν· «Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατέρος μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με. Ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ C ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε·» δηλαδὴ τὸν τῆς ἀνομίας υἱόν· οἵτινες ψυχικὸν ὑπομένουσι *κλύδωνα* δίκην θαλάσσης ὑφ' ἑαυτῶν τιμωρούμενοι, τῆς ἐγειρούσης μὲν κύματα συνεχῆ, καὶ παραπεμπούσης αἰγιαλοῖς, τὴν δὲ τούτων ἀνάκλασιν πάλιν εἰς ἑαυτὴν δεχομένης, ὥσπερ οὗτοι τοῖς *ἀπὸ καρδίας κυμαίνοντες* λογισμοῖς *ἀναπαύλης τυχεῖν οὐ δυνήσονται*. Διὸ καὶ *χαίρειν* οὐ δύνανται τῆς ὄντως *χαρᾶς* ἐστερημένοι Χριστοῦ. Κἂν γὰρ *χαίρωσιν* ἐφ' ἡδοναῖς σαρκικαῖς ἀσεβεῖς, ἀλλ' εἰς ἀπώλειαν καταστρέφουσιν. Ἡ γὰρ ἐκ θλίψεων ζωὴν αἰώνιον πραγματευομένη μόνη *χαρά*. Ἰστέον δὲ, ὡς τὴν εἰρημένην *ἴασιν τε εἰρήνην*, καὶ *παῦλαν ὀργῆς*, περὶ τῆς ἐξ Ἀσσυρίων ἀνακλήσεώς τινες ἐξειλήφασιν, οἳ καὶ τὸ, *τοῖς μακρὰν*, καὶ *τοῖς ἐγγὺς*, οὕτως ἐνόησαν, ὡς ἀγαθὸς ὢν D ὁ Θεὸς οὐ μόνοις τοῖς μετανοοῦσι δίδωσιν ἄνεσιν· ἀλλὰ γὰρ δι' αὐτοὺς καὶ τοῖς ἐν αἰχμαλωσίᾳ τυγχάνουσιν, ἑνὶ πάντας συναγαγὼν συνθήματι, κἂν οἱ μὲν διὰ μετανοίας ἐγγίζοιεν, οἱ δὲ τοῖς κακοῖς ἐπιμένοντες μακρύνοιντο τοῦ Θεοῦ, οἷς ἀρκεῖ πρὸς τιμωρίαν τὸ συνειδὸς διὰ παντὸς ταραττόμενον.

A ultionem, si cum *peccatis* eorum, cumque ea, quam Christo intulerunt, contumelia conferatur: ob quam et eos se antea aversari hunc in modum testatus est: «Cum extenderitis manus vestras ad me avertam vultum meum a vobis. Et si multiplicaveritis preces, non exaudiam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt[4].» Cessabo tamen et ipse te *aversari*, cum pœnitere **652** *tristemque ambulare* contigerit.

Vera enim *consolatione* potieris, quæ per Christi gratiam justificat in fide, et sanctificatione replet. Nam et adoptionis in filios, et futurorum bonorum participes faciet, et *pacis super pacem*, id est, *pacem* perpetuo manentem Israeli, *qui prope est*, largietur. Erant enim eorum illi callentes, quæ in lege et prophetis habebantur. Quæ certe ethnicis *procul* remotis ideo ignota fuerant, quod illis carerent. Istos enim in hæc etiam verba Paulus alloquitur: «Nunc autem, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Sed Christus utraque unum fecit, duos creans populos in novum unum hominem; et medium parietem maceriæ solvens Patri reconciliavit[5]:» ad quem et ista ejusdem legimus: «Volo, Pater, ut, quemadmodum ego et tu unum sumus, sic et ipsi in nobis unum sint[6].» Atqui, quod summum est, et præcipuum, adjecit propheta, cum *eos se sanaturum:* qui autem ex eis infideles fuerint, *fluctuaturos* dixit. Sunt enim eorum nonnulli ipso etiam tempore, quo fiet vocatio, pertinaces futuri, in quos sunt et ista etiam Apostoli: «Quandoquidem veritatis agnitionem non receperunt, ideo mittet illis Deus operationem erroris[7].» Et Salvatoris: «Ego veni in nomine Patris mei, neque me accipitis. Si venerit alius in nomine proprio, istum accipietis[8];» filium iniquitatis scilicet. Atque illi quidem ipsi sunt, qui animæ *fluctuationem* patiuntur, maris instar seipsos ulciscentes: quod quos fluctus ad littora trudit, assidue parit quidem; sed eorumdem in se reflexionem rursum pati cogitur; non aliter quam isti, qui *cordis* semper *fluctuantes* cogitationibus, *quiescere nunquam poterunt*, neque *gaudere:* quia nimirum vero *gaudio*, id est Christo, destituuntur. Quantumvis enim *gaudeant*, qui corporis voluptatibus indulgent; extrema tamen occupabit interitus. Est enim unum illud et solidum *gaudium*, quod vitæ perennitatem afflictionibus molitur. Neque vero prætereundum est, quod superius de *sanatione, de pace*, **653** deque *iræ remissione* dictum est, ad reditum ex Assyria nonnullos retulisse: Deumque per *remotos et propinquos*, non pœnitentibus modo, sed captivis etiam omnibus uno fœdere congregatis veniam largiri significasse; quamtumvis Deo propter pœnitentiam sint quidam viciniores, quidam autem propter vitæ turpitudinem remotiores; quibus ad ultionem conscientia sufficit perpetuo conturbata.

[4] Isa. I, 15. [5] Ephes. II, 13-15. [6] Joan. XVII, 21. [7] II Thess. II, 10. [8] Joan. V, 43.

VARIÆ LECTIONES.

[q] γρ. Μεταδώσει, καὶ εἰρήνης, ἐπ' εἰρήνῃ τουτέστιν ἀεὶ μένουσαν δώσει εἰρήνην τῷ ἐγγὺς Ἰσραήλ. Ἦσαν γὰρ ἐγνωκότες τὰ ἐν νόμῳ καὶ προφήταις, ἃ δὴ ἠγνόηται καὶ τοῖς.

ΚΕΦΑΛ. ΝΗ'.

A

α-κα'. *Ἀνάβόησον ἐν ἰσχύϊ, καὶ μὴ φείσῃ· ὡς σάλπιγγα ὕψωσον τὴν φωνήν σου, καὶ ἀνάγγειλον τῷ λαῷ μου τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, καὶ τῷ οἴκῳ Ἰακὼβ τὰς ἀνομίας αὐτῶν. Ἐμὲ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ζητοῦσι, καὶ γνῶναί μου τὰς ὁδοὺς ἐπιθυμοῦσιν, ὡς λαὸς δικαιοσύνην πεποιηκὼς, καὶ κρίσιν Θεοῦ αὐτοῦ μὴ ἐγκαταλελοιπὼς*, κ. τ. λ.

Θεραπεύσας ὁ λόγος τοὺς ἐν τῷ πλήθει τοῦ λαοῦ ταπεινοὺς καὶ συντετριμμένους τῇ καρδίᾳ, μεταβαίνει λοιπὸν ἐπὶ τὸ τάγμα τῶν ἐν αὐτοῖς ἀσεβῶν, περὶ ὧν ἔλεγεν, Οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι, διδάσκων τίνες τε οὗτοι, καὶ ἀνθ' ὅτου κατ' αὐτῶν ἀπεφήνατο. Ἀφόβως οὖν, καὶ σὺν παῤῥησίᾳ ταῦτα *βοᾷν* τῷ B προφήτῃ παρακελεύεται. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ *ὑψῶσαι τὴν φωνὴν*, ὡς ἀπὸ *σάλπιγγος* τοὺς ἐλέγχους προφέροντα. Κατὰ καιρὸν δὲ ὡς ἐπὶ Θεοῦ πολεμίων ἡ *σάλπιγξ* παρείληπται. Τοῖς μὲν οὖν εὐαγγελισταῖς διὰ τῶν πρόσθεν ἐλέγετο· «Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιὼν, » καὶ τὰ ἑπόμενα. Ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἐπ' ὄρος ἀναβαίνειν ὁ προφήτης κελεύεται (οὐ γὰρ τοῖς οὖσιν *ἐν ὕψει* λέγειν ἤμελλεν), ἄγαν δὲ μόνον *βοᾷν*, ὡς εἰς ὦτα κωφῶν, οὓς καὶ, *Λαόν μου*, φησὶν, εἰς κατάκρισιν αὐτῶν. Ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτοὺς περιεποιησάμην· οἱ δὲ ἀπέφυγον. Αἱ γὰρ *ἁμαρτίαι* ὑμῶν, φησὶ, διιστῶσιν ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, καὶ πλέον ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐπειράθητε· ὁ δὲ ἔλεγχος, ὅτι δοκοῦσίν με *καθ' ἡμέραν ἐκζητεῖν* ἐπὶ τὰς παρ' αὐτοῖς ἀπαντῶντες Συναγωγάς. Καὶ τὰς Γραφὰς C προσποιοῦνται ζητεῖν, *τὰς ὁδούς μου* μανθάνειν πειρώμενοι, ὡς δὴ τὰ λοιπὰ κατορθώσαντες. Καὶ ταῦτα δὴ τῷ δοκεῖν ἐποίουν, διὰ τὸν ἐπικείμενον πόλεμον ἐθέλοντες *γνῶναι* τὰς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι διοικήσεις, καὶ τί τοῦ πολέμου τὸ πέρας. Καὶ οὕτω γὰρ *τὰς ὁδοὺς* νοητέον, ὅπερ ἦν ἀνδρῶν ἐννόμως πολιτευσαμένων. Οὐδεὶς γὰρ *ὁδοὺς* Θεοῦ *γνώσεται* μὴ δίκαιος ὤν.

Ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν πράξεων ἐλέγχονται τὴν *τοῦ Θεοῦ* καταλείψαντες *κρίσιν* ἐν ἀσεβείᾳ καὶ πλημμελήμασιν. Καὶ ὅμως ἐξ ἀναισθησίας ἐπιδικάζονται τῶν ἐμῶν ἀγαθῶν, ὥσπερ ἀμοιβὴν ἀρετῆς πολέμου νίκην αἰτούμενοι· καὶ ἀδικίας με γράφονται, ὡς εὐσεβοῦντας αὐτοὺς ἀπωθούμενον. *Ἐνηστεύσαμεν* γάρ, φησὶ [r], D *καὶ οὐκ εἶδες*. Τῶν γὰρ πολεμίων ἐπικειμένων διὰ σωματικῆς ᾤοντο *νηστείας* ἐξευμενίζεσθαι τὸν Θεὸν, βρωμάτων, οὐ κακίας ψυχικῆς ἀπεχόμενοι. Καὶ τὴν τοιαύτην νηστείαν *ψυχῆς* καλοῦντες *ταπείνωσιν*. Τοῦτο τοίνυν, ὦ προφῆτα, φησὶν ἔλεγχον, ὃ καὶ προβάλλονται, ἐξ ἑνὸς τούτου τὸν λοιπὸν αὐτῶν ἀποδείξας τρόπον. Τὸ δὲ, *οὐκ εἶδες*, οὐκ ἄγνοιαν Θεοῦ, ἀλλ' ἀπότευξιν αὐτομάτων δηλοῖ. Μέγα δ' ἂν ἔπραττον, εἰ ἀληθῶς ταῦτα μετήρχοντο. Καὶ Δαβὶδ γάρ φησιν· «Ἐταπείνουν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου, καὶ ἡ προσ-

CAP. LVIII.

654 VERS. 1-21. *Clama potenter, neque parcas. Quasi tuba attolle vocem tuam, et annuntia populo meo peccata sua, et domui Jacob iniquitates suas. Me de die in diem quærunt, et nosse vias meas cupiunt, tanquam gens quæ justitiam fecerit et judicium Dei sui non reliquerit*, etc.

655 Postquam iis, qui in populo cordis humilitate et contritione laborabant, medicatus est, ad alios deinceps, qui inter eosdem impietatem professi gaudere nequeunt, sermonem convertit; quique ipsi sint, et cur in illos ista pronuntiet, demonstrat. Prophetam igitur, ut ista sine metu, et confidenter *inclamet*, admonet. Idipsum enim significat, cum *vocem attollere* præcipit; tanquam *tuba* personante, eorum scelera palam argui postulet: ideoque *tubæ* nomen, quod adversus Dei hostes negotium sit, usurpat. Qui ergo evangelistas superioribus ita est allocutus: « Super montem excelsum ascende qui evangelizas Sion [s], » et quæ deinceps: hoc loco non idipsum jam eos facere, qui *in alto* sint collocati, sed tanquam *populi sui* aures obsurduerint, in eorum condemnationem vehementius jubet *inclamare*; quos enim ipse sibi vindicasset, a se tamen constaret recedere. *Peccata* siquidem vestra, inquit, longe vos a me separant intervallo, et amplius estis illis tentati, idque eo ipso evicero, quod me *in dies quærere* videri vultis, dum in vestris Synagogis coeuntes, Scripturas vos *viasque meas* scrutari et discere simulatis, tanquam reliqua præstiteritis; cum famam sectemini tantum, et qua quæque ratione ingruentis belli negotia geri conveniat, quemque finem habiturum bellum sit, *nosse* studeatis. **656** Nam et hoc pacto *viarum* investigatio intelligenda est: quæ virorum fuit ex legis instituto degentium. Nemo enim, nisi qui justus sit, Dei *vias nosse* poterit.

Suis igitur ipsi rebus gestis, *Dei judicium* vitæ impiæ et sceleratæ posthabuisse convincuntur: nec dubitant tamen omni sensu destituti de meis bonis judicio contendere, meque iniquitatis etiam accusare, tanquam qui pie degentes eos rejecerim. *Jejunavimus* enim, aiunt, *et non vidisti;* cum enim hostes ingruerent, Deum *jejunio* demereri se putabant, si a cibis, non a vitiis abstinerent; idque *animæ humiliationem* nuncupabant. Hoc igitur vel ad convincendum quod ipsi opponunt, facere propheta respondet; ab unoque isto, de cæteris esse judicandum. At quod *non vidisti* addit, non Dei ignorationem, sed infelicem eorum, quæ sponte admiserunt, exitum demonstrat. Quanquam tamen et illi rem sane haud parvam præstitissent, si vere ista sectati fuissent. Nam et apud Davidem legi-

[s] Isa. XL, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[r] γρ. φασί

ευχή μου εἰς κόλπον μου, ἐπιστραφήσεται. » Καὶ A πάλιν· « Τὰ γόνατά μου ἠσθένησαν ἀπὸ νηστείας. » Φησὶ δὲ καὶ Θεός· « Ἐπιστράφητε πρός με ἐν νηστείᾳ, καὶ ἐν κλαυθμῷ, καὶ κοπετῷ. » Ὅπερ ἐστὶν, ἐν ἀποχῇ καὶ μετανοίᾳ τῶν ἡμαρτημένων· ὃ μὴ δρῶντες οὗτοι, βρωμάτων δὲ ἀπεχόμενοι, τὸ πᾶν ἔχειν ἐνόμιζον, ὡς Θεῷ χαριούμενοι, εἰ μὴ πλείονος αὐτῶν τροφῆς ποιοῖτο[s] φροντίδα. Οὐ μόνον γὰρ κακῶν οὐκ ἀπείχοντο *νηστεύοντες*, ἀλλὰ τότε καὶ τὰ μέγιστα διεπράττοντο, *τύπτοντες τοὺς ὑποχειρίους* οὔτι που πάντως χερσὶν, ἀλλ' ὕβρεσι, καὶ πλεονεξίαις, ἀντιλογίαις πρὸς ἀλλήλους κατατριβόμενοι, ὡς φωνὰς ἀφιέναι κλαυθμοῦ *καὶ κραυγὰς ἀπρεπεῖς* τοὺς ὑπ' αὐτῶν τυπτομένους. Διὸ καὶ κατ' ἀρχὰς ἔλεγεν· « Τὴν νηστείαν καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς νουμηνίας ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. » Καὶ νῦν δέ φησιν· *Οὐχὶ ταύτην τὴν* B *νηστείαν ἐξελεξάμην, οὐδὲ τοιαύτην ταπεινώσεως ἡμέραν*. Καὶ τὸν μὲν πορευθέντα στυγμὸν[t] ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος συντριβὴν ἐν τῷ βίῳ καὶ ταῖς πράξεσιν ἔχοντα εἶπεν *ἰάσεσθαι*· τὸν δὲ τὴν *ἐφήμερον* ἐν νηστείᾳ *ταπείνωσιν* σχηματιζόμενον οὐ προσίεται.

Τινὲς δέ φασιν ὡς ποιοῦντες[u] αὐτῶν *τὰ θελήματα ὑπένυττον* καὶ τοὺς ὑποχειρίους αὐτῶν εἰς κρίσεις καὶ μάχας, δέον βραβεύειν εἰρήνην. Τὸ δὲ, ὡς *σήμερον ἀκουσθῆναι ἐν κραυγῇ τὴν φωνὴν ὑμῶν*, ὡς τῆς ἀληθοῦς *νηστείας κραυγὴν* ἐχούσης παρὰ Θεῷ· ἔχειν γάρ τινα λέγεται *φωνὴν* πρὸς Θεὸν τὰ δρώμενα παρ' ἡμῶν. Κατὰ τό· « Φωνὴ αἵματος τοῦ C ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με. » Εἰ μὴ ἄρα *κραυγὴν* τὴν μετὰ τῆς ἀνωφελοῦς *νηστείας* καλεῖ προσευχήν. Κἂν πάντα δὲ πόνον ὑπομείνῃς σωματικὸν ἄνευ τῆς κατὰ γνώμην μεταβολῆς, οὐδ' οὕτω τἀληθῆ λέγειν ἐθέλων, *νηστείαν ταύτα καλέσεις δεκτήν*. Ἡ γὰρ ἀληθὴς *νηστεία* τὸν μὲν σωματικὸν πόνον ἐν κρυπτῷ ποιεῖ, κατὰ δὲ τὸ φανερὸν φαιδρὸν ποιοῦσα τὸ πρόσωπον, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπαλείφουσα, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Καρποὺς δὲ εὐλαβείας ὁρᾷν τοῖς πᾶσι παρέχεται, *διὰ τοῦ λύειν πάντα σύνδεσμον ἀδικίας*. Ὡς ἀγνοοῦντας γὰρ καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀληθοῦς *νηστείας* ἐδίδαξε. Κατὰ τό· « Ὁδήγησόν με, Κύριε, ἐν τῇ ὁδῷ σου, καὶ πορεύσομαι, ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. » *Συνδέσμου* δὲ *ἀδικίας λύσις* πλεονεξίας D ἀπαλλαγὴ, καὶ τὸ μὴ τοὺς ἀσθενεστέρους πλοκαῖς αἰτιαμάτων καταδεσμεῖν. Καὶ τὰ ἐξ ἀδικίας δὲ συστάντα *διάλυε συναλλάγματα* διεστραμμένῃ γνώμῃ γενόμενα, *ἄφεσιν* διδοὺς τοῖς ἐκ τούτων ἢ *τοῦ συνδέσμου τῆς ἀδικίας* συντετριμμένοις, οὓς καὶ *τεθραυσμένους* καλεῖ. Καὶ γραμματεῖα δὲ διάῤῥηξον μὴ δικαίως γενόμενα. Δεῖ δὲ πρῶτον ἀποστῆναι κακῶν, καὶ τότε μετιέναι τὴν ἀρετήν. Εἰπὼν οὖν τὸ πρῶτον, ἐπιφέρει τὸ δεύτερον τόδε, *Θρύψον πεινῶντι τὸν ἄρτον σου*, καὶ τὰ μετὰ τοῦτο, δηλῶν ὡς ὃν ἂν

A mus : « Humiliavi in jejunio animam meam, et oratio mea in sinum meum convertetur [10]. » Et rursum : « Genua mea incurvata sunt a jejunio [11]. » Ait porro et Deus ipse : « Convertimini ad me in jejunio, in fletu et planctu [12]; » id est abstinentia, peccatorumque pœnitudine. Quod cum isti non facerent, sed a cibis tantum abstinerent, omnia se consequi tamen arbitrabantur : tanquam Deo rem gratam se facere putarent, si de eduliis non magnopere laborarent. Non solum enim, cum *jejunabant*, a malis non abstinebant, sed tum longe graviora etiam patrabant, qui *subditos percutiebant*, non manu quidem omnino, sed contumeliis, et rapinis, mutuisque controversiis eo usque atterendo, ut oppressos ad luctus indecoros, *clamorisque voces* adigerent. Quo factum est, ut eorum se B jejunia, feriasque ipsas, et Kalendas ex animo odisse initio dixerit [13] : nunc autem *non tale jejunium, talemque humiliationis diem eligere*. Adjicit vero et ei se, qui in viis suis mœstus ambularit, quique spiritus contritionem in vita et actionibus habuerit, **657** *sanitatem* esse allaturum : sed ad eum, qui *diurnam* jejunando *humiliationem* simularit, nequaquam accessurum.

Volunt istos nonnulli, cum *voluntatibus* suis indulgerent, *subditos* etiam fori disceptationibus et pugnis *afflixisse*; ad quorum pacem spectare, eosque conciliare debuerant. At quod *ut hodie audiatur in clamore vox vestra* sequitur ; tanquam de vero *jejunio*, cujus *clamor* ad Deum usque penetret, intelligen- C dum est. *Vocem* enim apud Deum aliquam quæ a nobis geruntur, habere dicuntur, quomodo sanguinem Abelis ad ipsum clamasse legimus [14]. Nisi si *clamoris* nomine, eam potius, quæ inani et fruge carenti *jejunio* adhibetur, orationem significare dicas. Sed quantumvis laborem corpore sustineas, nisi et ipsa voluntatis mutatio accesserit ; ne sic quidem ista, cum vere dicere volueris, *acceptabile jejunium vocaberis*. Quod enim verum est *jejunium*, corporis quidem labores in occulto subit ; vultus autem hilaritatem in apertum depromit ; caputque, sicuti jubet ipse Salvator, ungit [15]. Præbet etiam pietatis fructus nulli non conspicuos, *cum omne vinculum iniquitatis solvit*. Eos enim ita docendos esse censuit, qui veri *jejunii* rationem D penitus ignorarent ; juxta illud : « Deduc me Domine, in viam tuam, et ambulabo in veritate tua [16]. » Erit vero id demum *iniquitatis vinculum solvere* ; si divitiarum cupiditatibus te liberes ; si, qui sunt infirmiores, accusationem involucris non implices. *Dissolve* ergo quas inique pravoque animo confectas habes *cautiones*, illis *remissionem* indulge, qui per eas, aut per *iniquitatis colligationem* conteruntur ; quos etiam *fractos* appellat. Dilacera libellos qui injusta nomina complectuntur. Sed decet prius

[10] Psal. xxxiv, 13. [11] Psal. cviii, 24. [12] Joel ii, 12. [13] Isa. i, 13. [14] Gen. iv, 10 [15] Matth. vi, 17. [16] Psal. lxxxv, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[s] Ισ. αὐτοὶ τροφῆς ποιοῖντο. [t] γρ. στυγνόν. [u] γρ. ποιοῦντας.

a malis abscedere, quam ad virtutem accedas. Itaque cum de priori dixisset, alterum tum intulit, cum *frange esurienti panem tuum*, cæteraque deinceps adjunxit, ut quem non *jejunantes* **658** essemus comesturi, a nobis erogari debere significaret. Non decet enim a jejunio turpis lucri et sordium excusationem quærere. Animam præterea alia ratione nutriemus, si eum esurientem cibo recreemus. Decet etiam et ad ædes non divites ipsos, qui paria rependant, vocare, sed eos, qui ne *tecti* quidem habeant *suffugium*. Decet item *nudum* minime præterire; cum pauperes atque divites idem universorum Deus, ad utrorumque probationem fecerit: ut istis quidem fructus, quos aliis suppeditarent, non deessent; illis autem ad exercitationem prodesset inopia.

A ἐφάγομεν μὴ *νηστεύσαντες* ἄρτον, διανέμειν ὀφείλομεν. Οὐ γὰρ δεῖ πρόφασιν αἰσχροκερδείας τὴν ἀσιτίαν ποιήσασθαι. Τὴν δὲ ψυχὴν ἑτέρῳ τραφησόμεθα τρόπῳ τὸν ἐνδεᾶ τροφῆς ἀνακτώμενοι. Καὶ εἰς τὸν οἶκον δὲ χρὴ μὴ πλουσίους καλεῖν διὰ τῶν ὁμοίων ἀποδιδόντας τὴν ἀμοιβήν· ἀλλ' ἄνδρας μηδὲ *στέγης* ἐσχηκότας *ὑποδρομήν*. Μηδὲ *γυμνὸν* δὲ παραδράμῃς. Ὁ τῶν ὅλων γὰρ Θεὸς τοὺς μὲν ἐνδεεῖς, τοὺς δὲ πλουσίους ἐποίησεν, εἰς δοκιμὴν ἑκατέρων. Ἵν' οἱ μὲν ἔχοιεν καρπὸν χορηγοῦντες, οἱ δὲ τὴν πενίαν γυμνάσιον.

B Quod deinde *domesticos seminis* ait, ita Judaice quidem Israelitas significat; Christiane autem fidei *domesticos*; ad idque et Paulus ipse hortatur [17]. Eum igitur, qui ista (*jejunii* maxime tempore) præstiterit, decet accedere, Deumque precari? eaque plane ratione dictum est et illud: « Si obtuleris munus tuum ad altare, ibique recordatus fueris fratrem tuum aliquid habere contra te [18]; » et quæ deinceps. Quod si ista observaris, tanquam de nocte repentinum tibi *lumen* illucescet, bonaque cœlestia afferet: et, quia cognitionis *lumen* est, fulgetri more magno in te impetu delabetur; in quo propensum suppeditantis animum significari voluit: ideoque *matutinum* appellavit, tanquam Deo pro sua benevolentia tempus ipsum antevertente, animaque morbis liberata, *oritura* sint meliora. Id C autem vel eo patuerit, quod *in ejus conspectu justitiam ejus præituram* adjunxit: eodem plane sensu, ac si, ex quo *Dei lumen* participarit, cæteris etiam *lumen* futurum diceret. Testabuntur enim, inquit, opera ipsa virtutem tuam cæteris illucere; juxta illud: « Luceat lux vestra coram hominibus [19], » et quæ deinceps. *Et gloria Dei circumdaberis* in ipsius et hominum conspectu, cum ad bonorum operum fructus et istud etiam tanquam ex abundanti tibi accesserit. Habebis, præter id, et *Dei* aurem tibi facilem et attentam. *Te* siquidem *adhuc loquente dicet, Ecce adsum*. Iniqui deinde et immisericordis **659** vanum *in jejunio clamorem*, futurum; justi autem *auditum iri* dixit, ut colloquii prolixi- D tatem et copiam demonstraret: juxta illud: « Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum [20]. » Addit vero et *clamori* efficacitatem, *jejunium*. Precibus enim etiam jejunium adjungebant sancti. Sic Daniel, sic apostoli [21]. At quod ait: *Ecce adsum*, etiam Danieli [22], postquam trium hebdomadarum jejunium tolerasset, eo ipso clarum fuit, quod ab initio exauditos esse sermones suos expertus est. Neque vero ista tibi, inquit, defutura sunt, si *nexum* peccatorum, tanquam catenam, abjeceris. Utitur enim hoc loco repetitione propheta, qua ratione et Apostolus, ubi Philippensibus eadem repetere sibi non molestum, illis autem percommodum et tutum esse scribit [23].

B *Οἰκείους δὲ σπέρματος* Ἰουδαϊκῶς μὲν τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ καλεῖ, Χριστιανικῶς δὲ τοὺς *οἰκείους* τῆς πίστεως. Τοῦτο γὰρ καὶ Παῦλος παρακελεύεται. Ταῦτα δεῖ μάλιστα τῷ καιρῷ τῆς *νηστείας* ποιοῦντα τότε προσιέναι, καὶ δεῖσθαι Θεοῦ, συμφώνως τῷ· « Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφὸς ἔχει τι κατὰ σοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα δὲ φυλάξαντι, καθάπερ ἐκ νυκτὸς ἀθρόον ἡμέρας ἐπιλάμψει σοι *φῶς* ἀγαθά σοι φέρον οὐράνια, καὶ *φῶς* γνώσεως ὑπάρχον ἀστραπῆς δίκην σὺν ὁρμῇ καὶ δρόμῳ σοι καθιέμενον, δι' οὗ δείκνυται τοῦ χορηγοῦντος ἡ προθυμία. Διὸ καὶ *πρώϊμον* εἶπεν, ὡσανεὶ τοῦ Θεοῦ διὰ φιλανθρωπίαν καὶ τὸν καιρὸν προλαμβάνοντος, καὶ τῶν ἐν ψυχῇ νοσημάτων ἀπηλλαγμένων, *ἀνατελεῖ* τὰ χρηστότερα. Ὃ δηλοῖ τὸ *Προπορεύσεται* C *ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη σου*. Τοῦτ' ἔστι, Μεταλαβὼν τοῦ *θείου φωτός*, γενήσῃ *φῶς* ἑτέροις· φανεῖται γὰρ ἡ δι' ἔργων ἀρετή σου τοῖς ἄλλοις ἐκλάμπουσα, κατὰ τό· « Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, » καὶ τὰ ἐπὶ τούτῳ. Καὶ *στεφανωθήσῃ δόξῃ Θεοῦ* ἐνώπιον αὐτοῦ καὶ ἀνθρώπων, πρὸς τοῖς τῶν ἔργων καρποῖς ἐκ περιουσίας τοῦτο λαβών. Ἕξεις πρὸς τούτῳ καὶ τὸ *θεῖον* οὖς εὐπειθές. Ἔτι *σου* γὰρ *λαλοῦντος ἐρεῖ· Ἰδοὺ πάρειμι*. Καὶ τοῦ μὲν ἀδίκου καὶ ἀνηλεοῦς μάταιον εἶπε τὴν *ἐν νηστείᾳ κραυγήν*· τοῦ δὲ δικαίου τὴν βοὴν *ἀκουσθήσεσθαι*, τὴν ἐκτενῆ δηλῶν ἔντευξιν, κατὰ τὸ, « Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν· » ἧς [v] *βοῆς* ἐνεργὸς καὶ *ἡ νηστεία*. Προσηύχοντο γὰρ μετὰ νηστείας οἱ ἅγιοι. D Οὕτω Δανιὴλ, οὕτως οἱ ἀπόστολοι. Τὸ δὲ, *Ἰδοὺ πάρειμι*, καὶ τῷ Δανιὴλ ἐδηλώθη μετὰ τὰς τρεῖς ἑβδομάδας τῷ νηστείαν μαθόντι [x], ὡς ἐξ ἀρχῆς ἠκούσθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ. Ταῦτα δέ σοι ἔσται *σύνδεσμον* ἁμαρτιῶν, ὥσπερ κλοιὸν, ἀποῤῥίψαντι. Κατὰ γὰρ τὸν Ἀπόστολον εἰπόντα, τὰ αὐτὰ λέγειν ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ τὸ [y] ἀσφαλές· καὶ ὁ προφήτης ταυτολογεῖ.

[17] Galat. vi, 10. [18] Matth. v, 23-25. [19] Matth. v, 16. [20] Psal. xxxiii, 16. [21] Act. xiii, 3. [22] Dan. x, 2 seqq. [23] Philipp. iii, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[v] γρ. ἔσται δὲ τῆς. [x] γρ. παθόντι. [y] ἄρ. τό.

A *Ἀφέλῃς δὲ*, φησὶ, *καὶ τὰς ἀδίκους χειροτονίας* καὶ προβολάς· ἤγουν τὸ τείνειν τὴν χεῖρα πρὸς ἄδικα λήμματα· ἤγουν τὸ ἀνταποδιδόναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ. Κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς· « Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῷ ἀποδιδόναι· ὅπερ πραότητός ἐστιν ἀλλότριον. » Τινὲς δὲ οὕτως· Ὁ βουλόμενος τὴν ἀγαθὴν μετιέναι νηστείαν, δίκαιος ἔστω· καὶ ὥσπερ τινὰ, *χειροτονίαν*, ἢ λειτουργίαν ἀγαθὴν ἐκτελῶν ἀγογγύστως ταύτην διανυέτω, ὡς μὴ λειπόμενος τῶν ἀναγκαίων, ἡνίκα χορηγῇ τῷ πλησίον· ἤγουν ἡδονῶν ἐπιθυμίᾳ, μὴ τῆς ἐπιπόνου κατὰ Θεὸν πολιτείας καταβοῶν, ὥσπερ *ἐγόγγυζεν* ὁ Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ κατὰ Θεοῦ, καὶ δίκην ἔτισαν ὑπ' ὄφεων ἀπολλύμενοι. Διὸ καὶ Παῦλος· « Μηδὲ γογγύζετε, φησὶ, καθώς τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν, καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. » Τὸ δὲ B ὑπερβάλλον *φῶς* τῷ φεύγοντι ταῦτα, καὶ τἀναντία ποιοῦντι δηλῶν, *μεσημβρίᾳ* τοῦτο παρείκασεν. Καὶ τὸ μέγιστον, καὶ χορηγὸν παντὸς ἀγαθοῦ, *τὸ Θεὸν εἶναι διὰ παντὸς μετ' αὐτοῦ.*

A *Auferas* vero, inquit, *et iniquas manuum extensiones*, et porrectiones : vel quia ad injusta dona manus porrigerent, vel quia malum pro malo reponerent. Quale illud in Psalmis : « Extendit manum suam, ut retribueret [24] ; » quod est a mansuetudine alienum. Aliis vero in hunc modum visum est explicare ; justus dicatur, qui bonum aggredi jejunium meditetur : tanquam deinde *manu porrigat* aliquid, vel ministerium bonum operetur ; illud *sine murmuratione* perficiat, ac si nulla ei necessariorum fiat imminutio, cum proximo suppeditat: vel etiam, ne voluptatum captus illecebris, laboriosam in Deo vitam verbis insectetur, ut qui olim adversus Deum in solitudine *murmurarunt* Israelitæ, unde a serpentibus icti perierunt [25]. Itaque B et Paulus : « Ne murmuretis, ait, sicut eorum quidam murmurarunt, et a serpentibus perierunt [26]. » Ut autem ejus, qui ista fugiat, et contraria sectetur, *luminis* excellentiam demonstraret, idipsum *meridiano* fore simile dixit ; et, quæ res est omnium longe maxima, universique boni effectrix, *Deum semper secum* habiturum.

Τινὲς δὲ τὸ *τῆς χειροτονίας* ῥητὸν οὕτως ἐκθέμενοι· *Ἐὰν ἀφέλῃς ἀπὸ σοῦ σύνδεσμον ἐκτείνοντα δάκτυλον, καὶ λαλοῦντα ἀνωφελὲς*, ἐπήγαγον· λαῷ γὰρ σωτήριον ἡ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων ἀφαίρεσις. *Σύνδεσμός* εἰσιν οὐκ ἐῶντες εὐοδεῖν τὸ κοινόν. Εἶτα *ψυχῆς* τροφὴν ἐπαγγέλλεται μέχρι *λιπασμοῦ τῶν* ταύτης *ὀστῶν*, οὕτω τῶν ψυχικῶν λεγομένων δυνάμεων. Αὗται γὰρ ὑπὸ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων *πιαίνονται*. « Οὐ γὰρ ἐπ' ἄρτῳ C μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ, » οὗ τύπος τὸ μάννα. Καθ' ἑαυτὸ γὰρ πῶς ἂν ἄρτος ἀγγέλων, ἢ καὶ ἄρτος οὐρανοῦ νοηθήσεται; Ἧς δὴ τροφῆς ἐκπεσόντος Ἰσραὴλ, τὰ ἔθνη μετέλαβε διὰ πίστεως. Διό φησιν· « Οἱ δουλεύοντές μοι φάγονται, ὑμεῖς δὲ πεινάσετε. Ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές μοι πίονται· ὑμεῖς δὲ διψήσετε. » Ἐσχημάτισται δὲ ὁ περὶ *τῶν ὀστῶν* λόγος ἀπὸ τῶν τρυφᾷν εἰωθότων σωματικῶς.

Nonnulli autem, ubi *manus porrectionem* in hæc verba exposuerunt : *Si auferas a te vinculum quod digitum* **660** *extendit, et inutile loquitur ;* sceleratorum etiam hominum interitum populo salutarem esse adjecerunt, qui reipublicæ felicitatem, tanquam *vinculo* constrictam, remorantur. Deinceps *animæ* nutritionem pollicetur, ad hujus usque *saginationem ossium ;* quorum nomine virtutes ejus ideo significantur, quod eæ spiritualibus donis C *impinguentur*. « Neque enim solo pane vivet homo ; sed omni verbo, quod egreditur ex ore Dei [26*], » cujus formam manna nobis repræsentavit. Qui namque per se aut panis angelorum, aut cœli etiam intelligatur ? Hunc igitur cibum, quo exciderant Israelitæ, sibi per fidem gentes assumpserunt : ideoque ait : « Qui serviunt mihi, comedent ; vos autem esurietis. Ecce qui serviunt mihi, bibent ; vos autem sitietis [27]. » Est vero de *ossibus* ab iis mutuata loquendi ratio, qui molliter corpus solent enutrire.

Ἔσται δέ σοι, φησὶ, *καὶ πηγὴ ὕδατος ζῶντος, καὶ κῆπος* ἀειθαλὴς ταῖς ἐξ ἁγίου Πνεύματος φυτείαις καρποφορῶν. Καὶ ἡ Ἐκκλησία δὲ *κῆπος* γέγονε Χριστοῦ λέγουσα· « Καταβήτω ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον αὐτοῦ, καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ. » D Ἦν δὲ καὶ *πηγὴ*, ἣν μὴ ἐξέλιπεν *ὕδωρ*. Ὡς γὰρ ἀπὸ *πηγῆς* ἀενάου τὰς διδασκαλίας προφέρουσιν οἱ θεῖοι μυσταγωγοί. « Τοῦ γὰρ πιστεύοντος, φησὶ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας ῥεύσουσιν ὕδατος ζωῆς. » Καὶ πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν τὰ ὅμοια. *Καὶ τὰ ὀστᾶ δέ σου*, φησὶν, *ὡς βοτάνη, ἀνατελεῖ, καὶ πιανθήσονται, καὶ κληρονομήσουσι γενεὰς γενεῶν*. Δι' ὧν ἔοικε δηλοῦν τὴν ἀνάστασιν τῶν σωμάτων, ἀνισταμένων οἷά τις πόα, νεκρὰ μὲν ἐν χειμῶνι, ἀναθήλασα δὲ πάλιν ἐν ἔαρι. Πῶς δὲ ἀνίσταται; τῇ ζωοποιῷ δηλονότι

Deinde *erit tibi*, inquit, *et fons aquæ viventis, et hortus* divina Spiritus sancti consitione floribus semper et fructibus abundans. Dicitur vero et *hortus* ipsa Christi Ecclesia, cujus hæc verba sunt : « Descendat nepos meus in hortum suum, et co- D medat fructum pomorum suorum [28]. » Dicitur et *fons*, quem nulla unquam *aqua* defecit. Tanquam enim a *fonte* perenni ea hauriunt, quæ docent divini rerum arcanarum interpretes et magistri. « Nam e ventre ejus qui credit, inquit, aquæ vitæ flumina profluent [29], » similiaque illa de quibus cum Samaritide locutus est [30]. *Et ossa tua*, addit, *sicut herba orientur et pinguescent, et hæreditabunt generationes generationum*, ubi corporum resurrectionem significare videtur, quæ herbæ in morem hieme qui-

[24] Psal. LIV, 21. [25] Num. XXV, 1 seqq. [26] I Cor. X, 10. [26*] Matth. IV, 4. [27] Isa. LXV, 13. [28] Cant. V, 1. [29] Joan. VII, 38. [30] Joan. IV, 14.

dem morientis, vere autem revirescentis, in vitam excitabuntur. Sed qui resurgent? Si gratia nimirum, quæ vitam largitur, *saginentur*. Ut et apud Davidem legimus: « Emitte spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [31]; » id est, eorum qui in terra versantur cum *generationes generationum* in **661** vita illa perpetua, morte prorsus et corruptione sublatis, *hæreditabunt*: Dicuntur et *ossa* animæ virtutes. Ut hoc loco: « Dissipavit Deus ossa eorum, qui hominibus placebant [32]. » Non enim corporis ossa, sed animæ vires atterit, ne quid ipsi cum virtute et laude valeant efficere. « Nemo siquidem coronabitur, nisi qui legitime certaverit [33]. » At isti hominum laudibus tantum inhiant, de Dei gloria nihil solliciti. Quale est et illud: « Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die [34]. » Cum enim ait, cessando ab ejus promotione gloriæ, fundendisque precibus, in animi angustias incidissem, inveteraverunt *ossa mea* id est, emarcuerunt, et labefactatæ sunt animæ meæ vires.

A χάριτι *πιαινόμενα*. Ὡς [z] γὰρ Δαβὶδ φησιν· « Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς· » τοῦτ' ἔστιν τῶν ἐπὶ γῆς, ὅτε καὶ *γενεὰς γενεῶν* ἐν ἀπεράντῳ *κληρονομοῦμεν* ζωῆς θανάτου πάντη καὶ φθορᾶς ἀνῃρημένων. Εἴρηνται δὲ καὶ *ὀστᾶ* αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις, ὥς τό· « Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων. » Οὐ γὰρ τὰ τοῦ σώματος ὀστᾶ, τὰς δὲ τῆς ψυχῆς δυνάμεις συνθραύει, πρὸς τὸ μηδὲν εἰς ἀρετὴν κατορθοῦν. « Στεφανοῦται γὰρ οὐδεὶς, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. » Οἱ δὲ, πρὸς ἀνθρώπων ἐπαίνους κεχήνασιν, οὐ δόξαν Θεοῦ. Τοιοῦτον καὶ τό· « Ὅτι ἐσίγησα ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου ἀπὸ τοῦ κράζειν με ὅλην τὴν ἡμέραν. » Σιγήσαντος γάρ μου ἀπὸ τοῦ δόξαν ἄγειν καὶ προσεύχεσθαι, καὶ πεσόντος εἰς ἀνθρωπίνην μικροψυ-
B χίαν, ἐπαλαιώθη τὰ *ὀστᾶ μου*. Τοῦτ' ἔστιν ἐσαθρώθησαν αἱ δυνάμεις αἱ ψυχικαί.

Illæ ipsæ igitur, licet ignavia ad breve tempus aliquod fractæ et debilitatæ jaceant, spirituali tamen iterum consolatione, *non aliter quam herba, resurgunt* et instaurantur, ipsique *æternorumque bonorum fimus hæredes*. Quæ deinde in anima tua *deserta* et vasta fuerant, *ædificabuntur*, id est disciplinis sermonibusque divinis replebuntur. Teipsum enim *ædificabis*, cœlestibus semper præceptionibus ad id, quod decet, cogitationes tuas componens et applicans. *Obsepies* vero et animam tuam, Christo, tanquam muro, adversus externas molestias tectus. Habetur enim tanquam de *deserta* murisque destituta civitate sermo. Conveniat vero et animæ cuilibet, et populo, si illos per *ossa* intelligas, qui sunt in eo potentiores quique corpus universum sustentant: in quo *deserta perpetua* possis appellare, quæ longo jam tempore per peccatum vasta et solitaria evaserunt. Intelligas porro *fundamenta* secundum Pauli mentem, ubi superædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum scribit [35]. *Vocaberis* vero *etiam ædificator maceriarum*: secundum autem Symmachum, *vocaberis muro cingens direptionem*: quæ a divo Paulo ibi aperte explicata sunt, ubi se sicut prudentem architectum, fundamentum posuisse scribit [36]. *Maceriam* rursus **662** *ædificare* dicitur, qui Ecclesiæ dogmata dialecticis demonstrationibus tanquam *excitato muro* obsepit, ne eadem, veluti *hortum desertum*, quicunque voluerint, pervagentur. Nam et istud ipsum quæ perpetuo deses est anima, patitur, cum eadem hosti cuilibet, sive dæmonem, sive animæ cupiditatem appelles, tandiu pervia est, donec metu Dei, tanquam vallo, muniatur. Qui autem quæ videntur *offendicula* explicando et declarando, de sacris lectionibus aufert, ille ipse est, qui lapides *de semitis* tollit.

Αὗται τοίνυν ἐκ ῥαθυμίας ἔσθ' ὅτε παραλυθεῖσαι βραχὺ, πάλιν *ὡς βοτάνη ἀνατελοῦσι* παρακλήσει πνευματικῇ, καὶ *κληρονόμοι τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν γενησόμεθα*. Καὶ τὰ πάλαι δὲ τῆς ψυχῆς *ἔρημα οἰκοδομηθήσεται* ἐν σοὶ, διὰ μαθημάτων καὶ λόγων θείων ἀναπληρούμενα. Σαυτὸν γὰρ *οἰκοδομήσεις* διδασκαλίαις ἐνθέοις ἐπὶ τὸ δέον ἀεί σου συναρμόττων τοὺς λογισμούς. Περιφράξεις δέ σου καὶ τὴν ψυχὴν, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ὀχληρῶν Χριστῷ καθάπερ τείχει *περιφρουρούμενος*. Ὡς ἐπὶ πόλεως γὰρ ἐρήμου καὶ ἀτειχίστου ποιεῖται τὸν λόγον. Ἁρμόττει δὲ καὶ πρὸς τὴν ἑκάστου ψυχὴν καὶ πρὸς τὸν λαὸν πάντα, *ὀστῶν* νοουμένων τῶν ἐν αὐτῷ δυνατῶν, καὶ
C τὸ σῶμα πᾶν ἀνεχόντων, ἐφ' οὗ λέγοιντο *ἔρημοι αἰώνιοι*, τὰ ἐκ μακροῦ χρόνου δι' ἁμαρτίαν ἔρημα γεγονότα. *Θεμέλια* δὲ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἀποστολικὴν νοήσεις γραφὴν λέγουσαν, « Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. » *Κληθήσῃ δὲ καὶ οἰκοδόμος φραγμῶν*. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *κληθήσῃ τειχίζων διακοπήν*. Καὶ ταῦτα δὲ Παῦλος ὁ θεῖος διασαφεῖ λέγων· « Ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον ἔθηκα. » *Φραγμοὺς δὲ οἰκοδομεῖ* ὁ τὰ ἐκκλησιαστικὰ δόγματα *περιτειχίζων* διαλεκτικαῖς ἀποδείξεσιν, ἵνα μὴ καθάπερ *ἔρημον κῆπον* οἱ θέλοντες διοδεύοιεν. Τοῦτο γὰρ καὶ ῥαθυμοῦσα πάσχει ψυχὴ παντὸς ἐναντίου διοδεύοντος αὐτὴν λογισμοῦ τε καὶ δαίμονος, ἕως ἑαυτὴν τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ περιφράξειεν. Ὁ δὲ τὰ δοκοῦντα *προσκόμματα*
D ἐκ τῶν θείων ἀναγνωσμάτων περιαιρῶν διὰ σαφηνείας, οὗτος ὁ τοὺς ἀνὰ μέσον *τῶν τρίβων* λίθους περιαιρῶν.

Vult vero cum iis, quæ dicta sunt, etiam *Sabbata* observari: non ut ebrietati et crapulæ indulgeatur;

Βούλεται δὲ μετὰ τῶν εἰρημένων φυλάττεσθαι καὶ *τὰ Σάββατα*, ὡς μὴ μέθαις καὶ κραιπάλαις σχολά-

[31] Psal. CIII, 30. [32] Psal. LII, 6. [33] II Timoth. II, 5. [34] Psal. XXXI, 3. [35] Ephes. II, 20. [36] I Cor. III, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[z] γρ. καί.

ζειν, ἁγιασμῷ δὲ καὶ καθαρότητι, καὶ διὰ τούτων A ἁγιάζεσθαι *τὴν ἡμέραν* διὰ τῆς κατὰ Θεὸν σχολῆς *τρυφερὰν* γινομένην καὶ ἄλυπον. Καὶ δεῖ μὴ μέχρι τοῦ κινῆσαι *πόδα*, ἢ μολῦναι τὰ χείλη, πρὸς ἑτέροις γίνεσθαι πράγμασι τῇ θείᾳ Γραφῇ προσανέχοντας. Ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος τοῦ νόμου τὴν σκιὰν παρωθούμενος, περιτομὴν πνευματικὴν καὶ Σαββατισμὸν ὑποτίθεται λέγων· «Ἀλλὰ περιτομὴ καρδίας οὐ γράμματι, ἀλλὰ πνεύματι.» Καὶ πάλιν· «Ἄρα ἀπολείπεται Σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Κυρίου.» Ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεός. *Σαββατισμὸς* ἄρα κατὰ Θεὸν τὸ παύσασθαι τῶν ἰδίων ἔργων *καὶ θελημάτων*. Ὁ καὶ ἡ παροῦσα προφητεία φησί. Λέγει δὲ καὶ Παῦλος· «Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ B τοῦ νοός μου.» Κατὰ τοῦτον οὖν ἐστι *τὰ θελήματα*, πρὸς ἃ ἐπιῤῥεπῶς ἔχοντες, περικόπτειν ὀφείλομεν. Οὕτω γὰρ ἐπιτελέσομεν *Σάββατα τρυφερὰ* μηδὲν ἔχοντα τῶν ἀπὸ γνώμης σκληρᾶς καὶ ἀντιτεινούσης Θεῷ, κατὰ τό, «Καὶ ἐσκληρύνθη ἡ καρδία Φαραώ.» Οὕτως ἔλεγε τῷ Ἰσραὴλ ὁ Θεός· «Γινώσκω ὅτι σκληρὸς εἶ, καὶ νεῦρον σιδηροῦν ὁ τράχηλός σου, καὶ τὸ μέτωπόν σου χαλκοῦν.» Βούλεται δὲ νῦν ἡμᾶς γλώττης καὶ θυμοῦ περιγίνεσθαι· «Εἴ τις γὰρ ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνὴρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα.» Καὶ πάλιν· «Ἀνὴρ θυμώδης οὐκ εὐσχήμων.» Καί, «Ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς δικαιοσύνην Θεοῦ οὐκ ἐργάζεται.» Τοιούτους εἶναι τοὺς *σαββατίζοντας* βούλεται, καὶ τοὺς *νηστείαν* καλοῦντας *δεκτήν*. Οὕτω γὰρ *ἔσῃ*, φησί, *πεποιθώς*, οὐκ ἐπὶ C σαθρῷ τινι καὶ προσκαίρῳ πράγματι, ἀλλ' *ἐπὶ τῷ πάντων Θεῷ* παῤῥῶν [a] εἰς τὸν ἐπίλοιπον βίον, ὡς ἔχων ἀψευδεῖς αὐτοῦ τὰς ἐπαγγελίας, ἐν αἷς ἐστι καὶ τὸ *ἐπί τινα γῆν* ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς *ἀναβιβασθῆναι* τευξόμενον ἐκείνων· «Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη,» καὶ ἀπολαύσοντα τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς πατράσι τροφῆς πνευματικῆς ἐν τῇ ἄνω κειμένης πόλει, περὶ ἧς ὁ Παῦλός φησιν· «Οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες, ἐμφανίζουσιν ὅτι πατρίδα ζητοῦσιν.» Καὶ εἰ μὲν ἐκείνην ἐζήτουν ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι. Νῦν δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτ' ἔστιν ἐπουρανίου. Ὅτι δὲ πάντως ἔσται ταῦτα, Θεός, φησίν, ἐστιν ὁ *φθεγξάμενος*. Ἀλλὰ πῶς ὡς μήπω D *τὴν γῆν* τῆς ἐπαγγελίας λαχόντων, εἰς ἣν αὐτοὺς εἰσήγαγεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυή, νῦν δίδωσιν ἐπαγγελίαν εἰσάξειν αὐτούς; Δῆλον οὖν ὡς περὶ τῆς τῶν πραέων φησίν. Τινὲς δὲ τὴν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἄνοδόν φασιν αὐτοῖς ἐπαγγέλλεσθαι. Οἳ καὶ τὰ ἀνωτέρω σωματικῶς ἐξηγήσαντο περὶ τοῦ *πιανθῆναι τὰ ὀστᾶ*, καὶ παραβάλλεσθαι *κήπῳ πολυύδρῳ*, *καὶ πηγῇ μὴ ὑστερουμένῃ ὕδατος*. Καὶ ὅτι *τὰ ἔρημα τῆς πόλεως ἀνοικοδομηθήσεται*, καὶ ἐπιπολὺ ταῦτα

sed ut sanctificationi purificationique vacetur; per hæcque *dies sanctus* et festum, eo, quod secundum Deum est, otio, *delicate*, nullaque molestia interruptum celebretur. Decet etiam eos ne ad *pedis* quidem usque promotionem, aut labiorum contaminationem in cæteris negotiis occupari, qui sacræ Scripturæ incumbunt. At beatus Apostolus, legis umbra rejecta, circumcisionem spiritualem et Sabbatismum ponit his verbis: «Verum circumcisio cordis, non littera, sed spiritu [37].» Et rursum: «Itaque relinquitur sabbatismus populo Domini [38].» Qui enim ingressus est in requiem ejus, et ipse requievit ab operibus suis: sicut et a suis Deus. Est igitur *Sabbatum* secundum Deum *celebrare*, a propriis operibus *voluntatibusque* abstinere: quod ipsa innuit, quæ nobis est in manibus prophetia. Dicit vero etiam hunc in modum Apostolus: «Video autem aliam legem repugnantem legi mentis meæ [39].» Sunt itaque ex hujus sententia, *voluntates*, quas circumcidere et amputare, cum ad eas procliviores sumus, debemus. Ita enim *Sabbata delicata*, quæ molesti, Deoque reluctantis animi nihil habeant, ut olim induratum esse cor Pharaonis legimus [40], peracturi sumus. Sic et Israelem Deus alloquitur: «Cognosco quoniam durus es, et nervus ferreus collum tuum, cervix tua ærea [41].» Vult autem hoc loco linguam nos et iracundiam cohibere. «Si quis enim in sermone non labitur, hic perfectus **663** est vir, potens freno totum corpus circumducere [41*].» Et rursum: «Vir iracundus, minime pulcher [42].» Et: «Ira enim viri justitiam Dei non operatur [43].» Tales eos esse, qui *Sabbatum observant*, quique *jejunium acceptum* vocant, ipse exoptat. Ita enim, inquit, *eris confidens*, non in rem aliquam imbecillem et momentaneam; sed *in* omnium *Dominum* et Deum. Ita, inquam, eris de reliqua deinceps vita securus; tanquam qui certas ejus promissiones habeas: in quibus et ista est; quod ab isthac conversatione *in terram aliquam elevandus es*, ubi bonis illis potiaris: «Quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt [44];» imo, ubi et illo etiam, quod Patribus promissum est, spiritali alimento fruiturus sis; quod in illa superiore civitate reconditur, Paulo teste his verbis: «Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere [45].» Et siquidem illam quærerent, de qua exierunt, habebant tempus revertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem. Ne quis vero omnino ista futura esse dubitaret; Deus est, inquit, qui *ea locutus est*. Qui autem, tanquam nondum eam promissionis *terram* adepti sint, in quam sunt per Jesum Nave deducti, in ea se nunc illos inducturum pollicetur? Est igitur eum de mi-

[37] Rom. II, 29. [38] Hebr. IV, 9. [39] Rom. VII, 23. [40] Exod. IV, 21. [41] Isa. XLVIII, 4. [41*] Jac. III, 2. [42] ibid. [43] Jac. I, 20. [44] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 9. [45] Hebr. XI, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. θαῤῥῶν.

tium terra intelligere perspicuum [46]. » Arbitrantur tamen nonnulli reversionem Babylonicæ captivitatis eum polliceri: qui illa etiam superiora de *ossium saginatione*, de *horto irriguo*, deque *fonte illo, cujus aqua nunquam deficiat*, corporaliter explicant. Ut illa etiam, cum *deserta civitatis instauratum iri*, cum diutius esse permansura; cum nec fore amplius expugnationi obnoxiam, nec alienigenis perviam; sed a Deo, si virtutem ipsi amplectentur,

A στήσεται. Μένει δὲ καὶ ἀπόρθητος μηκέτι δίοδος ἐσομένη τῶν ἀλλοφύλων. *Φρουρηθήσεται* γὰρ ὑπὸ Θεοῦ, μεταβαλόντων ὑμῶν πρὸς ἀρετήν. Ἑκάστου γὰρ ἀνδρὸς φρουρὰ, τὸ ἐντυποῦσθαι παρὰ Θεῷ, καὶ φυλάττειν τὰ νόμιμα, καὶ *τὰ Σάββατα*, ἃ πλημμελοῦσιν οἱ μὴ φυλάττοντες. Οὗτοι γὰρ ἐξιόντες τῆς πόλεως, ὡς ἄδειαν λαβόντες τοῦ ἁμαρτάνειν, παραβαίνουσι· δέον τοὺς σαββατίζοντας πανταχοῦ τοῦτο ποιεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς.

munitam ac defensam significavit. Est enim in hoc optime collocatum cujusque præsidium, si a Deo informetur; sique quæ justa sunt, cum *Sabbatis* observet; in quæ agunt improbe, qui ea non custodiunt. Isti namque civitate egressi, velut adepta peccandi **664** licentia, vitia sectantur; cum eos deceret, qui Sabbatum colunt, illud ubique, et quæ deinceps, observare.

CAP. LIX.

685 Vers. 1-18. *Nunquid non potest manus Domini salvos facere? aut aggravata est auris ejus, ut non exaudiat? imo peccata vestra dissidium faciunt inter vos et Deum, et propter iniquitates vestras avertit faciem a vobis, ut non misereatur. Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, et digiti vestri peccatis*, etc.

666 Absoluta de rebus agendis disputatione, deque agentium vel non agentium præmiis et pœnis: nunc, tanquam contumaces et lapsos, ideoque improbos, convincit et arguit. Deinde, quia bello urgente jejunasse se, neque Deum tamen ad id advertisse, dicebant, eos ipse vehementi in Deum amore compulsus propheta reprehendit; servarique ab ipso quidem potuisse demonstrat: sed peccatis eorum, quominus opem ferat, prohiberi. Neque enim Deum ulla unquam virium imbecillitate, audiendique difficultate, sicut senes, laborare, sed malos servare neque justum esse, neque iis qui servantur, conducere. Quia autem murum excitare peccata dixit, per eorum remissionem interjectum maceriæ parietem solvere et disturbare Salvatorem significat. *Avertit* deinde *faciem a peccatis*; tanquam eorum turpitudinem et fœtorem non queat tolerare, unde patet *aurem*, quæ justos audiat, injustos autem minime, Dei justitiam scilicet non corporis *aurem* significare. Ubi autem *peccata* in universum accusavit, eadem et ipse sigillatim recenset; *homicidia et obtrectationes* nominatim, non jam idolorum cultum insectans. Prophetas enim interemerunt, justosque calumniati sunt. Ait igitur hunc in modum Jeremias: « Virtus mea defecit me, ab iis qui maledicebant mihi [47]. » Et noster hic propheta: « Vide ut justus tollitur [48], » et quæ deinceps. A quibus, tanquam a parvis scelerum initiis, ad Christi Salvatoris cædem progressi sunt, quam maxime hoc loco nobis innui fuerit consentaneum. Etsi enim Salvatoris *sanguine manus* habent *impollutas*, culpa tamen haud vacant; qui *sanguinis* ejus in se, suosque filios, ultionem extendi postularunt [49]: qui

B

ΚΕΦΑΛ. ΝΘ'.

α'-ιη'. *Μὴ οὐκ ἰσχύει ἡ χεὶρ Κυρίου τοῦ σῶσαι; ἢ ἐβάρυνε τὸ οὖς αὐτοῦ τοῦ μὴ εἰσακοῦσαι; ἀλλὰ τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν διιστῶσιν ἀνὰ μέσον ὑμῶν, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ Θεοῦ. Καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον ἀφ' ὑμῶν, τοῦ μὴ ἐλεῆσαι. Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν μεμολυσμέναι αἵματι, καὶ οἱ δάκτυλοι ὑμῶν ἐν ἁμαρτίαις*, κ. τ. λ.

Διελόμενος τὰ πρακτέα, καὶ τοῖς κατορθοῦσιν ἐπαγγειλάμενος ἀγαθὰ, τοῖς δὲ μὴ πειθομένοις, τιμωρίας· νῦν, ὡς ἀπειθήσασι καὶ περιπεπτωκόσι διὰ τοῦτο κακοῖς, προσάγει τὸν ἔλεγχον. Καὶ ἐπειδὴ πολέμου περιστάντος ἔλεγον, Ἐνηστεύσαμεν, καὶ οὐκ εἶδες, ὁ προφήτης ἐκ πολλῆς αὐτοὺς διελέγχει φιλοθείας, δυνατὸν εἰς σωτηρίαν δεικνὺς τὸν Θεὸν, κε-
C κωλῦσθαι δὲ μέσοις παρεμπεπτωκόσι τοῖς αὐτῶν πλημμελήμασιν, ὡς μὴ συγχωρεῖν τὴν εἰς αὐτοὺς ἐπικουρίαν διέρχεσθαι. Οὔτε γὰρ ἀσθενής ἐστιν, οὐθ' ὥσπερ ἐκ γήρους, δυσήκοος. Κακοὺς δὲ σώζειν οὔτε δίκαιον, οὔτε τοῖς σωζομένοις λυσιτελές. Διὰ δὲ τὸ τειχίζειν εἰρῆσθαι τὰς ἁμαρτίας, ὁ Σωτὴρ διὰ τῆς ἀφέσεως τούτων τὸ μεσότοιχον, τοῦ φραγμοῦ λῦσαι λέγεται. *Ἀποστρέψει* δὲ *τὸ πρόσωπον ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν*, δυσειδεῖς ὥσπερ καὶ δυσώδεις οὐ φέρων ἰδεῖν. Ἐντεῦθεν δὲ δῆλον, ὅτι *οὖς* τὸ δίκαιον ἀκοῦον, ἄδικον δὲ μὴ, δικαιοσύνη Θεοῦ ἐστιν, οὐ σωματικὸν *οὖς*, αἰτιασάμενος δὲ καθόλου τὰς *ἁμαρτίας*, κατ' εἶδος αὐτὰς ἐπεξέρχεται, καὶ *μιαιφονίαν* αἰτιᾶται, *καὶ καταλαλιὰν*, οὐδαμοῦ δὲ νῦν εἰδωλολατρείαν. Ἀπέκτειναν γὰρ τοὺς προφήτας, καὶ
D τοὺς δικαίους ἐσυκοφάντησαν. Ἔφη γ' οὖν Ἱερεμίας· « Ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐκ τῶν καταρωμένων με. » Καὶ ὁ παρὼν δὲ προφήτης ἔφασκε· « Ἴδετε ὡς ὁ δίκαιος αἴρεται, » καὶ τὰ ἐπὶ τούτῳ. Ἀφ' ὧν, ὡς ἐξ ἐλάττονος κακῶν μελέτης ἐπὶ τὸν φόνον τοῦ Σωτῆρος ἀνέδραμον, ὃν ἔοικε μάλιστα διὰ τῶν παρόντων ὁ προφήτης δηλοῦν. Εἰ γὰρ καὶ μὴν τὸ χεῖρες τοῦ Σωτῆρος, γεγόνασιν ἀλλ' οὖν αἴτιοι, καὶ τὸ [b] *αἷμα* αὐτοῦ ἐπ' αὐτοὺς ἐβόων, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα αὐτῶν. Καὶ κακῶς δὲ λέγοντες οὐκ ἐπαύοντο ἀνασείειν τὰ πλήθη, καὶ δαιμονᾷν, καὶ Σαμαρείτην ἐκ πορνείας

[46] Matth. v, 4. [47] Thren. I, 14. [48] Isa. LVII, 1. [49] Matth. XXVII, 25.

VARIÆ LECTIONES.

[b] Ισ. εἰ γὰρ καὶ μὴ μεμόλυντο χεῖρες αὐτῶν αἵματι τοῦ Σωτῆρος, γεγόνασιν ἀλλ' οὖν αἴτιοι, οἱ τό.

τε εἶναι, καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια A καταιτιώμενοι.

Διό φησιν· *Οὐδεὶς λαλεῖ δίκαια, οὐδὲ ἔστι κρίσις ἀληθινή*· καὶ ἄλλως αὐτοὺς ὡς ψευδεῖς καὶ ἀδίκους κριτὰς καταιτιώμενος. Εἶτα, ἐπειδήπερ ἑαυτοὺς ἐξαπατῶντες ἕτερον προσδοκῶσι Χριστὸν, ἀνθρώπινά τινα περὶ αὐτοῦ μυθολογοῦντες, ἐπιλέγει· *Πεποίθασιν ἐπὶ ματαίοις, καὶ λαλοῦσι κενά*. Διὸ Παῦλος ἀποτρέπει μὴ προσέχειν Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν. Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλως μάταιοι, *καὶ ἐλάλουν* ἀλλήλοις *κενά*· « Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, κτείνωμεν αὐτὸν, καὶ σχῶμεν αὐτοῦ τὴν κληρονομίαν. » Οἵτινες ἐξ οἰκείων B λογισμῶν κατ' αὐτοῦ βλασφήμους λόγους συῤῥάπτοντες, *κύουσι πόνον, καὶ τίκτουσιν ἀνομίαν*, οὐκ εἰδότες λέγειν· « Ἐκ τοῦ φόβου σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν Πνεῦμα σωτηρίας· » τοιαῦτα δὲ *κύουσιν*, ὁποῖα καὶ δι' ἑτέρου λέλεκται· « Ἰδοὺ ὠδίνησεν ἀδικίαν. Συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν, » καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Ἔθος δὲ τῇ Γραφῇ *πόνον* τὸν φθόνον καλεῖν. Πόνος γάρ ἐστι τοῖς αὐτὸν νοσοῦσιν, ἐκτήκων αὐτούς. *Ὠδίνησαν* οὖν τὸν κατὰ Χριστοῦ φθόνον, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ μιαιφονίαν *ἀπέτεκον*· ἐπεὶ καὶ ἐν συλλόγοις ἔλεγον· « Τί ποιοῦμεν, ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ ποιεῖ σημεῖα; » Ὁ δὲ Καϊάφας, « Συμφέρει ἡμῖν, ἔφη, ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. » Εἴη δ' ἂν τοιαῦτα C καὶ ὅσα πονηρά τις ἐκ τῆς ἰδίας ἐρεύγεται καρδίας δόγματα. Οἱ δὲ τοιοῦτοι καὶ *ᾠὰ ἀσπίδων ἔῤῥηξαν*, τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων τὰ σπέρματα ἐν ἑαυτοῖς κυήσαντες. Διὸ τοῖς τῆς κακίας αὐτῶν ἐκγόνοις ἐλέγετο· « Ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν. » Ἀναλόγως δὲ τῷ σπόρῳ τῷ θείῳ τὸν τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων σπόρον *ᾠὰ* ὠνόμασε, διὰ τοῦ ἑρπυστικοῦ γένους παράδειγμα. Ἀσπίδες γὰρ καὶ ὄφεις καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ᾠοτοκούντων ἐστίν. Ἐπειδὴ δὲ μετὰ τοσαύτην κακίαν, τὴν μελέτην καὶ διδασκαλίαν τῶν θείων Γραφῶν ἐπαγγελλόμενοι, πρὸς μυθώδεις γραολογίας ἐκπίπτουσι καὶ ἀνθρώπων ἐντάλματα, παρέβαλεν *ἀράχνης ἱστῷ*, τὸ σαθρὸν καὶ ἄτιμον τῆς αὐτῶν ἐκδοχῆς τε καὶ παραδόσεως. Μήποτε δὲ καὶ τὰς κατὰ D Χριστοῦ συκοφαντίας οὕτω καλεῖ; δόλους γὰρ πλέκοντες, ᾤοντο μὲν τὴν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐπιχειρημάτων πλουτῆσαι σκέπην, καὶ λυσιτελές τι θηρᾷν. Οὐδὲν δὲ ὤνησαν γυμνοὶ τῆς ἄνωθεν γενόμενοι σκέπης.

probris lacessere, populumque in illum concitare, qui furiosum [50], qui Samaritam [51], qui ex adulterio procreatum dicere [52]; qui denique in Beelzebut nomine dæmonia ejiceret [53], incusare nunquam desierunt.

667 Ideoque *neminem loqui quæ justa sunt; neque justum esse judicium* adjecit: ut eos alia etiam ratione, tanquam falsos et iniquos judices incusaret. Quia deinde se ipsi decipientes, Christumque alium exspectantes, humana quædam de illo fabulabantur; *confidere eos in vanis, et inania loqui* addit: indeque monet Paulus [54] ne Judaicis fabulis hominumque mandatis, quæ veritatem aversantur, attendamus. Erant vero et alia ratione *vani, inaniaque* secum *loquentes*; qui impia ista: « Hic est hæres, venite, occidamus eum, et possideamus ipsius hæreditatem [55], » in ore habebant. Illi nimirum ex proprio sensu in eum contumeliosa et blasphema verba consuentes, *concipiunt laborem, et pariunt iniquitatem*, qui dicere non possunt: « In timore tuo, Domine, in utero accepimus, et parturivimus, et peperimus spiritum salutis [56]. » Talia vero sunt quæ *concipiunt*, qualia etiam apud alium habentur his verbis: « Ecce parturivit injustitiam, concepit laborem, et peperit iniquitatem [57], » cæteraque deinceps. Est porro Scripturæ usitatum *laboris* nomine, invidiam ideo significare, quod qui ea laborant, tabescant. *Conceperunt* ergo in Christum invidiam, et cædem in eumdem *pepererunt*. Et ista deinde suis in conciliis usurparunt: « Quid facimus, quoniam hic homo multa signa facit [58]? » Et Caiphas: « Conducit nobis, inquit, ut unus moriatur homo, ne tota gens pereat [59]. » Fuerint vero generis hujus et mala dogmata, quæ de corde suo quis depromit. Qui deinde tales sunt, *ova* etiam *aspidum fregerunt*, qui adversariarum potestatum semina tanquam in utero suo gerebant: unde sunt malitiosa eorum proles, serpentes, et viperarum genimina nuncupata [60]. Congrue autem, et convenienti plane cum divino semine ratione, adversariarum potestatum semen, ut serpentium generis esse demonstraret, *ova* appellavit. Sunt enim ex eorum genere, quæ ova pariunt, et aspides, et serpentes, cæteraque similia. Qui vero post tantam malitiam cum sacras Litteras earumque studium profiterentur, in fabulas 668 aniles, hominumque mandata delapsi sunt, marcidam et ingloriam eorum in docendo traditionem, *araneorum telæ* comparat. Annon vero et eas etiam, quibus in Christum usi sunt, calumnias ita nuncupavit? Dolos enim cum in eum necteret, ita se suorum conatuum præsidio abunde munitos esse arbitrabantur tanquam quod sibi conduceret, essent assecuti, quod nihil ipsis tamen, cum superna protectione carerent, profuit.

Καὶ ὁ μέλλων, φησὶ, *τῶν ᾠῶν αὐτῶν φαγεῖν, συντρίψας οὔριον εὗρεν*. Αὐτῶν λέγει, περὶ ὧν ἔφη τό· *Ὠὰ ἀσπίδων ἔῤῥηξαν*. Οἱ μὲν οὖν ἐν κακίᾳ τέλειοι, *διαῤῥήξαντες* τὰ τελεσφορηθέντα εἰς

Et qui de ovis eorum comedere voluerit, frangens putridum reperiet. *Eorum* inquit, de quibus antea *ova aspidum fregerunt*, usurpavit. Qui igitur ad plenam absolutamque nequitiam pervenerunt,

[50] Joan. x, 20. [51] Joan. viii, 48. [52] Ibid. 41. [53] Luc. xi, 15. [54] Tit. i, 14. [55] Matth. xxi, 38. [56] Isa. xxvi, 18. [57] Psal. vii, 15. [58] Joan. xi, 47. [59] Ibid. 50. [60] Matth. iii, 7.

si quæ matura sunt et perfecta *fregerint*, ea in A se excipiunt. Qui autem eam minus habent absolutam et plenam, si de eis prius *comederint*, quam tempestiva et absoluta sint, intereunt. Ideo que *qui de ovis eorum comederit, moriturum* reliqui transtulerunt. At vero qui prudens est, istaque potest evertere et confutare, quod in eis ventosum, quod *urinum*, quodque *putridum* latebat, ipsum denique, qui solo necat aspectu, *basiliscum*, id est regulum, reperiet. Quod si aliorum quæris interpretationes, Aquilam quidem dixisse : *Et quod fotum est in viperam erupit;* Symmachum autem : *Quod convolutum est ubi fractum fuerit, aspis erit;* Theodotionem denique : *Quod fotum est erupit in aspidem*, reperias. Adeo nihil ea Judæis, quæ in Christum meditati sunt, quidquam profuerunt non B magis, quam *ovum* ejusmodi, vel quod potius omnis etiam interitus causa sit, fregerit. Aiunt porro nonnulli *comedere de ovis* peccatorum, idem esse, quod eorumdem verbis fidem adhibere : ut olim Abel, cum Caino credidit unde mortem sibi conciliavit. In id enim operis eorum sermo incumbit, ut verbis istis : *Et quod fotum est in viperam divisum est*, significatur. Deinde quod *telam araneæ texere* dixit, **669** fusius sermonem istum explicavit, cum *telam eorum in vestimentum non fore* adjecit. Lege enim despecta doctrinas et mandata hominum sibi confinxerant. Itaque cum *non fore in vestimentum* dixit, nihil aliud, ut placet quibusdam, quam nullum illis, quæ gerunt, allatura ornamentum significavit, sicuti nihil ad ornatum corporis quod Deo vetante gesserat, Adamo contulit.

A ἑαυτοὺς ὑπεδέξαντο. Οἱ δὲ ἀτελέστεροι, πρὶν τελεσφορηθῆναι τούτων *ἐμφαγόντες* ἀπόλλυνται. Διὸ ἐξέδωκαν οἱ λοιποὶ, *Ὁ ἐσθίων ἐκ τῶν ὠῶν αὐτῶν ἀποθανεῖται*. Ὁ δὲ συνετὸς, καὶ ἀνατρέπειν ἐλέγχῳ ταῦτα δυνάμενος, τὸ ἐν αὐτοῖς ἐξεῦρεν ἀνεμιαῖον, καὶ *οὔριον*, καὶ *δυσῶδες*, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ἐγκρυπτόμενον καὶ ἐκ μόνου φθοροποιὸν τοῦ βλέμματος *βασιλίσκον*. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· *Καὶ τὸ θαλφθὲν ἐσχίσθη ἔχιδνα*. Κατὰ δὲ Σύμμαχον· *Τὸ δὲ συνεστραμμένον ἀποῤῥαγὲν ἔσται ἀσπίς*· κατὰ δὲ Θεοδοτίωνα· *Τὸ θαλφθὲν ἐῤῥάγη ἀσπίς*. Οὕτω τοῖς Ἰουδαίοις τὸ κατὰ Χριστοῦ μελετηθὲν, ἀνόνητον γέγονεν, ὡς τοῖς τοιοῦτο κλῶσιν *ὠὸν*, μᾶλλον δὲ καὶ παντὸς ὀλέθρου πρόξενον. Φασὶ δέ τινες ὡς τὸ *ἐσθίειν ἀπὸ ὠῶν*, ὧν τίκτουσιν οἱ ἁμαρτωλοὶ, τὸ πείθεσθαι B λόγοις αὐτῶν· ὡς ὁ Ἄβελ τῷ λόγῳ Κάϊν, ἐξ οὗ θάνατος. Εἰς τοῦτο γὰρ τοὔργον ὁ λόγος αὐτῶν καταντᾷ· ὃ δηλοῖ, *καὶ τὸ θαλφθὲν ἐσχίσθη ἔχιδνα*. Εἰπὼν δὲ, *Ἱστὸν ἐχίδνης*[c] *ὑφαίνουσι*, πλατύτερον τὸν περὶ τούτου λόγον ἐκτίθεται φάσκων· *Οἷς*[d] *τις αὐτῶν οὐκ ἔσται εἰς ἱμάτιον*. Συνετίθεσαν γὰρ, ὡς εἴρηται, διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων, τοῦ νόμου καταφρονήσαντες. Διό φησιν, *Οὐκ ἔσται εἰς ἱμάτιον*. Τοῦτ' ἔστι, φασί τινες, Οὐκ οἴσει κόσμον αὐτοῖς ἃ πράττουσιν, ὡς οὐδὲ τῷ Ἀδὰμ ἤνεγκε κόσμον τοῦ σώματος τὸ ἄνευ Θεοῦ πραχθέν.

Deinde quænam tela ipsa sit, explicat, cum *opera* C *eorum, iniquitatis opera esse* adjungit, quia nimirum alii divinarum Litterarum ope, spiritualia spiritualibus componentes [61], divinam plane tunicam *contexunt*, alii autem in Judaicis fabulis inutiliter occupati, *telam* velut *araneæ* ad simpliciores captandos venandosque componunt. Enumerat vero singulatim quæ ipsi admiserunt, ut non injuria rejectos esse demonstret. Sequitur : *Et pedes eorum ad malitiam currunt :* quandoquidem et corporis membra ipsa motus aptitudinem ad id sumunt, ad quod assueverunt : ideoque *veloces ad effundendum sanguinem innocentem* pedes evaserunt ; ita enim cæteri reddiderunt. Inde igitur ad eum, qui revera fuerat *innocens, sanguinem* progressi sunt. Non aliter quam Judas a turpi quæstu D ad pessimam fœdissimamque avaritiam animi cogitationem convertit. *Et viam pacis non cognoverunt*. Hinc et Salvator Jerusalem deflevit his verbis : « Si scires et tu, quæ sunt pacis tuæ : quoniam venient dies in te, et circumdabunt te hostes tui vallo, et circuibunt te, et filios tuos terræ allident [62]. » Sed *non est judicium in viis eorum*, imo potius omnis iniquitas et nequitia. Sic et David ipse, quæ per Mosen data sunt, præcepta appellavit, cum judicium et justitiam in Jacob Dominum

C Εἶτα ἑρμηνεύει τίς ὁ ἱστός. *Τὰ γὰρ ἔργα αὐτῶν ἔργα ἀνομίας*. Ὅτι οἱ [e] διὰ λόγων θείων πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες, χιτῶνα θεῖον *ὑφαίνουσιν*. Οἱ δὲ εἰς ἄχρηστον ταῖς Ἰουδαϊκαῖς μυθολογίαις κατατρίβονται, συντιθέντες *ἱστὸν* ὥσπερ *ἀράχνης* ἐπὶ θήρᾳ τῶν ἁπλουστέρων. Κατὰ λεπτὸν δὲ διηγεῖται τὰ κατ' αὐτοὺς, τὸ δίκαιον ἐπιδεικνὺς τῆς τούτων ἀποβολῆς. *Οἱ δὲ πόδες αὐτῶν εἰς κακίαν τρέχουσιν*· ἐπεὶ καὶ τὰ σωματικὰ μέλη κινήσεως ἐπιτηδειότητα λαμβάνει πρὸς ὃ συνεθίζεται. *Ταχεινοὶ ἐκχέαι αἷμα ἀναίτιον*. Οἱ λοιποὶ γὰρ οὕτως ἐξέδωκαν. Ἐντεῦθεν οὖν ἐπὶ τὸ ὄντως *ἀναίτιον αἷμα* προῆλθον. Ὡς Ἰούδας ἀπὸ τῆς αἰσχροκερδίας, ἐπὶ τὴν χειρίστην αἰσχροκερδίαν διὰ μελέτης προσήχθη. *Καὶ ὁδὸν δὲ εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν*. Διὸ D καὶ ὁ Σωτὴρ ἀπεκλαύσατο τὴν Ἱερουσαλὴμ εἰπών· « Εἰ ᾔδεις καί γε σὺ τὰ πρὸς εἰρήνην σου, ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπὶ σοὶ, καὶ περιβαλοῦσί σοι οἱ ἐχθροί σου χάρακα, καὶ κυκλώσουσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐδαφιοῦσιν. » Ἀλλ' *οὐδὲ κρίσις ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν*, ἀκρισία δὲ πᾶσα καὶ ἀδικία. Καὶ τὴν διὰ Μωσέως δὲ Δαβὶδ οὕτως ἐκάλεσεν ἐντολήν· « Κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας[f]. » Ἀλλὰ καὶ *αἱ τρίβοι αὐτῶν διεστραμμέναι*. Διαστροφὴ γὰρ τοῦ ὀρθοῦ τὸ κακόν. *Καὶ οὐκ οἴδασιν εἰρήνην*. Οὐ γὰρ προσεδέξαντο τῆς εἰρήνης τὸν πρύτανιν, περὶ οὗ

[61] I Cor. II, 13. [62] Luc. XIX, 42-44.

VARIÆ LECTIONES.

[c] γρ. ἀράχνης. [d] ὁ ἱστός. [e] γρ. ἱσ. μέν. [f] ἱσ. λέγων.

τὸ, «Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν.» Καὶ ὅς φησιν· A «Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.» Διὰ ταῦτα δὲ πάντα φησίν· *Ἀπέστη ἡ κρίσις αὐτῶν*. Περὶ ἧς ἔλεγεν· «Ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ᾑρέτισα· ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου, κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει.»

Αὐτὴ τοίνυν ἡ τοῖς ἔθνεσι δοθεῖσα *κρίσις ἀπέστη ἐξ αὐτῶν*, καὶ ἡ τούτοις δοθεῖσα *δικαιοσύνη* διὰ τῆς σωτηρίου χάριτος. Καὶ ἄλλως ἔσχεν ἡ ἀδικία χώραν κατ' αὐτῶν, ὥστε ἀπὸ ἀσεβῶν *ἀθῆναι* [g]· οἷον, ὑπὸ Ἀσσυρίων. *Ὑπομεινάντων αὐτῶν φῶς ἐγένετο αὐτοῖς σκότος*. Περὶ μόνην γὰρ τὴν λέξιν ἀσχολούμενοι τῆς Γραφῆς, ὥσπερ τινὰ *τοῖχον ἐοίκασι ψηλαφᾷν*. Διὸ λέξει ψηλαφήσουσιν, ὡς τυφλοὶ τοῖ- B χον. Καὶ πάλιν· *Πεσοῦνται ἐν μεσημβρίᾳ, ὡς ἐν μεσονυκτίῳ*, καὶ ὡς ἀποθνήσκοντες. Κατὰ γὰρ τὸν καιρὸν τοῦ τῶν ἐθνῶν *μεσημβρινοῦ φωτὸς* ταῖς εὐαγγελικαῖς αὐγαῖς τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταλαμπομένης, ὡς ἂν τὰ πρὸς *θάνατον* ἡμαρτηκότες *μόνοι πεπτώκασι*, καὶ ὡς *ἐν μεσονυκτίῳ διάγουσι*. Τοιούτους τῶν εἰρημένων ἔργων ἐσχήκασι τοὺς καρπούς. *Προσεδόκων* μὲν γὰρ τὸν παρὰ Χριστοῦ φωτισμὸν, προφητῶν βοώντων· «Φωτίζου φωτίζου, Ἱερουσαλήμ. Ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκεν.» Ἀλλ' οὐ προσεδέξαντο τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ἑκόντες δὲ γεγόνασι τυφλοὶ καὶ τυφλῶν ὁδηγοὶ, καθά φησιν ὁ Σωτήρ. Οὐ γὰρ ὑπήκουσαν λέγοντι· «Ὡς τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε ἐν C τῷ φωτὶ, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ.» Τὸ δὲ, *Πορεύσονται ὡς ἄρκτος ἅμα καὶ περιστερά*· οὐχ οἱ μὲν κατὰ ταύτην, οἱ δὲ κατ' ἐκείνην· οἱ αὐτοὶ δὲ κατ' ἄμφω. Οἱ γὰρ *στεναγμοὶ* αὐτῶν οὐκ ἐπὶ μετανοίᾳ ὧν ἐξέχεαν αἱμάτων εἵνεκα, τὴν αἰσθητὴν δὲ κλαίοντες Ἱερουσαλήμ. Εἰκότως θηρίῳ ἀγρίῳ παρεβλήθησαν. Καὶ ὡς εἴρηται πάλιν ἐν ἄλλοις, γεγόνασιν ὡς ἄρκτος ἀτεκνουμένη. Φασὶ γὰρ *τὰς ἄρκτους* δεινῶς φέρειν τὴν τῶν σκύμνων ἀποβολὴν, καὶ σὺν ὀδυρμῷ μαινομένας περινοστεῖν ἐπιπηδώσας τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Ἄρκτος μὲν οὖν ὠνομάσθησαν, ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἀνθρώπους ἔφαγον, μιαιφονοῦντες τοὺς προφήτας.

Ἡ τεκνωμένη [h] δὲ, διὰ τὸ ἀγριώτερον, καὶ διὰ τὴν D τῶν αὐτῶν ἀπώλειαν τέκνων. Αἱ δὲ *περιστεραὶ* γοερὰν ἀφιᾶσι φωνὴν συνεχέστατα, ὁποῖοι γεγόνασιν οὗτοι τὴν ἑαυτῶν ἀποδυρόμενοι πόλιν. Εἴρηται γὰρ, ὅτι ἔσονται ἐπὶ τῶν ὀρέων ὡς *περιστεραὶ* μελετητικαί. Νοητέον δὲ καὶ οὕτως· *Πορεύσονται ἐν ἀγριότητι* νοῦ συνεζευγμένης ἀσυνεσίας. Φησὶ γάρ τις προφήτης· «Καὶ ἦν Ἐφραῒμ περιστερὰ ἄνους, οὐκ ἔχουσα καρδίαν.» Οὐ γάρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς ἡ παρὰ Χριστοῦ σύνεσις καὶ πραότης. Περὶ ὧν Ἱερεμίας φησίν· «Ἐμωράνθη πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ γνώσεως.»

A fecisse cecinit [63]. Sed sunt *eorum* etiam *semitæ pravæ*. Est enim malum, ejus, quod rectum est, depravatio. *Et nesciunt pacem*; quia *pacis* largitorem et custodem minime admiserunt : qui pax esse nostra scribitur [64]; qui pacem se suam largiri apostolis dixit [65]. Ob hæc autem **670** omnia, *recessit*, ait, *ab eo judicium*, de quo nimirum dicebat : « Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ, judicium gentibus feret [66]. »

Quod igitur gentibus datum est *judicium ab eis recessit*, eaque ipsa, quæ istis per salutis gratiam concessa fuerat, *justitia*. Et alias etiam in eos locum habuit injustitia, qui ab impiis, Assyriis nimirum, *Judicati sunt. Cum exspectarent lucem, factæ sunt eis tenebræ*. Nam cum in sola Scripturæ dictione occuparentur, quemdam veluti *parietem* B *cæci palpabant*. Et rursum : *Cadent in meridie, veluti nocte media, nec aliter quam morientes*. Ipso enim gentium *meridianæ lucis* tempore, cum splendore evangelico illustraretur Ecclesia, tanquam soli *morte* digna commisissent, *ceciderunt; velutique in nocte media degunt*. Atque ii ipsi quidem fructus sunt, quos ab operibus suis perceperunt. *Cum* enim, clamantibus prophetis : « Illuminare, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini in te ascendit [67], » illuminationem a Christo *exspectarent*, veram lucem non exceperunt : sed sponte cæci cæcorumque duces, ut ait Salvator [68], facti sunt. Non enim dicentem audierunt : « Quandiu lumen habetis, ambulate in C lumine, ut tenebræ vos non comprehendant [69]. » Deinde, quod *quasi ursum et columbam pariter ambulaturos* adjecit; non hos quidem more hujus, illos autem, illius; sed amborum in modum victuros significavit. Neque enim scelerum pœnitudine, effusique sanguinis recordatione *gemituri sunt*; sed ipsam sensibus objectam Jerusalem defleturi. Non immerito autem feræ truci et immiti comparati sunt : et, sicut alibi jam dictum est, *urso* similes effecti, cui sunt adempti catuli. Aiunt enim catulorum abreptionem *ursos* ferre gravissime, quæ si contigerit, magno furentes gemitu omnia circumire, obviosque adoriri. *Ursi* igitur ideo appellantur, quod et ipsi homines **671** comederent; qui ne a prophetarum quidem cæde abstinuerant.

D Dicuntur vero et catulis orbati; ut major eorum ferocitas ostendatur, qui ne suorum quidem liberorum vitæ pepercerunt. *Columbæ* ipsæ deinde querulam vocem frequentissime emittunt; quales et isti fuerunt, dum urbis suæ interitum lamentarentur. Dictum est enim futuros in montibus tanquam *columbas* gementes et querulas. Intelligas vero et isto etiam pacto : *Ambulabunt in feritate* mentis conjuncta cum temeritate et ignoratione. Ait enim propheta quidam : « Et erat Ephraim quasi columba amens, et corde destituta [70]. » Non

[63] Psal. xcviii, 4. [64] Ephes. ii, 14. [65] Joan. xiv, 27. [66] Isa. xlii, 1. [67] Isa. lx, 1. [68] Matth. xv, 14. [69] Joan. xii, 35. [70] Osee vii, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[g] δικαιωθῆναι. [h] γρ. ἠτεκνωμένη.

est enim in ipsis, quæ a Christo proficiscitur, A prudentia et mansuetudo : de quibus hunc in modum Jeremias : « Infatuatus est omnis homo a cognitione [71]. » Et rursum : « Quæ in illis est sapientia, quoniam verbum Domini rejecerunt [72]? » Vel *urso* ideo et *columbæ* similes fecit, ut eorum in imbecilliores audaciam, in valentiores autem timiditatem et ignaviam demonstraret. Symmachus autem et Theodotio : *Tanquam columba meditationem meditabimur*, reddiderunt; Aquilas autem, *Tanquam columbæ vocem emittemus*. Scripturas enim etiam nunc *meditari* conantes, eas ipsas ediscunt, tenuique adeo, et exili voce circumcinunt, ut nihil *a columba* rationis experte discrepent, quæ inconditam vocem solet emittere. Cæterum et verba ista, et quæ deinceps, tanquam ab B accusati populi persona cæteri reddiderunt. Infert igitur hunc in modum Symmachus : *Ob id longe factum est judicium a nobis, et non apprehendet nos justitia; speravimus in lucem, et ecce tenebræ*, illaque quæ sequuntur. At interpretes Septuaginta quæ postea afferuntur : *Exspectavimus judicium, et non est salus*, populi personæ tribuerunt, tanquam sua Deo peccata confiteri, et se ipsos cum pœnitentia accusare propheta significet. Putant tamen nonnulli prophetas, cum rejectionis ejus mentionem faciunt, quæ post factam Christo contumeliam populo contigit, **672** alterius etiam vocationis, quæ postremis temporibus per fidem in Christo futura est, utiliter meminisse. Ideoque nunc pœnitentium personam inducere, *qui se judicium exspectasse, nec esse judicium* dicant; judicium nominantes illud ipsum per fidem ad gentes delatum, quod licet *exspectarent*, non sunt tamen adepti.

Καὶ πάλιν· « Σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ὅτι τὸν λόγον Κυρίου ἀπεδοκίμασαν; » ἢ ὡς *ἄρκτος καὶ περιστερά*· τοῦτ' ἔστι θρασεῖς κατὰ τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ δειλοὶ πρὸς τοὺς ἰσχυροτέρους. Σύμμαχος δὲ καὶ Θεοδοτίων ἐξέδωκαν· *Ὡς περιστερὰ μελέτῃ μελετήσομεν*. Ὁ δὲ Ἀκύλας· *Ὡς περιστερᾶς φθογγῇ φθεγξόμεθα*. Εἰσέτι γὰρ καὶ νῦν πειρῶνται μελετᾷν τὰς Γραφὰς, καὶ ἐκμανθάνειν, ψιλῇ φωνῇ περιᾴδοντες, ὡς μηδὲν διαφέρειν ἀλογίστου *περιστερᾶς* ἄναρθρον ἀποδιδούσης φωνήν. Καὶ τοῦτο δὲ τὸ ῥητὸν, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀπὸ προσώπου τοῦ κατηγορουμένου λαοῦ ἐξέδωκαν οἱ λοιποί. Ἐπιφέρει γοῦν Σύμμαχος· *Διὰ τοῦτο μακρὰν ἐγένετο κρίσις ἀφ' ἡμῶν, καὶ οὐ καταλήψεται ἡμᾶς δικαιοσύνη. Προσδοκήσωμεν* [i] *εἰς φῶς, καὶ ἰδοὺ σκότος*, καὶ τὰ B ἑξῆς. Καὶ οἱ Ἑβδομήκοντα δὲ τὰ ἐπαγόμενα τῷ προσώπῳ τοῦ λαοῦ περιέθηκαν· *Ἀνεμείναμεν κρίσιν, καὶ οὐκ ἔστι σωτηρία*. Ὡς ἂν τοῦ προφήτου διδάσκοντος αὐτοὺς ἐξομολογεῖσθαι τῷ Θεῷ τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας, καὶ κατηγορεῖν ἑαυτῶν ἐπὶ μετανοίᾳ. Τινὲς δέ φασιν, ὡς ἐπειδὰν οἱ προφῆται μνησθῶσι τῆς ἀποβολῆς τοῦ λαοῦ τῆς μετὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, μέμνηνται χρησίμως καὶ τῆς ἐπ' ἐσχάτων ἀνακλήσεως τῆς ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, διὸ καὶ νῦν μετανοούντων εἰσήγαγε πρόσωπον· *Ἀνεμείναμεν κρίσιν, καὶ οὐκ ἔστιν, κρίσιν* λεγόντων τὴν διὰ πίστεως δοθεῖσαν τοῖς ἔθνεσιν, ἣν *προσδοκήσαντες* οὐκ ἔσχον.

Neque vero causam volunt reticuisse, cum *multam suam esse iniquitatem* adjecerunt; qui eum, a quo peccata per fidem delerentur, eos verbis istis monentem : « Amen, amen dico vobis. Nisi credideritis quia ego sum, in peccatis vestris moriemini [73], » non admiserunt. Deinde, quæ in Christum ausi sunt non reticentes : *Impie egisse se, atque mentitos esse* adjiciunt. Quo loco Symmachus : *Novimus*, inquit, *injuste nos agere et mentiri adversus Dominum*. Aquilas autem, ubi *Dominum negasse* dixit, ut eorum inficiationem demonstret : *Sed et recessimus*, addit, *post tergum Dei nostri, locuti sumus calumniam*. Vides eorum idololatriam nullo modo accusari, sed *calumnias*, et falsos sermones, cæteraque ejusmodi. Olim quidem Dei signa calumniantes, eumdem in Beelzebut, dæmoniorum principe dæmonia ejicere [74]; falsaque et *iniqua* de corde depromentes, Samaritanum esse [75], furiosum, vinosum [76], turbasque excitare et commovere [77] dicebant; ideoque *se a judicio recessisse* adjecerunt. Neque enim vos, inquit, ab illo derelicti estis; sed illud a vobis, qui ei tanquam terga dederitis. Atque hæ quidem

C Τὸ δὲ αἴτιον, *Πολλὴ γὰρ ἡμῶν ἡ ἀνομία*, φασίν. Οὐ γὰρ ἐδεξάμεθα τὸν διὰ πίστεως ἐξαλείφοντα ἁμαρτίας, ὃς αὐτοῖς ἔλεγεν· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. » Καὶ τὰ κατὰ Χριστοῦ τολμηθέντα δηλοῦντες, φασίν· *Ἠσεβήσαμεν, καὶ ἐψευσάμεθα*. Ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἔγνωμεν*, φησὶν, *ἀδικεῖν καὶ ψεύδεσθαι κατὰ Κυρίου*. Οἱ δὲ [j] Ἀκύλας *ἀρνήσασθαι ἐν Κυρίῳ*, τὴν ἄρνησιν αὐτῶν παριστάς· *Ἀλλὰ καὶ ἀπέστημεν*, φασὶν [k], *ὄπισθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐλαλήσαμεν συκοφαντίαν*. Ὁρᾷς ὡς οὐδαμοῦ αὐτῶν εἰδωλολατρείαν κατηγορεῖ, ἀλλὰ *συκοφαντίας*, καὶ λόγους ψευδεῖς, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ποτὲ μὲν τὰς θεοσημείας διαβάλλοντες ἔλεγον· « Ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια. » Ἀπὸ D καρδίας τε αὐτῶν ἐρευγόμενοι ψευδῆ τε καὶ *ἄδικα*, Σαμαρείτην καὶ δαιμονῶντα, φάγον καὶ οἰνοπότην ἐκάλουν, ἀνασείειν τε τοὺς ὄχλους ἔφασκον. Διό φασιν· *Ἀπεστήσαμεν ὀπίσω τὴν κρίσιν*. Οὐ γὰρ αὐτὴ, φησὶν, ἡμᾶς κατέλιπεν, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὴν, οἱονεὶ νῶτα δόντες αὐτῇ. Αἱ δὲ φωναὶ ζητούντων εἰσὶν ἐλεηθῆναι παρὰ Χριστοῦ, καὶ συνεχῶς ὁμολογούντων τῆς *ἀληθείας* τὴν ἄρνησιν, καὶ τοὺς ψευδεῖς ἑαυτῶν λο

[71] Jerem. VIII, 9. [72] ibid. [73] Joan. VIII, 24. [74] Luc. XI, 15. [75] Joan. VIII, 48. [76] Joan. X, 20; Matth. XI, 19. [77] Luc. XXIII, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[i] γρ. προσεδοκήσαμεν. [j] γρ. ὁ δέ. [k] γρ. φησίν.

γισμούς. Τὸν δὲ λόγον εἰς ἑαυτὸν ὁ προφήτης πάλιν ἀναλαβὼν κατηγορεῖ, δεδαπανῆσθαι λέγων, καὶ παντελῶς *ἐκλιπεῖν ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν τὴν ἀλήθειαν*. Ἐν δὲ ψεύδει (ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, *σκότῳ*) *περιπατοῦντες*, πῶς ἂν *εὐθείας* ἔσχον *ὁδούς*, Χριστὸν τὸ φῶς ἀποστραφέντες, *καὶ τὴν ἀλήθειαν; Καὶ εἶδε Κύριος, καὶ οὐκ ἤρεσεν αὐτῷ, ὅτι οὐκ ἦν κρίσις*· τοῦτ' ἔστι δικαιοκρισία. *Καὶ εἶδε*, *καὶ οὐκ ἦν ἀνήρ*· καὶ ἤδη γὰρ εἶπεν· «Ὅτι ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος· ἐκάλεσα καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων.» Φιλάνθρωπος γὰρ ὢν ὅλῃ πόλει δι' ἕνα καὶ μόνον ἀνίησι τὰ ἐγκλήματα. Διὰ γὰρ Ἱερεμίου φησί· «Περιδράμετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ζητήσατε ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, καὶ ἴδετε ἂν εὕρητε ἄνδρα· εἰ ἔστι ποιῶν πίστιν, καὶ ἀγαπῶν ἔλεος, καὶ ἵλεως ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος.» Ὑπέσχετο δὲ καὶ Σοδόμοις ἀνεῖναι εἰ σχοῖεν πέντε δικαίους. Πενταπόλεως γὰρ οὔσης, καθ' ἑκάστην ἕνα ζητεῖ. Τὸν οὖν τοὺς ἄλλους σῶσαι δυνάμενον ἐκ δικαιοπραγίας, καὶ νῦν ἐκάλεσεν *ἀντιλαμβανόμενον*. Μηδένα δὲ τοιοῦτον εὑρὼν, *ἠμύνατο*, φησὶν, αὐτοὺς τῇ δυνάμει. Τοῦτο γὰρ τὸ, *βραχίονι*. *Ἐστηρίσατο δὲ καὶ τῇ ἐλεημοσύνῃ*· ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς, *ἐπεστηρίσατο*. Οὐ γὰρ πάντας ἀπώλεσεν. Ἔσωσε γὰρ τὸ κατάλειμμα τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἀψευδῆ τὴν ἐπαγγελίαν τηρῶν. Ἐφ' οἷς αὐτῶν ἅλωσιν τὴν ἐσχάτην σημαίνων, ὥσπερ ὁπλιζόμενον τὸν Θεὸν κατ' αὐτῶν ὑποτίθεται, πρὸς ὃν εἴρηται· «Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου;» Τοιαῦτα δὲ παθόντων, οἱ λοιποὶ τῆς οἰκουμένης, φησὶ, φοβηθήσονται τὴν κατὰ τῶν ἀπειθησάντων βιαίαν ὀργήν, ἀντὶ δὲ τοῦ, *Καὶ ἠμύνατο αὐτοὺς τῷ βραχίονι αὐτοῦ*, τινὲς ἐκθέμενοι, *Καὶ ἔσωσεν αὐτῷ βραχίων αὐτοῦ*, ἐπήγαγον· μηδεμίαν ἰσχὺν ἐχόντων αὐτῶν πρὸς τοὺς ἐχθροὺς διὰ τὰς ἁμαρτίας, ἐν ἰσχύϊ Θεοῦ ἡ νίκη καὶ ἡ σωτηρία παρέσται διὰ Χριστοῦ. Καὶ πάλιν· Ἀντὶ τοῦ, *Καὶ τῇ ἐλεημοσύνῃ αὐτοῦ ἐστηρίσατο, καὶ τῇ δικαιοσύνῃ αὐτοῦ ἐπεστηρίσατο*, τὸ ῥητὸν εἰπόντες, ἐπήγαγον· Ἡ γὰρ ἐν Κυρίῳ *δικαιοσύνη* στήριγμα γίνεται τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν δικαίας κρίσεως. Πρὸς τὴν πολεμικὴν δὲ τοῦ Θεοῦ παρασκευὴν ἔφασαν, ὡς ταύτην ὁ Ἀπόστολος ἡμᾶς τὴν ὅπλισιν ἐνδύσασθαι παραινεῖ. Ἐν Κυρίῳ οὖν τὸ ἀληθὲς τῆς *δικαιοσύνης*, ἣ [l] ἐστι *θώραξ* τῆς ἐλπίδος. Ἣ [m] ἐστι *περικεφαλαία*, ἐν ἡμῖν δὲ μίμησις.

Ἕπεται δὲ, φασὶ, καὶ ἡ κριτικὴ οἷον ὅπλισις, κατὰ τῶν θλιβόντων Χριστὸν ἔν τε τῇ κατ' αὐτοῦ, καὶ τῇ κατὰ τῶν ἁγίων ἐπαναστάσει. Ταυτὰ δηλοῦται κἀν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ. Τινὲς δὲ τὴν ὅλην ἄνωθεν οὕτως ἐξηγήσαντο ῥῆσιν· Θεοῦ πολλάκις ἐπαγγειλαμένου βοηθεῖν τῷ λαῷ, καὶ τοὐναντίον αὐτοὺς αἰχμαλωσίᾳ παραδιδόντος, ὡς ἀσθενοῦντος κατεβόων Θεοῦ. Δι-

A voces eorum sunt, qui a Deo misericordiam consequi quærunt, quique crebro *veritatem* se negasse falsaque meditatos esse confitentur. At in se rursum sermonem assumens propheta eosdem accusat, *consumptam* apud eos *esse veritatem*, atque penitus *in viis eorum deficere* asserens. Cum autem in falsitate, id est *in tenebris*, *ambularent*, qui potuerunt *viis rectis* incedere, qui Christum veram *lucem et veritatem* **673** sunt aversati?

Et vidit Dominus, et non placuit ei: quia non erat judicium; justum scilicet. *Et vidit, et non erat vir.* Nam et antea dixerat: « Veni, et non erat homo; vocavi, et non erat qui audiret [78]. » Pro sua siquidem in homines benevolentia, toti civitati unius nomine peccata condonat. Ait enim in hunc modum apud B Jeremiam: « Circuite vias Jerusalem, et quærite in plateis ejus, et videte si inveniatis virum; si sit faciens fidem, et diligens misericordiam: et fuero ipsi misericors, ait Dominus [79]. » Fuerat vero et Sodomis se parciturum pollicitus, si quinque justos haberent [80]. Cum enim civitates quinque complecterentur, vel unicum de singulis postulabat. Eum igitur, qui operum justitia alios salvare queat, hoc etiam loco *defensorem* appellavit. Sed cum talem nullum reperisset, et eos ipse potentia sua (hanc enim *brachii* appellatione significavit) *ultus est. Sustinuit vero et misericordia;* aut secundum alios, *confirmavit*. Neque enim omnes perdidit, qui reliquiis conservatis vanum esse quod fuerat patriC bus pollicitus, non permisit. Postea ultimam eorum expugnationem significans, Deum adversus illos tanquam armatum ante oculos subjicit; ad quem et ista dicta sunt: « Tu metuendus es, et quis resistet tibi a furore tuo [81]? » Illis hæc patientibus, reliqui orbis terræ, inquit, timebunt vehementem adversus incredulos iram. Verum pro quo: *Et ultus est eos brachio suo*, habemus: *Et servavit sibi brachium suum* exponentes, nonnulli, omni illis adversus hostes, propter scelera, virtute destitutis, in Dei virtute per Christum victoriam et salutem non defuturum esse tradiderunt. Præterea, pro: *Et misericordia ejus sustinuit; et justitia ejus confirmavit* dicentes; *justitiam* in Domino, justi adversus impios judicii firmamentum esse addiderunt. D Loquuntur vero tanquam de bellica Dei supellectile; qua ratione nos ad armaturam istam induendam adhortatur Apostolus [82]. Quæ est igitur in Domino *justitiæ* veritas, ipsa vere spei *lorica est;* ipsa vere *galea;* quæ autem in nobis, **674** imitatio tantum.

Sequitur vero, aiunt, etiam quæ veluti judicialis est, armatura, adversus eos, qui Christum affligunt, sive in eum ipsi, sive in sanctos insurgant; quæ in secundo etiam psalmo declarantur. Quidam autem verba ista ab initio sic explicarunt. Cum populo sæpe auxiliaturum se pollicitus esset Deus, eumdem vero in captivitatem tradidisset, in Deum

[78] Isa. I, 2. [79] Jerem. V, 1. [80] Gen. XVIII, 32. [81] Psal. LXXV, 8, [82] Ephes. VI, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[l] γρ. ἣ. [m] γρ. ἣ.

A tanquam propter virium imbecillitatem pollicita non præstitisset; populus vociferabatur. Itaque eos arguens, in causa fuisse eorum peccata respondet, propter quæ non audire Deus et servare potuisse visus sit. Cum enim liberos suos mactarent, eorum exta inspicientes; *manus* sibi *sanguine*, *ut impietate labia* polluebant: unde, tanquam surgentibus ex semine laboribus, frustra torquebantur. Quas enim voluptates inde percipiebant, tanquam *ova aspidum* erant intempestiva, aut *araneæ tela*, quæ nocere potius, quam prodesse valent: imo quæ, si quidquam producant, nihil a *basilisco* differat, per quem et ipsi malorum *operum* auctorem diabolum anagogice intelligimus. At ex malis omnibus *vestimentum contexuerunt*, post communem mortem mala eorum *nequaquam operturum*, B quæ ad sepulturam usque vires habitura sunt, Jobo teste [53], qui se ad tumulum usque vigilasse scribit. Sunt vero, propter *malas cogitationes*, ærumnosi et *miseri*, qui *pacem* non habeant. Tanquam enim amissa judicandi vi, a *via* regia aberrantes sursum deorsum vagantur; ita siquidem *nequitiam* sectantur, ac si ea *lucem* sibi allatura sit: cum *tenebras* pariat; ultionem nimirum, quæ eos ita præsenti iste futuroque sæculo apprehensura est: ut qui splendidissimus dies eis illuxerat, in *tenebras* convertatur; *ursique* in morem graviter, propter ademptos catulos, *et tanquam columba* assidue gement. Ait deinde: *Exspectavimus judicium, et non est*, ut eos qui in peccatis suis immorati sunt, C Dei etiam *defensione* excidisse demonstret. Significat autem *judicii* nomine illud ipsum, 675 quo sibi quique, vel quæ præstantiora sunt, eligunt; vel quæ relinquentes pereunt cum insurgentibus in eos hostibus, Dei auxilio destituuntur. Docet enim ipsos quæ eventura sunt, et qua ratione pœnitere oporteat, si remissionem consequi velint: quo modo et David ipse priusquam templum construeretur, ejusdem non eversionem modo, sed instaurationem etiam prædixit. Nihil enim eorum quæ se invicem consequuntur, ignorat Deus. Postea sua ipsi vitia, sive ea in factis, sive in dictis versentur, accusantes, *recessimus*, aiunt, *a judicio*: quale est illud apud Davidem, psalmo quadragesimo nono: « Tu vero odisti disciplinam, et abjecisti D sermones meos retrorsum [54]. » Nonnulli vero et illud: *Concepimus, et meditati sumus de corde*, in malos prophetas usurpari arbitrantur; ob idque indignatum Deum iram in eosdem *misericordia* temperatam induxisse. Non enim utilitate carere quamlibet Dei correptionem. Significat deinde Deum salutem, quæ pœnitentia paratur, iis, quos ulciscitur, conciliare, cum eorum *justitiam* et recte facta, *tanquam loricam, induat*; ita nos consolans ac si Dei *vestimentum* ipsi fieri valeamus, propter nos arma gerentis, ut timiditatem nostram erigat, propter quam et Giezi armati visi sunt angeli, cum id eorum natura non pateretur [55].

A ἐλέγχων οὖν αὐτοὺς, αἰτίας τὰς αὐτῶν ἁμαρτίας φησὶ, δι' ἃς καὶ ἀνήκοος καὶ ἀδύναμος ἐνομίσθη. Σφάζοντες γὰρ τὰ τέκνα αὐτῶν ἡπατοσκοποῦντο, ὡς τὰς *χεῖρας* αὐτῶν μεμολύνθαι τῷ *αἵματι*, καὶ διὰ τῶν *χειλῶν ἀσεβεῖν*, ἀφ' ὧν ἑαυτοῖς, ὡς ἀπὸ σπερμάτων, πόνους ἐγέννησαν, ματαιοπονοῦντες ἐν αὐτοῖς. Ἃ γὰρ ἐπιθυμήματα συνελέξαντο, ὡς *ᾠὰ ἀσπίδων* ἀτελεσφόρητα, καὶ *ἀράχνης ἱστὸς*, βλάπτοντα μᾶλλόν ἐστιν, ἤπερ ὠφελῆσαι δυνάμενα. Κἂν εἰς *ἔργον* δὲ προαχθεῖεν, οὐδὲν ἀπέοικε *βασιλίσκου*. Δι' οὗ, κατὰ ἀναγωγὴν, ληψόμεθα τὸν διάβολον τὸν τῶν κακῶν χορηγόν. Ἐκ δὲ τῶν κακῶν ἁπάντων *ἱμάτιον ἐξύφηναν*, ὃ μετὰ τὸν κοινὸν θάνατον *οὐκ ἔσται σκέπη* τῶν κακῶν αὐτῶν, μέχρι ταφῆς ἰσχυόντων κατὰ τὸ ἐν Ἰὼβ, τὸ, « Ἕως σόρου ἠγρύπνησα. » Ἐκ δὲ B *τῶν πονηρῶν λογισμῶν ταλαιπωροῦσιν*, *εἰρήνην* οὐκ ἔχοντες. Ὡς γὰρ τὸ κριτικὸν ἀπολέσαντες, βασιλικὴν οὐκ ἦλθον *ὁδὸν* ἄνω κάτω πλανώμενοι. Οὕτω γὰρ τὴν *πονηρίαν* μετῄεσαν, ὡς *φωτὸς* ἐξ αὐτῆς ἀπολαύσοντες, ὃ γέγονε *σκότος* αὐτοῖς, δηλῶν δὴ τὴν ἐν τῷ παρόντι καὶ μέλλοντι καταληψομένην αὐτοὺς τιμωρίαν. Ὡς καὶ τὴν φωτεινοτάτην αὐτοῖς ἡμέραν *σκότος* γενέσθαι, ὡς [m-p] *στενάζειν* αὐτοὺς μεγάλα ὡς *ἄρκτον* ἐπὶ τέκνοις, καὶ πυκνὰ ὡς *περιστεράν*. Εἶτά φησιν, *Ἀνεμείναμεν κρίσιν, καὶ οὐκ ἔστι*· δηλῶν τοὺς τοῖς ἑαυτῶν ἁμαρτήμασιν ἐγχρονίσαντας, καὶ τῆς *ἀντιλήψεως* ἀποτυχόντας τῆς θείας. *Κρίσιν* δὲ λέγει, καθ' ἣν τὰ κρείττω πάντες ἑαυτοῖς ἐπιλέγονται. Ἢ ἀπολιπόντες ἀπώλοντο, ἐπελθόντων αὐτοῖς C τῶν ἐχθρῶν, μὴ βοηθοῦντος Θεοῦ. Διδάσκει γὰρ αὐτοὺς τὰ συμβησόμενα, καὶ πῶς δεήσει μετανοεῖν, ὡς ἂν ἀφέσεως τύχοιεν. Ἐπεὶ καὶ Δαβὶδ πρὸ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ, προλέγει καὶ τὴν καθαίρεσιν, καὶ τὴν αὐτοῦ πάλιν ἀνοικοδόμησιν. Πάντα γὰρ μετ' ἀλλήλων γινώσκει Θεός. Εἶτα τῆς ἑαυτῶν ἐν τοῖς πρακτοῖς καὶ λεκτοῖς κακίας κατηγορήσαντες, *Ἀπεστήσαμεν*, φασὶν, *ὀπίσω τὴν κρίσιν*, ὡς ὁ Δαβὶδ ἐν τεσσαρακοστῷ ἐνάτῳ φησί· « Σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν, καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω. » Τινὲς δὲ καὶ τό· *Ἐκύομεν καὶ ἐμελετήσαμεν ἀπὸ καρδίας*, εἰς τοὺς ψευδοπροφήτας εἰρῆσθαί φασιν. Ἐφ' οἷσπερ ὁ Θεὸς ἀγανακτήσας ὀργὴν ἐπήγαγε κατ' αὐτῶν, *ἐλέει* ταύτην κεράσας. Πᾶσα γὰρ παιδεία Θεοῦ ἐπωφελής. Ἐφ' οἷς, φησὶ, τὸν Θεὸν τὴν D ἐκ τῆς μετανοίας πραγματευομένην σωτηρίαν, τοῖς τιμωρουμένοις οἰκειοῦσθαι, *ἐνδυόμενον* αὐτῶν τὴν *δικαιοσύνην*, καὶ τὰς δικαιοπραγίας *ὥσπερ θωρακιζόμενον*, παραμυθούμενος ὡς δυναμένους *ἔνδυμα* [q] γενέσθαι Θεοῦ δι' ἡμᾶς οἷον ὁπλοφοροῦντος, τὴν ἡμετέραν διορθουμένου δειλίαν, δι' ἣν καὶ τῷ Γιεζεὶ ὁπλοφόροι πεφήνασιν ἄγγελοι, οὕτω κατὰ φύσιν οὐκ ἔχοντες.

[53] Job x, 19. [54] Psal. XLIX, 17. [55] IV Reg. VI, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[m-p] γρ. καί. [q] ἔνδυμα.

ιθ-κα'. *Καὶ φοβηθήσονται οἱ ἀπὸ δυσμῶν τὸ* A *ὄνομα Κυρίου, καὶ οἱ ἀπ' ἀνατολῶν ἡλίου, τὸ ὄνομα τὸ ἔνδοξον. Ἥξει γὰρ ὡς ποταμὸς βίαιος ἡ ὀργὴ παρὰ Κυρίου, ἥξει μετὰ θυμοῦ, καὶ ἥξει ἕνεκα Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακὼβ*, κ. τ. λ.

Πολέμιον εἰπὼν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὸν Θεὸν διὰ τὰς πολλὰς αὐτῶν ἀσεβείας, ἐπὶ τὴν κλῆσιν μέτεισι τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν. Τὸ πᾶν δὲ γένος ἀνθρώπων διὰ τῶν *ἀνατολῶν* ἐδήλωσε καὶ *δυσμῶν, οἳ φοβηθήσονται τὸν Κύριον*. «Ἀρχὴ γὰρ σοφίας, φόβος Κυρίου.» Ἧς οὐ μετέλαβεν Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἐκεῖνοι, περὶ ὧν ἔλεγεν· «Ἰδοὺ οὗτοι πόῤῥωθεν ἥξουσι,» καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὧν ἐδήλου τὰ τέσσαρα B κλίματα, ὅσα δὲ φόβος Θεοῦ προξενεῖ δηλοῖ τό· «Μακάριος ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον.» Καὶ τό, «Οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.» Καὶ τό, «Φόβος Κυρίου παιδεία, καὶ σοφία.» Καὶ τό· Φόβος Κυρίου προστίθησιν ἡμέρας.» Ὃν οὐκ Ἰουδαίοις δώσειν, ἀλλὰ τοῖς ἔθνεσιν ἐπαγγέλλεται. Καὶ ἐν ἑτέρῳ γὰρ προφήτῃ τοῖς μέν φησιν· «Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Καὶ θυσίας οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν». Περὶ δὲ τῶν ἐθνῶν· «Διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου δεδόξασται τὸ ὄνομά μου, ἐν τοῖς ἔθνεσι.» Τῆς δὲ τούτων σωτηρίας αἴτιον· *Ἥξει γὰρ ὡς ποταμὸς βίαιος καὶ ὀργὴ παρὰ Κυρίου. Ἥξει μετὰ θυμοῦ.* Ὀργῆς δὲ καὶ θυμοῦ οὔτε τὸ Ἑβραϊκὸν, οὔτε οἱ λοιποὶ μέμνηνται. Οὐδὲ γὰρ εὔλογον ἐν ἀγαθῶν ἐπ- C αγγελίαις. Ὁ γὰρ Ἀκύλας φησὶν, *Ὅτι ἐλεύσεται ὡς ποταμὸς πνεῦμα Κυρίου σύσσημον ἑαυτῷ.* Ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἥξει ὡς ποταμὸς θλίβων τὸ πνεῦμα Κυρίου. Ἐπείγει καὶ ἥξει.* Ὁ δὲ Θεοδοτίων· *Ἥξει γὰρ ὡς ποταμὸς πολιορκητής. Πνεῦμα Κυρίου ἐσημειώθη ἐν αὐτῷ.* Πῶς δὲ ὡς *ποταμὸς βίαιος ἥξει τὸ πνεῦμα Κυρίου*, ἐδήλωσεν ἐν ταῖς Πράξεσιν, «Ὅτε συνηγμένων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος, ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας,» καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Ὧν τέλος, καὶ τό, «Ἐπλήρώθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου.»

Ἀλλὰ καὶ *σημεῖον*, φησὶν, *ἑαυτῷ*. Τοῦτο γὰρ τῆς D ἰδίας ἀναλήψεως ἔθετο σημεῖον λέγων· «Ἐὰν μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἔρχεται.» Καὶ πάλιν· Ὅτ' ἂν ἀπέλθω, ἀποστελῶ ὑμῖν τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας.» Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἥξει ἕνεκεν Σιὼν ὁ ῥυόμενος*, Ἀκύλας, *Καὶ ἐλεύσεται τῇ Σιὼν ἀγχιστεύων*, φησίν. Ὁ δὲ Σύμμαχος· *Καὶ ἥξει τῇ Σιὼν ἀγχιστεύων.* Ἔλεγε γὰρ ὁ Σωτήρ· «Οὐκ ἦλθον, εἰ μὴ εἰς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ.» Καὶ Παῦλος δέ φησι· «Λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων, τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ

VERS. 19-21. *Et timebunt qui sunt ab occidente, nomen Domini, et qui ab ortu solis, nomen inclytum. Veniet enim quasi fluvius violentus ira a Domino: veniet cum furore: et veniet propter Sion qui liberat, et avertet* **676** *impietates Jacob*, etc.

Postquam Israeli propter multam eorum impietatem infensum esse Deum demonstravit, ad gentium vocationem, ipsumque Christi adventum sermonem convertit. Significavit autem *Orientis Occidentisque* nomine, hominum genus universum, quos *Domini timor* esset occupaturus. Principium namque sapientiæ timor Domini [86]: cujus esse particeps noluit Israel; sed illi, de quibus istud usurpavit: « Ecce hi de longe venient [87], et quæ deinceps: quibus verbis quatuor mundi cardines, sive plagas demonstravit. Quanta vero ea sint, quæ *Domini timor* nobis conciliat, Scriptura patuerit, ubi ait: « Beatus vir qui timet Dominum [88]. » Et istis: « Non est inopia timentibus Dominum [89]. » Et istis etiam: « Timor Domini disciplina et sapientia [90]. » Et istis: « Timor Domini dies addit [91]; quem se non Judæis, sed gentibus esse daturum pollicetur. Deinde apud prophetam alium istos quidem in hunc modum alloquitur: « Non est mea voluntas in vobis [92], dicit Dominus omnipotens, et hostias non suscipiam de manibus vestris. » De gentibus autem ista inquit: « Ab ortu enim solis usque ad occasum glorificatum est nomen meum in nationibus [93]. » Sed est earum salutis causa, quod *venturum, quasi fluvium violentum, et iram a Domino cum furore* dixit. Quo loco, neque *iræ*, neque *furoris* Hebraica lectio, cæterique interpretes meminerunt, sicut in bonorum promissione fuerat rationi consentaneum. Ita enim Aquila: *Quia veniet tanquam flumen spiritus Domini signaculum ipsi.* Symmachus autem: *Veniet tanquam fluvius terens spiritus Domini. Urget, et veniet.* Theodotio vero: *Veniet enim tanquam fluvius oppugnans. Spiritus Domini signatus est in eo.* Qui autem, **677** *tanquam fluvius violentus*, ipse *Domini spiritus venturus sit*, eo indicavit, quod in Actis: « Cum essent in unum omnes congregati, factum esse de repente sonum, tanquam spiritus violenti [94], » et quæ sequuntur, legitur: quibus tandem omnes esse Spiritu sancto repletos concluditur.

Verum et *signaculum ipsi* ait. Hanc enim ascensionis suæ significationem et notam dederat; cum, nisi abivisset, Paracletum non venturum; cum rursum abivisset, sanctum apostolis se missurum Spiritum dixerat [95]. Sed enim quo loco, *veniet propter Sion, qui liberat*, habemus, *et veniet qui Sion propinquus est*, interpretantur Aquilas et Symmachus. Neque enim se nisi ad oves, quæ perierant de domo Israel, missum esse Salvator reticuit [96]. Scribit in hunc modum præterea et Paulus: « Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ut confirmaret pro-

[86] Psal. cx, 10. [87] Isa. lx, 4. [88] Psal. cxi, 1. [89] Psal. xxxiii, 10. [90] Prov. xv, 33. [91] Prov. x, 27. [92] Malach. i, 10. [93] ibid. 11. [94] Act. ii, 2. [95] Joan. xv, 26. [96] Matth. xv, 24.

missiones patrum; gentes autem propter misericordiam glorificarent Deum [97]. » Aiunt vero nonnulli, quemadmodum superius [98], postquam iræ adversus Judæos meminisset, et misericordiæ postea mentionem fecisse, cum misericordia confirmasse se dixit: sic et hoc loco, postquam *furoris* et *iræ* meminit, salutem per Christum adjecisse, cum *venturum eum* affirmavit *propter Sionem, qui liberat*; de peccatis nimirum, de morte, de corruptione etiam, de dæmonum tyrannide denique intelligens. Dicas rursum ipso *Sionis* nomine, sanctam Ecclesiæ administrationem, piumque institutum significari. Verum pro quo: *Et avertet impietates Jacob*, habemus: *Et iis qui aversati fuerunt impietatem Jacob*, dixit Symmachus; Aquilas autem: *Et iis, qui aversati fuerint inconstantiam Jacob. Iis* enim *veniet*, eosque *liberabit*; seipsos autem, qui non convertentur, accusabunt. *Et hoc est*, inquit, *eis a me testamentum*. Quodnam vero? *Spiritus meus, qui est in te*: quem **678** cum apostolis largiretur, aiebat: « Accipite Spiritum sanctum; si cui remiseritis peccata, remittuntur [99]. » Istud igitur est *Novum testamentum*, mysteriique illius summa, quod est *in te, qui propinquus es, et qui liberas*: quem esse de radice Jessæ dixit [1], cum Spiritum Domini super eum requieturum affirmavit: cujus item et ipse discipulos ideo participes effecit, ut eumdem et ipsi deinceps in dignos et benemeritos conferrent. *Verba* porro, quæ locutus est Christus, *testamentum meum* sunt, inquit, *in sempiternum* duratura. Ait enim hunc in modum Salvator: « Cœlum quidem et terra transibunt; verba autem mea nunquam transierint [2]. » Est igitur apertissimum redemptionis argumentum, *Spiritu sancti* participem fieri, linguaque ipsa (dicunt quidam) verbum veritatis accipere, ut est apud Paulum his verbis: « Prope te est verbum, in ore tuo, et in corde tuo [3]. » Accepimus enim verbum fidei, quod salutarem justitiæ confessionem conciliat. Ita namque impium Christus justificat, qui se jamdudum, veluti nebulam ejus iniquitates abstersisse clamitat. Quod quidem cum in nobis perpetuo situm sit, idem ipse in posteros etiam nostros, qui fideles semper tuetur, transmissurus est. Sunt vero qui totum sic explicent, ut dicant Deum sicut olim fœdus pepigit cum Abrahamo, cum hostias in promissionum gratiam obtulit [4]; ut legem deinde simili ratione per Mosen tradidit, ita etiam nunc per prophetam testamento se cum populo pacisci verbis istis significare, quæ vim suam, suumque robur, non ista solum, sed futura etiam ætate, habitura sint si velint peccata sua pœnitudine abstergere. Ita enim Deum quæ sit pollicitus præstare, pœnitentibus nimirum, et dignis.

A ἐλέους δοξάσαι τὸν Θεόν. » Φασὶ δέ τινες· Ὥσπερ ἀνωτέρω μνησθεὶς τῆς κατὰ τῶν Ἰουδαίων ὀργῆς, ἐμνήσθη καὶ τῆς ἐν ὑστέροις ἐλεημοσύνης εἰπὼν, « Καὶ τῇ ἐλεημοσύνῃ ᾗ ἐστηρίσατο· » οὕτω καὶ νῦν *ὀργὴν* εἰπὼν, καὶ *θυμὸν*, τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν ἐπήνεγκεν εἰπών· *Καὶ ἥξει ἕνεκεν Σιὼν ὁ ῥυόμενος*, ἐξ ἁμαρτιῶν δηλονότι, θανάτου τε, καὶ φθορᾶς, καὶ δαιμόνων ὠμότητος. *Σιὼν* δὲ πάλιν, τὸ θεοσεβὲς τῆς Ἐκκλησίας πολίτευμα. Ἀντὶ δὲ τοῦ, [*Καὶ*] *ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακὼβ*, ὁ Σύμμαχος· *Καὶ τοῖς ἀποστρέψασιν ἀσέβειαν ἐν Ἰακώβ*. Ὁ δὲ Ἀκύλας· *Καὶ τοῖς ἀποστρέψασιν ἀθεσίαν ἐν Ἰακώβ. Τούτοις* γὰρ *ἥξει*, καὶ τούτους *ῥύσεται*. Ἑαυτοὺς δὲ μὴ ἐπιστρέφοντες αἰτιάσονται. *Καὶ αὕτη*, φησὶν, *αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη*. Τίς δὲ αὕτης; *Τὸ πνεῦμα*
B *τὸ ἐμὸν*, ὅ ἐστιν ἐπὶ σοὶ, ὃ διδοὺς τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. Ἐάν τινος ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίεται αὐτῷ. » Τοῦτο τοίνυν ἡ *Καινὴ Διαθήκη*, καὶ τοῦ μυστηρίου τὸ κεφάλαιον, ὅπερ ἐστὶν *ἐν σοὶ* τῷ *ἀγχιστεῖ, καὶ ῥυομένῳ* [r], ὃν ἐκ τῆς ῥίζης ἔφασκεν Ἰεσσαὶ, ἐπαναπαύεσθαι λέγων ἐπ' αὐτὸν Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Οὗ δὴ μετέδωκε τοῖς μαθηταῖς, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ μεταδοῖεν ἀξίους. *Τὰ δὲ ῥήματα*, ἃ λελάληκεν ὁ Χριστὸς, *διαθήκη μου*, φησὶν, ἐστὶ, καὶ μένει *εἰς τὸν αἰῶνα*. Καὶ ὁ Σωτὴρ δὲ ἔλεγεν· « Ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. » Σαφεστάτη τοίνυν τῆς λυτρώσεως ἀπόδειξις, τὸ ἐν μεθέξει γενέσθαι *Πνεύματος ἁγίου*, δι' οὗ καὶ τὸ τῆς υἱοθεσίας φέρεται
C καύχημα, καὶ τὸ λαβεῖν, φασί τινες, ἐν γλώττῃ τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, Παύλου λέγοντος· « Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν. Ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου. » Ἐλάβομεν γὰρ τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, τὴν σωτήριον ὁμολογίαν δικαιοσύνης πρόξενον. Δικαιοῖ γὰρ οὕτω τὸν ἀσεβῆ Χριστὸς ὁ πάλαι βοῶν· « Ἀπήλειψα ὡς νεφέλην τὰς ἀνομίας σου. » Ὅπερ ὂν ἐν ἡμῖν ἀεὶ, καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς παραπέμπεται σῶζον ἀεὶ τοὺς πιστεύοντας. Τινὲς δὲ οὕτως τὸ πᾶν ἐξηγήσαντο· Θεὸς διαθήκην θέμενος πρὸς Ἀβραὰμ, ἡνίκα τὰς θυσίας ἐπὶ ταῖς ἐπαγγελίαις πεποίηται· καὶ διὰ Μωσέως δὲ καθ' ὅμοιον τρόπον νομοθετήσας· καὶ νῦν διὰ τοῦ προφήτου διατίθεσθαι φάσκει διὰ τῶν λαλουμένων πρὸς τὸν λαὸν, ἃ τὴν ἰσχὺν ἕξει οὐ μόνον ἐπὶ τῶν παρόντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐσομένων, εἰ θέλοιεν
D διὰ μετανοίας ἀπαλείφειν τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας. Οὕτω γὰρ Θεὸς τὰς ἐπαγγελίας πληροῖ, μετανοοῦσιν οὐκ ἀναξίοις διδούς.

CAP. LX.

679-680 VERS. 1-22. *Illuminare, illuminare, Jerusalem, venit enim lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Ecce tenebræ operient terram, et caligo super*

ΚΕΦΑΛ. Ξ'.

α-κβ'. *Φωτίζου, φωτίζου, Ἱερουσαλήμ. Ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκεν. Ἰδοὺ σκότος καλύψει γῆν, καὶ γνόφος*

[97] Rom. xv, 8, 9. [98] Isa. L, 1 seqq. [99] Joan. xx, 22. [1] Isa. xi, 1. [2] Luc. xxi, 33. [3] Rom. x, 8. [4] Gen. xiii, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

ἐπ' ἔθνη. Ἐπὶ δὲ σὲ φανήσεται Κύριος, καὶ ἡ δόξα αὐτοῦ ἐπὶ σὲ ὀφθήσεται. Καὶ πορεύσονται βασιλεῖς τῷ φωτί σου, καὶ ἔθνη τῇ λαμπρότητί σου. Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου. Ἰδοὺ ἥκασι πάντες οἱ υἱοί σου μακρόθεν, καὶ αἱ θυγατέρες σου ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται. Τότε ὄψῃ, καὶ φοβηθήσῃ, καὶ ἐκστήσῃ τῇ καρδίᾳ, ὅτι μεταβαλεῖ εἰς σὲ πλοῦτος θαλάσσης, καὶ ἐθνῶν, καὶ λαῶν, κ. τ. λ.

Χριστοῦ παρουσίαν εὐαγγελισάμενος, πρώτους βούλεται μεταλαβεῖν αὐτῆς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, κατὰ τό· « Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. » Ὃ καὶ τοῖς μαθηταῖς παρήγγελλεν, ἀπαγορεύσας αὐτοῖς εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ πορεύεσθαι, μηδὲ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν. Οἳ καὶ ἔλεγον· « Ὑμῖν ἦν πρῶτον ἀναγκαῖον κηρυχθῆναι τὸν λόγον. » Χριστὸς δὲ ἦν τὸ *φῶς*, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωὴ, καὶ τὸ *φῶς*, τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· ἐξ οὗ τὴν *Ἱερουσαλὴμ*, δηλονότι τοὺς ταύτης οἰκήτορας, *φωτισθῆναι* προτρέπεται, αὐτῆς τε εἶναί φησι προηγουμένως τὸ *φῶς*, διά τε τὴν ἐπαγγελίαν τῶν πατέρων, καὶ τὸ τὰ περὶ Χριστοῦ ταύτῃ παρὰ τῶν προφητῶν κεκηρύχθαι. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐχ ἁπλῶς φῶς εἶπεν, ἀλλὰ τὸ *φῶς* ἀναφορικῶς, οὗπερ εἰ μετέσχε, διέμεινεν ἂν ἐν εἰρήνῃ μέχρι παντὸς, κατὰ τό· « Εἰ ἔγνως καὶ σὺ τὰ πρὸς εἰρήνην. » Αὐτῆς δὲ μὴ δεξαμένης, ἐπιφέρει· « Νῦν δὲ ἥξουσιν ἡμέραι ἐπὶ σὲ, » καὶ τὰ ἑφεξῆς. Πασῶν τε τῶν νῦν λεγομένων ἐξέπεσεν ἐπαγγελιῶν, αἳ τάχα ἂν αὐτῇ ἐγένοντο καὶ σωματικῶς. Ἅμα τε γὰρ τοῦ *φωτὸς*, καὶ τούτων ἐστέρηντο. Τὸ δὲ *Ἱερουσαλὴμ* οὐ κεῖται παρὰ τοῖς ἄλλοις. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἀκύλας *Ἀνάστηθι, φωτίζου*, φησὶν, *ὅτι ἦλθεν φῶς σου*. Καὶ Σύμμαχος ὁμοίως, καὶ τὸ Ἑβραϊκὸν, ὡς εἶναι τὸν λόγον πρὸς τοὺς δεδεγμένους τὸν εἰρημένον λυτρωτὴν, ἢ ἀγχιστέα, οὓς ἔλεγεν ἐξ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν τοὔνομα Κυρίου φοβηθήσεσθαι.

Τὸ οὖν θεοσεβὲς τοῦτο πολίτευμα, πόλις καλεῖται Θεοῦ, καὶ *Ἱερουσαλήμ*. Παρ' αὐτῇ γὰρ πρώτῃ συνίστατο προφητῶν τε καὶ θεοσεβῶν ἀνθρώπων χορός. Οἳ δὴ τὴν παρουσίαν ἀεὶ προσδοκῶντες Χριστοῦ, τὸν βίον κατέστρεφον διακείμενοι, ὡς καὶ μέχρι θανάτου καταβήσεται διὰ τὴν αὐτῶν ἐλευθερίαν. Ὅθεν ὡς *ἐν σκότῳ* καθημένοις τοῦ *φωτὸς* Χριστοῦ τὴν παρουσίαν εὐαγγελίζεται, ὡς πρὸς τῇ πρώτῃ παρουσίᾳ, καὶ τῇ δευτέρᾳ τὸν λόγον ἁρμόττειν, περὶ ἧς ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· « Καὶ ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς· ἐν οἷς τοὺς ἀγγέλους συνάξειν λέγει πανταχόθεν τοὺς ἐκλεκτούς. Καὶ πάλιν· « Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. » Εἶτα περὶ διακρίσεως εὐσεβῶν τε λέγει, καὶ ἀσεβῶν, ὡς προβάτων καὶ ἐρίφων, τῶν μὲν παραδιδομένων πυρὶ,

A *gentes. Super te autem apparebit Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt reges in lumine tuo, et gentes in splendore tuo. Leva in circuitu oculos tuos, et vide omnes congregatos filios tuos. Ecce venerunt omnes filii tui de longe, et filiæ tuæ super humeros portabuntur. Tunc videbis, et gaudebis, et timebis, et stupebis corde, quoniam transferentur in te divitiæ maris, et gentium, et populorum*, etc.

681 Christi adventu denuntiato, ejus primum fieri participes Israelitas postulat, juxta illud: « Non sum missus, nisi ad oves quæ perierunt domus Israel [5]. » Quod apostolis etiam significavit, cum ne in viam gentium abirent, neque in
B civitates Samaritanorum, præcepit [6]. Qui et ipsi quoque Judæis primum sibi necessario verbum esse promulgandum docuerunt [7]. Erat vero Christus ipse *lumen*, et veritas, et vita: *Lumen*, inquam, « quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [8]; » quo *Jerusalem* ipsam, id est ejus incolas, *illuminari* postulat qui principaliter *lumen* est; sive ad patrum promissionem respicias; sive ad ea, quæ per prophetas ita de Christo dicta sunt et promulgata. Ob id enim non simpliciter, sed relative *lumen* appellavit; cujus si particeps fuisset, pacem habuisset perpetuam, juxta illud: « Si cognovisses et tu quæ pacis sunt [9]. » Sed quia eam non admisit, intulit: « Nunc autem venient dies in te [10], » et quæ deinceps. Imo et omnibus,
C quæ adhibentur hoc loco, promissionibus excidit; quibus fortasse corporaliter potitura fuerat. Est enim cum *lumine* et istis quoque privata. Neque vero *Jerusalem* apud illos reperias, cum, *Exsurge, illuminare, quoniam venit lumen tuum* habeant Aquilas et Symmachus, ipsaque adeo Hebraica lectio; ut sermo sit ad eos, qui dictum Redemptorem, vel vicinum exceperint; quos superius [11] ab ipso solis ortu et occasu nomen Domini dixit esse formidaturos.

682 Hoc igitur sanctum est et pium vitæ institutum, quod civitatem Dei, et *Jerusalem* appellavit; in qua primum cœpit prophetarum piorumque virorum chorus institui; qui Christi adventum semper
